Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6 - 16 - e 14

Digitized by Google

A

Jaques De Homburch

XXIV. s. 11
T. 3.



1689.
12.
27.

P. V. B.

VIRGILII MARONIS OPERA;

THEODORI PVLMANNI STVDIO CORRECTA.

PAVLI MANVTII annotationes.
Homeri loca quæ Virgilius imitatus est.
GEORGII FABRICII obseruationes.

Rerum & verborum memorabilium amplissimus index.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

PILIEP. GEN. SOCIETATIS JESU IHS

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
cIↃ. IↃ. XCV.

VIRGILII MARONIS OPERA.

Clarissimo viro

CASPARO SCHETO CORVINO,

Baroni in Wesemale, D. in Grobbendonc, Heyst, &c. equiti aurato, & thesaurario regis primario,

THEOD. PVLMANNVS Craneburgius S. D.

QVI veterum doctissimorum hominum monumenta, Schete clarissime, vel explicatione illustrant, vel ex fide veterum librorum à mendis repurgant, eos & de litteris, quæ humaniores appellantur, & de ipsis etiam auctoribus bene mereri semper existimani. Nam res ipsa loquitur, complures, qui partim nostra, partim patrum nostrorum memoria in hoc curriculo industriam suam exercuerūt, non solùm pristina ornamenta, verùm etiam viram pene ipsam optimæ notæ scriptoribus restituisse. Hinc studia longo tempore intermissa tum ius pulcerrima sua habent incrementa: hinc ingenuæ artes, quæ diu neglectæ, atque omnino sepultæ iacuerunt, nunc denique à caris, interituq; vindicatæ florent, vigent, & perfectissimè tradūntur: ex quibus respublicæ, quæ legibus æquis longa in pace regūntur, magnam utilitatem, emolumentum, & fructum capiunt. Itaque cum Virgilium, optimum & sapientissimum poëtam, qui virum pium, politicum, & militarem, vt cetera omnia, elegantissimè finxit, librariorū negligentia post tot emendationes valde depravatum viderem, in eo restituendo nulla spe lucri compulsus, plurimum laboris insumsi; qui quidem certè quàm mihi gratus fuerit, & molestus, exercitati aliquandiu in tali palæstra facilè animaduertēs. Sed neq; me operis, aut tædij pœnitet, si modò, quod maximè volui, homines studiosos mea diligentia iuuero, & ea quæ nunc in hoc poëta ex collatione exemplarium cum manu scriptorum, tum typis impressorum restituta in tuo nomine emittimus, tibi grata fuisse intellexero. quod equidem me consecuturum nihil addubito. habes enim poësim in deliciis, & de ea, si opus sit, cum quouis certare possis. Commodè igitur me factūrum putaui, Schete clarissime, si quid ego eius generis, ex quo voluptatē non nunquam capere soles, tibi dicarem: cuius iudicio si mea hæc opera probetur, non est quod inuidum & mordacem Zoilum extimescam. Vale. Antuerpiæ V. Id. Octob. anno 1563.

GERARTI FALKENBVRGII NOVIOMAGI, IN LAVDEM Theodori Pulmanni Craneburgij antiquitatis studiosissimi,

Επίγραμμα.

Μοῦσαι πιερίηθεν ἀνὰ χθόνα Βελγάδος ἦλθον,
Ἑρμέω ἀζόμεναι κερδοπλόκοιο πόλιν.
Πούλμαννον δὲ πόνοι ἀνταξιον οὐδὲν ἀρέσθε,
Ἄλγος ἄλαστον ἔην θυμὸν ἀχευέμεναι.
Ὡς γὰρ ἔφαντο τέρεν θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέουσαι:
Φεῦ, φεῦ, ἀρχαίη ἦρ' ἀπόλωλε χάρις;
Αὐτὸς ἐπιστάμενος τὸν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν,
Ἐσθλ' ἐνὶ πολλῇσιν ἐξεπόνησε βιβλοις.
Αττα τοὶ αἰγιόχου διὸς ἐς θρόνον ἤγαγε φήμη,
ὧν τέτατ' ἐν πυμάτοις αἰθιόπεσσι κλέος.
Οἱ ἀμαθεῖς, φθονεροίτε κακῶς ἀπολοίατο πάντες,
Ἀντία κοκκύζειν οἷς ποτὶ καλὰ φίλον.

TIB.

TIB. CLAVDII DONATI
AD
TIB. CLAVDIVM MAXIMVM DONATIANVM FILIVM, DE
PVB. VIRGILII MARONIS VITA.

PVBLIVS Virgilius Maro parentibus modicis fuit, & præcipuè patre Marone, quem quidam opificem figulũ, plures Magi cuiusdã viatoris, initio mercenarium, mox ob industriã generũ tradiderunt: quẽ cùm agricolationi, reíque rusticæ, & gregibus præfecisset socer, siluis coëmundis, & apibus curandis reculam auxit. Natus est Cn. Pompeio Magno, & M. Licinio Crasso primùm coss. Iduũ Octobrium die, in pago qui Andes dicitur, qui est à Mantua non procul. Prægnans eo mater somniauit Maia, enixam se laureum ramum, quem contacta terra confestim cerneret coaluisse, & excreuisse illico in speciem maturæ arboris, refertæ variis pomis, & floribus: ac sequenti luce cum marito rus propinquum petens, ex itinere diuertit, atque in subiecta fossa partu leuata est. Ferunt infantem, vt fuit editus, nec vagisse, & adeò miti vultu fuisse, vt haud dubiam spem prosperioris genituræ iam tum indicaret. Et accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta, ita breui coaluit, vt multo antè satas populos adæquarit, quæ arbor Virgilij ex eo dicta, atque consecrata est, summa grauidarum, & setarum religione, suscipientium ibi & soluentium vota. Initia ætatis, id est, vsque ad septimum annum, Cremonæ egit: & XVII. anno virilem togam cepit, illis Consulibus iterũ quibus natus erat. Euenitque, vt eò ipso die Lucretius poëta decederet. Sed Virgilius Cremona Mediolanum, & inde paullo pòst Neapolim transiit. vbi cum litteris & Græcis & Latinis vehementissimam operam dedisset, tandem omni cura, omníque studio indulsit medicinæ, & mathematicæ. Quibus rebus cum ante alios eruditior, peritiorque esset, se in vrbem contulit, Italíque

timq. magistri stabuli equorū Augusti amicitiam quæsiuit, multos, variosque morbos incidentes equis curauit. At ille in mercedem singulis diebus panes Virgilio, vt vni ex stabulatiis, dari iussit. Interea à Crotoniatis pullus equi miræ pulcritudinis, Cæsari donо fuit missus: qui omnium iudicio spem portendebat virtutis, & celeritatis immensæ. Hunc cùm adspexisset Maro, magistro stabuli dixit, natum esse ex morbosa equa, & nec viribus valiturum, nec celeritate: idque verum fuisse inuentum est. Quod cùm magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit. Cùm item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur, & parentes eorum dixit Virgilius, & animum, celeritatemq. futuram, Quo cognito, mandat iterum Virgilio panes duplicari. Dubitauit Augustus Octauij ne filius esset, an alterius: idque Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum, & equi naturam, parentesque cognorat. Admotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat, & solum rogat, an sciat quisnam esset, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Noui, inquit Maro, te Cæsar Auguste, & ferme æquam cum dis immortalibus potestatem habere, vt, quem vis, felicem facias. Eo animo sum, respondit Cæsar, vt, si verum pro rogatu dixeris, beatum te, felicemque reddam. Vtinam, ait Maro, interrogatiti tibi vera dicere queam. Tunc Augustus: Putant alij me natum Octauio: quidam suspicantur alio me genitum viro. Maro subridens, Facile, inquit, si impunè, licenterque quę sentio loqui iubes, id dicam. Affirmat Cæsar iureiurando, nullū eius dictum ægre latuturum, immo non nisi donatum ab eo discessurum. Ad hæc oculos oculis Augusti infigens Maro, Facilius, ait, in ceteris animalibus qualitates parentū mathematicis & philosophia cognosci possunt, in homine nequaquam possibile est: sed ne te coniecturam habeo similem veri, vt quid exercuerit pater tuus, scire possim. Attentè exspectabat Augustus quidnam diceret. At ille: Quantum ego rem intelligere possum, pistoris filius es, inquit. Obstupuerat Cæsar, & statim quo id pacto fieri potuerit, animo voluebat. Interrumpens Virgilius. Audi, inquit, quo pacto id coniicio: Cum quædam cunctarim, prædixerimque, quæ intelligi scirique non nisi ab eruditissimis suimmisque viris potuissent, tu princeps orbis, item & item panes in mercedem dari iussisti: quod quidem aut pistoris, aut nati pistore officium erat. Placuit Cæsari facetia. At deinceps, inquit Cæsar, non à pistore, sed à rege magnanimo dona feres, illumque plurimi fecit, & Pollioni commendauit. Corpore, & statura fuit grandi, aquilino colore, facie rusticana, valetudine varia: nam plerumque ab stomacho, & faucibus, ac dolore capitis laborabat: sanguinem etiam sæpius eiecit: cibi, vinique minimi. Fama est, cum libidinis pronioris in pueros fuisse. Sed boni ita eum pueros amasse putauerunt, vt Socrates Alcibiadem, & Plato suos pueros. Verùm inter omneis maximè dilexit Cebetem, & Alexandrum: quem secunda Bucolicorum ecloga Alexin appellat, donatum sibi ab Asinio Pollione: vtrumque non ineru-

ditum

dirum dimisit: Alexandrum grammaticum, Cebetem verò & poëtam. Vulgatum est, consueuisse eum cum Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus affirmat, ipsum postea minoribus natu narrare solitum, inuitatum quidem se à Vario ad communionem mulieris, verùm se pertinacissimè recusasse. Cetera sanè vita & ore, & animo tam probum fuisse constat, vt Neapoli Parthenias vulgò appellaretur: ac, si quando Romæ, quò tardissimè commeabat, viseretur in publico, sectantes, demonstrantesque se subterfugere solitum in proximum tectum. Bona autem cuiusdam exsulantis offerente Augusto, non sustinuit accipere. Possedit propè centies sestertium, ex liberalitatibus amicorum; habuitque domum Romæ in Esquiliis iuxta hortos Mæcenatis: quamquam secessu Campaniæ, Siciliæque plurimùm vteretur. Quæcumque ab Augusto peteret, repulsam numquam habuit. Parentibus quotannis autem ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amisit: ex quibus patrem oculis captum, & duos fratres germanos, Silonem impubetem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. Inter cetera studia, vt suprà diximus, medicinæ quoque, ac maximè mathematicæ operam dedit. Egit & caussam vnam omnino, nec ampliùs, quàm semel. Sermone tardissimum, ac pæne indocto similem fuisse, Melissus tradidit. Poëticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi gladiatorij magistrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit,

Mentes sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus:
Nolite dicere tum carpe viator iter.

Deinde Catalecton, & Moretum, & Priapeia, & Epigrammata, & Diras, & Culicem; cùm esset annorum quindecim: cuius materia est: Pastor fatigatus æstu, cùm sub arbore obdormisset, & serpens ad illum proreperet è palude, culex prouolauit, atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuò culicem contriuit, & visum serpentem interemit; ac sepulcrum culici statuit, & distichon fecit:

Parue culex, pecudum custos tibi sole merenti
Funeris officium, vita pro munere reddis.

Scripsit etiam, de qua ambigitur, Ætnam. Et mox, cùm res Romanas inchoasset, offensus materia, & nominum asperitate, ad Bucolica transiit: maximè vt Asinium Pollionem, Alphenum, Varium, & Cornelium Gallum celebraret: quia in distributione agrorũ, qui post Philippensem victoriam veteranis, triumuirorum iussu, trans Padum diuidebantur, indemnem se præstitissent. Deinde Georgica in honorem Mæcenatis edidit, cùm sibi vixdum noto opem tulisset aduersus Claudij veterani milites, vel, vt alij putant, Arij centurionis violentiam: à quo in altercatione litis Agrariæ parum abfuit quin occideretur. Nouissimè autem Æneidem aggressus est, argumentum varium, & multiplex, & quasi amborum Homeri carminum instar: præterea nominibus, ac rebus Græcis, Latinisque commune, & in quo, quod maximè studebat, Romanæ simul vrbis, & Augusti origo contineretur. Cùm Georgica scriberet,

beret, traditur quotidie meditatos mane plurimos versus dictare solitum, ac per totum diem retractando ad pauciſſimos redigere, non abſurdè carmen ſe vrſæ more parere dicens, & lambendo demum effingere. Æneida prorſa prius oratione formatam, digeſtamque in xii. libros particulatim componere inſtituit, vt quidam tradunt. Alij eius ſententiæ ſunt, vt exiſtiment eum, ſi diutius vixiſſet, quatuor & viginti libros vſque ad Auguſti tempora ſcripturum, atque alia quædam peterſurum, Auguſti verò geſta diligentiſſimè exſecuturum: quippe qui, dum ſcriberet, ne quid impetum moraretur, quædam imperfecta reliquit, alia leuiſſimis verſibus ſcripſit: quos per locum pro tigillis, vel tibicinibus interponi à ſe dicebat ad ſuſtinendum opus, donec ſolidæ columnæ adueniren. Bucolica triennio Aſinij Pollionis ſuaſu perfecit. Hic Tranſpadanam prouinciam regebat: cuius fauore, cùm veteranis Auguſti militibus Cremonenſium & Mantuanorum agri diſtribuerentur, ſuos Virgilius non amiſit. Facta enim diſtributione, ſuos ſeu Claudio, ſeu Actio datos recuperauit. Hunc Pollionem maximè amauit Maro, & dilectus ab eo magna munera tulit. quippe qui inuitatus ad cenam, captus pulcritudine, & diligentia Alexandri Pollionis pueri, eum dono accepit. Huius Pollionis filium C. Aſinium, & Cornelium Gallum, oratorem clarum, & poëtam non mediocrem, mira amore dilexit Virgilius. Is tranſtulit Euphorionem in Latinum, & libris quatuor amores ſuos de Cytheride ſcripſit. His primò in amicitia Cæſaris Auguſti fuit: poſtea in ſuſpicionem coniurationis contra illum adductus, occiſus eſt. Verùm vſquadeò hunc Gallum Virgilius amarat, vt quartus Georgicorum, à medio vſque ad finem, eius laudem contineret, quem poſteà, iubente Auguſto, in Ariſtæi fabulam commutauit. Georgica ſeptennio Neapoli, Æneida partim in Sicilia, partim in Campania duodecim annis confecit. Bucolica eo ſucceſſu edidit, vt in ſcena quoque per cantores crebra pronunciatione recitarétur. At cùm Cicero quoſdam verſus audiſſet, & ſtatim acri iudicio intellexiſſet non communi vena editos, iuſſit ab initio totam eclogam recitari: quam cùm accurate pernotaſſet, in fine ait: Magnæ ſpes altera Romæ. quaſi ipſe linguæ Latinæ ſpes prima fuiſſem, & Maro futurus eſſet ſecunda. Quæ verba poſteà Æneidi ipſe inſeruit. Georgica, reuerſo ab Actiaca victoria Auguſto, atque reficiendarum virium cauſſa Atellæ commoranti, per continuum quatriduum legit, ſuſcipiente Mæcenate legendi vicem, quoties interpellaretur ipſe vocis offenſione. Pronuntiabat autem maxima cum ſuauitate, & lenociniis miris. Seneca tradidit Iulium Montanum poëtam ſolitum dicere, inuolarunum ſe quædam Virgilio, ſi vocem poſſet, & os, & hypocriſim. eoſdem enim verſus, eo pronunciante, bene ſonare: ſine illo inareſcere, quaſi mutos. Æneidos vixdum cœptæ tanta exſtitit fama, vt Sext. Propertius non dubitarit ſic prædicare:

Cedite Romani ſcriptores, cedite Graij,
Naſcio quid maius naſcitur Iliade.

Auguſtus

Augustus verò, cùm iam forte expeditione Cantabrica abesset, & supplicibus, atque minacibus per iocum litteris efflagitaret, vt sibi de Æneide, vt ipsius verba sunt, vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret, negauit se facturum Virgilius: cui tamen multo pòst perfecta demum materia, treis omnino libros recitauit, secundum, videlicet, quartum, & sextum. Sed hunc præcipuè ob Octauiam: quæ cum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, *Tu Marcellus eris*, defecisse fertur, atque ægrè refocillata, dena sestertia pro singulo versu Virgilio dari iussit. Recitauit & pluribus: sed neque frequenter, & ferme illa de quibus ambigebat, quò magis iudicium hominum experiretur. Erotem libratium, & libertum eius, exactæ iam senectutis, traduni referre solitum, quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore. *Misenum Æolidem* adiecisse, *Quo non præstantior alter*. Item huic, *Ære ciere viros*, simili calore iactatum subiunxisse, *Martémque accendere cantu*: statimque sibi imperasse, vt verum que volumini adscriberet. Bucolica Georgicaque emendauit. Anno verò quinquagesimo secundo, vt vltimam manum Æneidi imponeret, statuit in Græciam & Asiam secedere, triennioque continuo omnem operam limationi dare, vt in reliqua vita tantum philosophiæ vacaret. Sed cùm aggressus iter Athenis occurrisset Augusto ab oriente Romam reuertenti, vnà cum Cæsare redire statuit. At cùm Megaram, vicinum Athenis opidum, visendi gratia peteret, languorem nactus est, quem non intermissa nauigatio auxit, ita vt grauior indies, tandem Brundisium aduentarit: vbi diebus paucis obiit, decimo Kal. Octob. C. Sentio, & Q. Lucretio coss. Qui cùm grauari morbo sese sentiret, scrinia sæpè, & magna instantia petiuit, crematurus Æneida: quibus negatis, testamento comburi iussit, vt rem inemendatam, imperfectamque. Verùm Tucca, & Varius monuerunt, id Augustum non permissurum. Tunc eidem Vario, ac simul Tuccæ scripta sub ea conditione legauit, ne quid adderent, quod à se editum non esset, & versus etiam imperfectos, si qui erant, relinquerent. Voluit etiam sua ossa Neapolim transferri, vbi diu & suauissimè vixerat, ac extrema valetudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon,

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Translata igitur iussu Augusti eius ossa, prout statuerat, Neapolim fuêre, sepultaque via Puteolana, intra lapidem secundum, suoque sepulcro id distichon, quod fecerat, inscriptum est. Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum, fratrem ex altera parte, ex quarta Augustum, ex duodecima Mæcenatem, ex reliqua L. Varium, & Plotium Tuccam, qui eius Æneidem post obitum, prout petiuerat, iussu Cæsaris emendauerunt. Nam nullius omnino sententiâ crematu Æneis digna visa fuit: de qua re Sulpicij Carthaginiensis exstant huiusmodi versus:

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flamis

Virgilius Phrygium qua cecinere ducem.
Tucca vetat, Variúsque simul: tu maxime Cæsar
Non sinis, & Latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni,
Et pene est alio Troia cremata rogo.

Exstant & Augusti de ipsa eadem re versus plures, & clarissimi, quorum initium ita est:

Ergóne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignem,
Magnáque doctiloqui morietur Musa Maronis?
--- Et paullo pòst:
Sed legum seruanda fides, suprema voluntas
Quod mandat, fierique iubet, parere necesse est.
Frangatur potiùs legum veneranda potestas,
Quàm tot congestos noctésque diésque labores
Hauserit vna dies. Et ea quæ sequuntur.

Nihil igitur auctore Augusto Varius addidit, quod & Maro præceperat; sed summatim emendauit, vt qui versus etiam imperfectos, si qui erant, reliquerit. Hos multi mox supplere conati, non perinde valuerunt ob difficultatem: quod omnia ferè apud eum hemistichia, præter illud, *Quem tibi iam Troia peperit*, sensum videntur habere perfectum. Nisus grammaticus audisse se à senioribus dicebat, Varium duorum librorum ordinem commutasse, &, qui tum secundus erat, in tertium locum transtulisse: etiam primi libri correxisse principium, his demtis versibus:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus siluis, vicina coëgi,
Vt quamuis auido, parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma, virúmque cano.

Nec Virgilius, qui columen linguæ Latinæ fuit, caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas Eclogas, sed insulsissimè Paro quidam deridet, & sic deridendo incipit:

Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi? Sequentis,
Dic mihi Damœta, cuium pecus, anne Latinum?
Non, verùm Ægonis. nostri sic rure loquuntur.

Alius recitante eo ex Georgicis, *Nudus ara, sere nudus*, subiecit, *Habebis frigora, febrem.*

Est & aduersus Æneida liber Carbilij Pictoris, titulo Æneidomastix. M. Vipranius eum à Mæcenate suppositū appellabat nouæ *κακοζηλίας* repertorem, dicebatque neque tumidum esse, neque exilem, sed communibus verbis opus illud confecisse. Herennius vitia eius tantùm contraxit, Perilius Faustinus furta. Sunt & Q. Octauij Auiti volumina, quibus annotantur, quos, & vnde versus transtulerit. Asconius Pedianus libro quem contra obtrectatores Virgilij scripsit, pauca admodum ei obiecta ponit, & potissimùm, quòd non rectè historiam contexuit, & quòd pleraque ab Homero sumsit. Sed hoc crimen sic defendere assuetum ait: Cur non illi quoque eadem furta tentarent.

tarent. Verùm intellecturos, facilius esse Herculi clauam, quàm Homero versum surripere: & tamen destinasse secedere, vt omnia ad satietatem maleuolorum decideret. Refert etiam Pedianus, benignum, cultoremque omnium bonorum atque eruditorum fuisse, & vsque adeò inuidiæ expertem fuisse, vt si quid eruditè dictum inspiceret alterius, non minùs gauderet, ac si suum fuisset: neminem vituperare, laudare bonos: ea humanitate esse, vt, nisi peruersus, maximè quisque illum non diligeret modò, sed amaret. Nihil proprij habere videbatur. Eius bibliotheca nō minùs aliis doctis patebat, ac sibi: illudque Euripidis antiquum sæpe vsurpabat, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, hoc est, communia amicorum esse omnia. Quare coæuos omneis poëtas ità adiunctos habuit, vt cùm inter se plurimum inuidia arderent, illum vnà omnes colerent, Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser verò quoniam Antonij parteis secutus est, illum non obseruasse dicitur. Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit. Gloriæ verò adeò cōtemtor fuit, vt cùm quidam versus quosdā sibi adscriberent, eaque re docti haberentur, non modò ægrè non ferebat, immo voluptuosum id sibi erat. Cùm enim distichon, quod laudem felicitatemque Augusti continebat, fecisset, valuisque non nominato auctore infixisset (id erat huiusmodi,

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mâne:
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.)

diu quæritans Augustus, cuiusnam hi versus essent, eorum auctorem non inueniebat: Bathyllus verò poëta quidam mediocris, tacentibus aliis, sibi adscripsit. Quamobrem donatus, honoratusque à Cæsare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, iisdem valuis affixit quater hoc principium: *Sic vos non vobis.* Postulabat Augustus, vt hi versus complerentur: quod cùm frustra aliqui conati essent, Virgilius, præposito disticho, sic subiunxit:

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Quo cognito, aliquamdiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro verò exaltatior. Cùm is aliquando Ennium in manu haberet, rogareturque quidnam faceret: respondit, se aurum colligere de stercore Ennij. Habet enim poëta ille egregias sententias, sub verbis non multùm ornatis. Interroganti Augusto, quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur, Si prudentiores, inquit, temonem tenuerint, & boni malis præponantur: itaque optimi suos habeant honores, nulli tamen aliorum iniusti quidquam fiat. At Mæcenas: Quid, inquit, Virgili, satietatem homini non affert? Omnium rerum, respondit, aut similitudo, aut multitudo stomachum facit, præter intelligere. Idem interrogauit: Quo pacto quis altam, felicemque eius fortunam seruare potest? Cui Maro: Si, quantum honore ac diuitiis aliis

præstantior

præstantior sit, tanto liberalitate, & iustitia alios superare nitatur. Solitus erat dicere, nullam virtutem commodiorem homini esse patientia, ac nullam asperam adeò esse fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. Quam sententiam in quinto Æneidos inseruit:

Nate dea, quò fata trahunt, retrahuntque, sequamur:
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Cùm quidam eius amicus, Cornificij in eum maledicta, & inimicitias sibi enarraret: Quam putas, inquit, esse huiusce maleuolentiæ causſam? Nam neque vnquam Cornificium offendi, & eum amo. An, inquit, Hesiodi sententiæ non meministi, vbi ait: Architectum architecto inuidere, & poëtam poëtæ? De malis, inquit, Græcus ille intellexit: nam boni eruditiores amant. Sed magna cum laude, & gloria vindictam in manu habeo. Maiora enim cura virtuti intendam: atque quo elegantior ego fiam, eo vehementiùs inuidia rumpetur. Erat Augusto familiaris Filiſtus quidam orator, & poëtam mediocriter doctus: cui multiplex, variumque ingenium erat, qui omnium omnia dicta reprehendere conabatur: non vt verum dignoſceret, quod Socrates facere consueuit, sed vt eruditior videretur. Hic Virgilium, vbicumque conuenire dabatur, maledictis, salibusque vexabat. Quare ille sæpè aut tacibundus discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verùm, cùm Augusto audiente elinguem illum diceret, & causſam etiam suam, si linguam haberet, defendere nequiret: Tace, inquit, rabula. Nam hæc mea taciturnitas defensorem causſarum mearum Augustum fecit, & Mæcenatem: & ea tuba, cùm volo, loquor, quæ vbique, & diutiſſimè audietur. Tu loquacitate non modò aureis hominum, sed muros rumpis. Augustus verò Filiſtum graui vultu increpauit. Tunc Maro, Si tempus Cæsar, inquit, tacendi hic sciret, rarò loqueretur. Tacendum enim semper est: nisi cùm taciturnitas tibi noceat, aut oratio aliis prosit. Nam qui contendit, & contentionis finis vtilis sit, non nouit, stultis illum annumerandum sapientes putant. Posteaquam Augustus summa rerum omnium potitus est, venit in mentem, an conduceret tyrannidem omittere, & omnem potestatem annuis consulibus, & senatui remp. reddere: in qua re diuersæ sententiæ consultos habuit, Mæcenatem, & Agrippam. Agrippa enim vtile sibi fore, etiam si honestum non esset, relinquere tyrannidem longa oratione contendit: quod Mæcenas dehortari magnopere conabatur. Quare Augusti animus & hinc ferebatur, & illinc. Erant enim diuersæ sententiæ, variis rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem, an conferat priuato homini, se in sua repub. tyrannum facere. Tum ille, Omnibus fermè inquit, remp. aucupantibus molesta ipsa tyrannis fuit, & ciuibus: quia necesse erat propter odia subditorum, aut eorum iniustitiam, magna suspicione, magnoque timore viuere. Sed si ciues iustum aliquem scirent quem amarent plurimùm, ciuitati id vtile esset, si in eo vno omnis potestas foret. Quare si iustitiam, quod modò facis, omnibus in futurum

futurum nulla hominum facta compositione distribues: dominari te, & tibi conducet, & orbi. Benevolentiam enim omnium habes, vt deum te & adorent, & credant. Eius sententiam secutus Cæsar principatum tenuit. Audiuit à Scirone præceptrà Epicuri: cuius doctrinæ socium habuit Varium. Quamuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur; ipse tamen fuit Academicus: nam Platonis sententias omnibus aliis prætulit.

Nunc quoniam de auctore summatim diximus, de ipso iam carmine dicendum videtur: quod bifariam tractari solet, hoc est, & ante opus, & in ipso opere. Ante opus, titulus, caussa, intentio. Titulus, in quo quæritur cuius sit. Caussa, vnde ortum sit, & quare hoc potissimum sibi ad scribendum poëta præsumserit. Intentio, in qua cognoscitur quid efficere conetur poëta. In ipso opere sanè tria spectantur: numerus, ordo, explanatio. Quamuis igitur multa ψευδεπιγραφα, id est, falsa inscriptione sub alieno nomine sunt prolata, vt Thyestes tragœdia huius poëtæ, quam Varius edidit pro sua, & alia huiusce modi: tamen Bucolica liquidò Virgilij esse minime dubitandum est: præsertim cùm ipse poëta, tanquam hoc metuens, principium huius operis & in principio Æneidos, & in alio carmine suum esse testatus sit, sic dicens,

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena,

& reliqua. Et,

Carmina qui lusi pastorum, audaxque iuuenta,
Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi:

Bucolica autem & dici, & rectè appellari, vel hoc solum indicium sufficerit, quòd hoc eodem nomine apud Theocritum censeantur: verum ratio quoque demonstrabilis est. Tria sunt pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent: quorum qui minimi sunt, αἰπόλοι dicuntur à Græcis, fidem à nobis capturij: paullò honoratiores, qui ποιμένες, id est, opiliones dicuntur: honestissimi, & maximi, βουκόλοι quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi, quàm ab eo gradu qui apud pastores excellentissimus inuenitur? Caussa dupliciter inspici solet: ab origine carminis, & à voluntate scribentis. Originem autem Bucolici carminis alij ob aliam caussam ferunt. Sunt enim, qui à Lacedæmonijs pastoribus Dianæ primum carmen hoc redditum dicant, cùm eidem deæ, propter bellum, quod toti Græciæ illo tempore Persæ inferebant, exhiberi per virgines de more sacra non possent. Alij ab Oreste circa Siciliam vago, id genus carminis Dianæ redditum loquuntur, per ipsum atque pastores: quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat, surrepto numinis simulacro, & celato in fasce lignorum. Vnde Fascelidem Dianam perhibent nuncupatam: apud cuius aras Orestes per sacerdotem eiusdem numinis Iphigeniam sororem suam à patricidio fuerat expiatus. Alij Apollini Nomio, pastorali scilicet deo: qua tempestate Admeti boues pauerat. Alij Libero, Nymphārum scilicet, & Satyrorum, & id genus numinum principi, qui-

bus

bus placet rusticum carmen. Alij Mercurio Daphnidis patri, pastorum omnium principi, & apud Theocritum, & apud hunc ipsum poëtam. Alij in honorem Panos scribi putant peculiariter pastoralis dei, item Sileni, Siluani, atque Faunorum. Quæ cùm omnia dicantur, illud erit probatissimum, Bucolicum carmen originem ducere à priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercita erat: & ideo velut aurei sæculi speciem in huiusmodi personarum simplicitate cognoscit & meritò Virgilium processurum ad alia carmina, non aliunde cœpisse, nisi ab ea vita quæ prima in terris fuit. Nam posteà rura culta, & ad postremum pro cultis & feraçibus terris bella suscepta: quod videtur Virgilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, cùm pastores primò, deinde agricolas canit, & ad vltimum bellatores. Restat, vt, quæ caussa voluntatem attulerit poëtæ Bucolica potissimùm scribendi, consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti, & admiratione eius illectus est: aut ordine temporum est secutus erga vitam humanã, vt suprà diximus: aut treis modos elocutionũ, quos χαρακτῆρας Græci vocant, ἰσχνὸν, qui tenuis: ἀδρὸν, qui validus: μέσον, qui moderatus intelligitur. Credibile erat Virgilium, qui in omni genere prævaluerit, Bucolica primùm, Georgica secundum, Æneida tertium voluisse conscribere. Aut ideo potius primò Bucolica scripsit, vt in eiusmodi carmine, quod & paullo liberius, & magis validum quàm cetera, est, facultatem haberet captandæ Cæsaris indulgentiæ, recuperandique agri quem amiserat. Ob hanc caussam die tertio Iduum Martiarum C. Cæsare interfecto, cùm Augustum Cæsarem pæne puerum veterani milites, non abnuente senatu, sibi ducem constituissent, exorto bello ciuili Cremonenses cum ceteris eiusdem studij aduersarios Augusti Cæsaris adiuuerunt. Vnde factum est, vt cùm victor Augustus in eorum agros veteranos deduci iussisset, non sufficiente agro Cremonensium, Mantuani quoque, in quibus erat Virgilius, maximam partem suorum finium perdiderint, eo quòd vicini Cremonensibus fuerant. Sed Virgilius Augusti familiaritate, suoque carmine fretus, centurioni Ario obsistere ausus est. Ille statim, vt miles, ad gladium manum admouit. Cumque se in fugam proripuisset poëta, non prius persequendi finis fuit, quàm se in fluuium Virgilius coniecisset. Sed posteà Mæcenate, & Pollione, & ipso Augusto fauentibus, agros suos recepit. Intentio libri, quam σκόπον Græci vocant, imitatione Theocriti poëtæ constituitur, qui Siculus, & Syracusanus fuit. Est intentio etiam in laudem Cæsaris, & principum eterorum, per quos in sedes suas rediit: vnde vt & delectationem, & vtilitatem finis contineret, secundùm præcepta cuncta confecit. Quæri solet cur non plureis quàm decem Eclogas conscripserit: quod nequaquam mirandum videbitur ei qui considerauerit ætatem scenarum pastoralium, quæ vltra hunc numerum non poterit proferri: præsertim cùm ipse poëta circumspectior Theocrito, vt ipsa res indicat, videatur metuere, ne illa Ecloga quæ Pollio inscribitur, minus rustica videatur, cùm

ipsam

ipsam sic præstruat ipse, dicens, *Sicelides Musæ paulo maiora canamus*: & item similiter in aliis duabus facie. Illud tenendum esse prædicimus in Bucolicis Virgilij, neque nusquam, nèque vbique aliquid figurate dici, hoc est, per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæsaris, & amissos agros hæc Virgilio concederuntur, cùm Theocritus, quem hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino conscripserit. Quod autem in ipso carmine tractari solet, est numerus, ordo, explanatio. Numerus Eclogarum manifestus est. Nam decem sunt ex quibus propriè Bucolicæ VII. esse creduntur: nam tres vltimæ propriè Bucolicæ dici non debent, Pollio scilicet, Silenus, & Gallus. Prima igitur continet conquestionem publicam, & priuatam congratulationé de agro, & dicitur Tityrus. Secunda amoré pueri, & dicitur Alexis. Tertia certamen pastorum, & dicitur Palæmon. Quarta genethliacũ, & dicitur Pollio. Quinta epitaphiũ, & dicitur Daphnis. Sexta, metamorphosim, & dicitur Varius & Silenus. Septima, amores diuersorũ sexuum, & dicitur Corydõ. Octaua, Pharmaceutria, & dicitur Damon. Nona, continet poëtæ conquestioné de amisso agro, & dicitur Mœris. Decima, desiderium Galli, & dicitur Gallus. Quod ad ordiem spectat, illud scire debemus, in prima tantùm, & vltima Ecloga poëtam voluisse ordinem seruare: quoniam in altera principium constituit: vt in Georgicis ait, *Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi*. In altera ostendit finem: quippe qui dicat, *Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem*. Verùm, inter ipsas Eclogas, pastoralem, conscriptumque ordinem nullum esse certissimum est. Sed sunt qui dicunt, initium Bucolici carminis non *Tityre* esse; sed, *Prima Syracosio dignata est ludere versu*. Superest explanatio: ad quam antequam veniamus, illud dixerim, tenue esse Bucolicum carmen, & vsque adeò ab Heroico charactere distare, vt versus quoque huius carminis suas quasdam cæsuras habeant, & suis legibus distinguantur. Nam cùm tribus probetur metrum, cæsura, scansione, modificatione: non erit Bucolicus versus, nisi in quo & pes primus partem orationis absoluerit: & tertius trochæus fuerit & cæsura, & quartus pes dactylus magis, quàm spondeus partem orationis terminauerit, quintus, & sextus pes ex integris dictionibus fuerit: quod Virgilius à Theocrito sæpè seruatum, victus operis difficultate, neglexit: in solo principio incertum industria, an casu, has cæsuras seruauit. Nam *Tityre*, dactylus partem orationis absoluit, *tu patu la recu*, tertium trochæum: quamuis de composita dictione concluserit *bans sub*: quartum spondeum pro dactylo. cùm subiunxit, *tegmine fagi*, terminatis partibus orationis integrum comma perfecit: cuius rei diligentiam licet in Theocriti omnibus fermè versibus admirari. Qui verò suprà dicta acri iudicio, diligenterque considerarit, facile intelliget, quæ in Georgicis intentio, quique finis fuerit, nec minus etiam in Æneide. Pœmatis styli genera tria sunt: aut enim actiuum vel imitatiuum, quod Græci δραματικὸν appellant, in quo personæ loquentes introducuntur sine poëtæ inter-

interlocutiones: vt sunt tragœdiæ, & comœdiæ: δρᾶν enim Græcè agere dicitur: quo genere scripta est prima, *Tityre*, &, *Quo te Mœri pedes*. Aut enarratiuum, quod Græci διηγηματικὸν appellant: in quo poëta ipse loquitur sine interpositione personæ: vt tres primi Georgicôn libri, item Lucretij carmina. aut commune, vel mistum, quod Græci μικτὸν appellant: vbi & poëta ipse loquitur, & introductæ personæ: vt est Virgilij AEneis.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS BVCOLICA.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

TITYRVS, ECLOGA I.

ARGVMENTVM.

Virgilius sub persona Tityri pastoris, quo arietem maiorem, aut hircum significari aiunt, vt euidentius fortunam suam, beneficiaque Cæsaris explicaret, exaduerso Meliboeum, id est, qui curam agit boum, introducit, à patria, adempto agro, pulsum.

MELIBOEVS, TITYRVS.

M. TITYRE,* *tu patulæ* recubans *sub tegmine fagi,*
Siluestrem tenui Musam meditaris auena:
Nos patriæ fineis, & dulcia linquimus arua.

indicatur admiratio quædam, & indignatio loquentis, & Recubans, animi securitatem in Tityro significat.

Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllida siluas.
T. ô Meliboee, * *deus nobis hæc otia fecit.*
Namque erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti.

Cæsar Augustus ob magnitudinem beneficij deus à Tityro dictus, non vt putauit Seruius, quia Romæ, templis erectis, coleretur.

M. *Non equidem inuideo: miror magis: vndique totis*
Vsque adeò turbatur agris. en ipse capellas
Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco.
Heic inter densas corulos modò namque gemellos,
Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.
Sæpè malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cælo tactas memini prædicere quercus.
* *Sæpè sinistra caua prædixit ab ilice cornix.*

nothus videtur versus. Expone vt lib. vi. Da

Sed tamen iſte deus qui ſit, * da Tityre nobis.

Da non indebita poſco Regna meis fatis) Latio conſidere Teucros.

T. Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putaui
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, quò ſæpe ſolemus
Paſtores ouium teneros depellere fetus.
Sic canibus catulos ſimileis, ſic matribus hædos
Noram; ſic paruis componere magna ſolebam.
Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbeis,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

M. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſſa videndi?

T. Libertas: quæ ſera, tamen reſpexit inertem:
Candidior poſtquam tondenti barba cadebat:
Reſpexit tamen, & longo pòſt tempore vênit,

ex quo Romam veni, Mantua relicta.

* Poſtquàm nos Amaryllis habet, Galatea reliquit,
Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculî.
Quamuis multa meis exiret victima ſeptis,
Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi,
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

apoſtrophe ad vrbē Romam.

M. Mirabar, quid mœſta deos * Amarylli vocares:
Cui pendêre ſua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat: ipſæ te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.

T. Quid facerem? neque ſeruitio me exire licebat,
Nec tam præſenteis alibi cognoſcere diuos.

Auguſtum.

Hic illum vidi * iuuenem Melibœe, quotannis

* omniū menſium Kalēdis.

Bis * ſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti:
Paſcite, vt antè, boues pueri, ſubmittite tauros.

* fortunatus ſenex futurus. vt ad tempus futurum, non ad ætatem Virgilij referatur.

M. * Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna ſatis: quamuis lapis omnia nudus,
Limoſóque palus obducat paſcua iunco.
Non inſueta graueis tentabunt pabula fetas:

Nec

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
*Fortunate senex, hic inter * flumina nota,*
*Et fontes * sacros, frigus captabis opacum.*
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes,
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpè leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras:
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes;
*Nec * gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.*
T. *Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,*
Et freta destituent nudos in litore pisces:
Antè, pererratis amborum finibus; exsul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
M. *At nos hinc alij * sitientes ibimus Afros:*
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitùs toto diuisos orbe Britannos.
En vmquam patrios longo pòst tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
*Barbarus has segetes? * en quò discordia ciues*
Perduxit miseros! en quos conseuimus agros!
Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.
Ite meæ, felix quondam pecus, ite capellæ:
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro,
Dumosa pendêre procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non me pascente capellæ
*Florentem cythisum, & salices carpetis * amaras.*
T. *Heic tamen hanc mecũ poteras requiescere noctem.*
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
*Castaneæ molles, & * pressi copia lactis.*

Padum, & Mincium. * Nymphæ enim omnibus aquis præsident.

gemere propriè de turturibus: quæ cũ canunt, gemere videntur.

ob calorem. Ibimus, pro adibimus: Scythiam veniemus, pro In Scythiam.

Homer. lib. 20 3:

quo tamen sapore capellis placent.

In caseum coacti.

Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioréſque cadunt altis de montibus vmbræ.

ALEXIS, ECLOGA II.

ARGVMENTVM.

Virgilius ſub perſona Corydonis queritur, cur apud Alexin, id eſt, Auguſtum, parum ſit gratioſus. Alij puerũ Alexandrum, quem ab Aſinio Pollione dono acceperat, vatem ferunt dilexiſſe: & ad diſſimilitudinem morum, ſtudiorumque fœctunt argumentum male cohærentis amicitiæ. Imitaturque Theocritum idyllio tertio, cui Comatæ nomen eſt.

Videtur hæc Ecloga continere Poëtæ querimoniam, quòd parum gratioſus apud Auguſtum eſſet.

pro Corydone Virgilium; pro Alexi, Auguſtum intellige.

FORMOSVM *paſtor* Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini: nec, quid ſperaret, habebat.
Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos
Aſſidue veniebat: ibi hæc incondita ſolus
Montibus & ſiluis ſtudio iactabat inani.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas:

non reddis ereptos mihi agros.

*Nil noſtri * miſerere: mori me denique cogis.*
Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant:
Nunc viridem etiam occultant ſpineta lacertos:

eius amica: cui tamen paullo poſt prætergreſſa ſe Alexin oſtendit.

Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Alia ſerpillúmque herbas contundit olentes:
At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.
Nónne fuit ſatius, triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia? nónne Menalcan?
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes.
O formoſe puer, nimium ne crede colori:

violæ purpureí coloris, qui ad nigrũ accedit.

*Alba liguſtra cadunt, * vaccinia nigra leguntur.*
Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim, quæris Alexi:
Quàm dives pecoris niuei, quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Lac

Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.
Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec sum adeò informis: nuper me in litore vidi,
Cùm placidum ventis staret mare: non ego Daphnin
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.
O tantùm libeat mecum tibi sordida rura,
Atque humileis habitare casas, & figere ceruos,
Hædorúmque gregem viridi compellere hibisco!
Mecum vna in syluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plureis
Instituit: Pan curat oueis, ouiúmque magistros:
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
** Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim,*
Et dixit moriens: te nunc habet ista secundum.
Dixit Damœtas: inuidit stultus Amyntas.
*Præterea duo, * nec tuta mihi valle reperti*
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo.
Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades ô formose puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis: tibi candida Nais
** Pallentes violas, & summa papauera carpens,*
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi,
Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneásque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
*Addam * cerea pruna: & honos erit huic quoq; pomo.*

ex rusticorum more, qui speculo artificioso, vitreo aut crystallino, vti nō solent.

amantium more, munera offert.

difficili. quæsiui eos non sine periculo. munus commendat à difficultate.

Horatius: Et tinctus viola pallor amantium.

puto ad colorem potius referri, quàm ad mollitiem.

Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ quoniam suaueis miscetis odores.
Rusticus es Corydon; nec munera curat Alexis:
amator eius dominus, Corydone dicitur. *Nec si muneribus certes, concedat * Iolas.*
Eheu, quid volui misero mihi? floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
antequam Priami regis filius agnosceretur. *Quem fugis ah demens? habitarunt di quoque siluas,*
*Dardaniúsque * Paris. Pallas, quas condidit, arces*
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia siluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam;
Florentem cytisum sequitur lasciua capella:
Te Corydon ô Alexi. TRAHIT sua quemq; voluptas.
Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci:
Et sol crescentes decedens duplicat vmbras:
cùm tamen solis calor, abeunte die, deficiat. *Me tamen * vrit amor. QVIS enim modus adsit amori?*
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit!
* hortatis est, sed vehementer. iungitur enim indicatiuo, ex quo patet interrogandi vim inesse. *Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.*
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
Viminibus, mollíq; paras detexere iunco:
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

PALÆMON. ECLOGA III.

ARGVMENTVM.

Lites ænigmatice agitantur, sub vetulo iudice Palæmone: postque vitia aliquot infectata, præmium victori, interpellata controuersia, decernitur. Et initium sumtum est à Theocriti Nomeo, & ad imitationem Græcam scripta est.

MENALCAS, DAMŒTAS, PALÆMON.

M. DIC mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
D. Non, verùm Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.
M. Infelix ô semper ouis pecus: ipse Neæram
Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,

Hic

Hic alienus oueis custos bis mulget in hora:*
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
D. *Parcius ista* viris tamen obiicienda memento.*
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,
Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello.
M. *Tum credo, cùm me arbustum videre Myconis,*
Atque mala viteis incidere falce nouellas.
D. *Aut heic ad veteres fagos, cùm Daphnidis arcum*
Fregisti, & calamos: quæ tu peruerse Menalca
Et cùm vidisti puero donata, dolebas:
Et, si non aliquà nocuisses, mortuus esses.
M. *Quid domini facient, audent cùm talia fures?*
Non ego te vidi Damonis, peßime, caprum
Excipere insidiis, multùm latrante Lycisca?*
Et cùm clamarem, quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.
D. *An mihi cantando victus non redderet ille,*
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon*
Ipse fatebatur: sed reddere posse negabat.
M. *Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cera*
Iuncta fuit? non tu in triuiis indocte solebas
** Stridenti* miserum stipula disperdere carmen?*
D. *Vis ergo inter nos; quid poßit vterque, vicißim*
Experiamur? ego hanc vitulam, ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fetus,
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.
M. *De grege non ausim quidquam deponere tecum.*
Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca:
Bisq́ die numerant ambo pecus, alter & hædos.
Verùm id, quod multò tute ipse fatebere maius,
** Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam*

surripit domino imprudenti.

* cum laude. plus n. est, quàm hominibus, sic Cicero in Bruto: Vidi Mitylenis virum, & vidi plane virum.

cane ex lupo & cane nato, vt ait Plinius.

victoriæ meæ præmium.

non dulcem, iucundúmve auribus sonitum reddẽte. &, Miserum, mærorem inducens, ideo reiiciendum.

mecum certare: cui minimè cõparandus es.

Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos edera vestit pallente corymbos.
*In medio duo signa, Conon: & * quis fuit alter,*
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet?
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
D. *Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:*
Et molli circùm est ansas amplexus acantho:
Orpheáque in medio posuit, siluásque sequentes.
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes.
M. *Numquã hodie effugies: veniã * quocumq; vocaris.*
Audiat hæc tantùm vel qui venit: ecce Palæmon:
Efficiam posthâc ne quemquam voce lacessas.
D. *Quin age, si quid habes, in me mora non erit ulla:*
Nec quemquam fugio. tantùm vicine Palæmon
*Sensibus hæc imis, res est * non parua, reponas.*
P. *Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba.*
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent siluæ, nunc formosissimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde sequêre Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna Camenæ.
D. *Ab Ioue principium Musæ: IOVIS omnia plena:*
*Ille * colit terras, illi mea carmina curæ.*
M. *Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me*
Munera sunt, lauri, & suauè rubens hyacinthus.
D. *Malo me Galatea petit lasciua puella,*
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.
M. *At mihi sese offert ultrò, meus * ignis, Amyntas:*
Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.
D. *Parta meæ Veneri sunt munera: namque notaui*

ignorantiam bellè tribuit homini rustico.

ad quemcunque locum, ad quemcunque iudicem.

cùm agatur & de vitula, & de gloria.

ideo habitat, quia vbique est. Iouis enim omnia plena.

cuius amore ardeo, nec potuit significatius amoris vis, quàm incendij simili-

Ipse

Ipse locum, aëriæ quò congessere palumbes.
M. Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi: cras altera mittam.
D. O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est!
Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures.
M. Quid prodest, quòd me ipso animo non spernis, A-
*Si, dum tu sectaris apros, ego * retia seruo? (mynta,*
D. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.
M. Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit:
Et longùm formose vale, vale, inquit, Iola.
D. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
*M. Dulce satis humor, * depulsis arbutus hædis,*
Lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.
*D. * Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, Musam:*
Pierides vitulam lectori pascite vestro.
M. Pollio & ipse facit noua carmina, pascite taurum,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
D. Qui te Pollio amat, veniat, quò te quoque gaudet.
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
M. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui:
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.
D. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
*M. * Parcite oues nimiùm procedere: non bene ripa*
Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat.
D. Tityre pascentes à flumine reice capellas:
Ipse, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
M. Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus,
Vt nuper, frustrà prelsabimus vbera palmis.
D. Eheu, quàm pingui macer est mihi taurus in aruo!

tudine, exprimi, ideo & suprà dixit. *Me tamen vrit amor.*

quod in venatione minimum habet voluptatis.

ab vbere fumotis.

Asinius Pollio, poëta, & historicus, qui Virgilio suos agros ab Augusto impetrauit.

cauete, ne nimium procedant.

cuius culpa meas planè res omnes negligo.

*Idem * amor exitium est pecori, pecorique magistro.*
M. *His certè neque amor caussa est: vix ossibus hærent.*
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

cuius est diuinare, & obscura notis, ac patefacere.

D. *Dic, quibus in terris, & eris mihi magnus * Apollo,*
Treis pateat cæli spatium non amplius vlnas.
M. *Dic, quibus in terris inscripti nomina regum*
*Nascantur flores: & Phyllida solus * habeto.*

Si hoc dixeris, volo propria esse tua, quæ communis nunc est.

P. *Non nostrum inter vos tantas componere lites:*
Et vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri: sat prata biberunt.

POLLIO, ECLOGA IIII.

ARGVMENTVM.

Ecloga hæc magna ex parte est allegorica: & genethliacon canit Salonino, in consulatu Asinij Pollionis patris & ducis Germanici exercitus nato, post captas, in Delmatia, Salonas. Et vtriusque simul & Augusti laudes Sibyllino carmine paullò altiùs intonat, quàm stylus requirat bucolicus: sed honestam præmittit excusationem.

quia supra bucolici carminis humilitatem paullùm ascendit, ob natum Pollioni filium.

*SICELIDES Musæ, paullò * maiora canamus.*
Non omnes arbusta iuuant, humiles q; myrica.
Si canimus siluas, siluæ sint consule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo:
*Iam * redit & virgo, redeunt Saturnia regna:*
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Tu modò nascenti puero, quo ferrea primùm
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta fave Lucina: tuus iam regnat Apollo,
Téque adeò decus hoc ævi, te consule inibit
Pollio: & incipient magni procedere menses.
*Te duce, si qua manent * sceleris vestigia nostri,*
Irrita perpetua soluent formidine terras.

iustitia, Erigone quæ fuit. bene enim ominatur ab Augusto regnante, filio Pollioni nato, Pollione ipso consule.

ciuilis belli ab Augusto gesti.

Ille

Ille deûm vitam accipiet, diuisq; videbit
Permistos heroas, & ipse videbitur illis,
Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistáque ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgò nascetur amomum.
At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus.
Molli paullatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit sentibus vua:
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos:
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
** Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus*
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem.
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator:
Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suauè rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
Talia sæcla suis dixerunt currite fusis;

C. Iulij Cæsaris, à quo adoptatus est. nã de Augusto placet intelligi. nõ de Pollione: quod Seruius sine caussa dubitat.

fragrantia, Seruius exponit.

ob auaritiam nauigare.

hoc est quod dixit: Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.

cùm tincta varios refert colores.

Concor-

Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores
Clara deûm ſoboles, magnûm Iouis incrementum.
inclinatum præſentibus malis. *Adſpice conuexo * nutantem pondere mundum,*
Terráſque, tractúſque maris, cælumq; profundum:
futuris bonis. *Adſpice, venturo * lætantur vt omnia ſæclo.*
O mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,
Spiritus &, quantum ſat erit tua dicere facta.
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atq; huic pater adſit.
Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.
Pan deus Arcadia mecum ſi iudice certet,
in qua colitur. *Pan, etiam * Arcadia dicat ſe iudice victum.*
*Incipe parue puer * riſu cognoſcere matrem:*
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
*Incipe parue puer: * cui non riſere parentes,*
Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

DAPHNIS, ECLOGA V.

ARGVMENTVM.

Duo amici paſtores alternatim, ſub perſona Daphnidis, Iulij Cæſaris mortem deplorant, qui quatuor & viginti vulneribus in Senatu periit: deſcribuntque illius epitaphion, ac apotheoſin, & diuinos illi decernunt honores. Non nulli malunt dici de Quinctilio Varo. Alij verò de fratre ſuo Flacco.

MENALCAS, MOPSVS.

ME. CVR *non Mopſe, boni quoniam conuenimus ambo*
Tu calamos inflare leuis, ego dicere verſus,
vt cantu nos oblectemus. *Heic corulis miſtas inter * conſedimus vlmos?*
MO. *Tu maior; tibi me eſt æquum parére Menalca,*
ex quo fiunt incertæ vmbræ. *Siue ſub incertas Zephyris * motantibus vmbras,*
Siue antro potiùs ſuccedimus, adſpice vt antrum

Silue-

Silvestris raris sparsit labrusca racemis.

ME. *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.*

MO. *Quid, si idem certet Phœbum superare canendo?* Hom. in Il. 54.

ME. *Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis igneis,*
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Alcofuit Cretensis sagittarius excellés, Codrus Athenienſium rex: qui militem Spartanum iurgio prouocauit, vt ab eo occideretur: quod si fieret, salutem Athenarum vrbi oraculum promittebat.]
Incipe: pascentes seruabit Tityrus hædos.
MO. *Immo hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi*
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
ME. *Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,*
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
MO. *Sed tu desine plura puer: successimus antro.*
Exstinctum nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant: vos coruli testes, & flumina nymphis:
Cùm complexa sui corpus miserabile gnati
*Atque * deos atque astra vocat crudelia mater.* quibus permittentibus interfectus sit Daphnis.
Non vlli pastos illis egêre diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montésque feri, siluæq; loquuntur.
*Daphnis & * Armenias curru subiungere tigreis* quia C. Cæsar sacra Liberi patris ex Armenia Romã transtulit. ad Cæsaris necẽ hæc spectant.
Instituit, Daphnis thyasos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ,
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis:
*Tu decus omne * tuis: postquàm te fata tulerunt,* Romanis, quorum dictionem valdè Cæsar auxit.
Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpè quibus mandauimus hordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso

Carduus,

Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

facite nemora circa fontes.

*Spargite humum foliis, * inducite fontibus umbras*
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis:
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:
Daphnis ego in silvis, hinc vsque ad sidera notus,

boni populi optimus Imperator, Cæsar, inquam, Romanorum.

** Formosi pecoris custos, formosior ipse.*
ME. *Tale tuum carmen nobis diuine poëta,*
Quale sopor fessis in gramine: quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hæc quocumque modo tibi nostra vicissim
Dicemus: Daphninq; tuum tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoq; Daphnis.
M. *An quidquam nobis tali sit munere maius?*

hoc manifestè de Daphni, nõ de C. Cæsare dictũ est: nec enim puer Cæsar est occisus.

*Et * puer ipse fuit cantari dignus: & ista*
Iam pridem Stimicon laudauit carmina nobis.
ME. *Candidus insuetum miratur limen Olympi:*
Sub pedibusq; videt nubes, & sidera Daphnis.
Ergo alacres siluas, & cetera rura voluptas,
Panaq;, pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia cerui
Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sidera iactant
Intonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, deus deus ille Menalca.

apostrophe ad Daphnin, in deorũ numerum relatum.

*Sis * bonus ô felixq; tuis. en quatuor aras:*
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo;
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, si frigus erit; si messis, in vmbra,

Vina

*Vina nouum fundam calathis, *Ariusia nectar.*
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Ægon:
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt, & cùm sollemnia vota
Reddemus Nymphis, & cùm lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper fluuios dum piscis amabit,
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.
Vt Baccho, Cereriq;, tibi sic vota quotannis
*Agricolæ facient: *damnabis tu quoque votis.*
MO. *Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?*
Nam neque me tantùm venientis sibilus Austri,
Nec perousta iuuant fluctu tam litora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
ME. *Hac te nos fragili donabimus antè cicuta.*
Hæc nos, formosum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem docuit, cuium pecus? an Meliboei?
MO. *At tu sume *pedum, quod, me cùm sæpe rogaret,*
Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari:
Formosum paribus nodis, atque ære Menalca.

sic legendum, nō Arusia, ab agro Chij insulæ Ariusio. Strabo in lib. 14. Plutarchus, Athenæus, alij.

obligabis, obstringes homines votis: quæ antequā soluātur, damnati homines dicuntur.

virga inculta ad retinendos pecudum pedes.

SILENVS, ECLOGA VI.

ARGVMENTVM.

Epicurea secta exprimitur, quam didicisse Virgilium cum Varo, quem heic laudat, à Scirone ferunt, sub cuius persona Silenum, quasi voluptatis symbolum, inducit cum Satyris cōmulentum.

Inscriptio huius Eclogæ in Romano codice in hunc modum habetur:

FAVNORVM, SATYRORVM ET SILVANORVM, DELECTATIO.

POETA.

imitari Theocritū Syracusanum, & bucolica scribere.

PRIMA *Syracosio dignata est * ludere versu*
Nostra, nec erubuit siluas habitare, Thaleia,

Cùm

Cùm canerem reges, & prœlia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: pastorem, Tityre, pingues
tenue, humile, translatio à lana, quæ deducitur in tenuitatem. *Pascere oportet oues, * deductum dicere carmen.*
Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine Musam.
Non iniussa cano: si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus amore leget, te nostra, Vare, myricæ,
Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior vlla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
Pergite Pierides, Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas, vt semper, lacchо.
Serta procul tantùm capiti delapsa iacebant:
frequenti potu. *Et grauis * attrita pendebat cantharus ansa.*
Aggressi (nam sæpè senex spe carminis ambo
Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisq; superuenit Ægle:
Ægle Naiadum pulcerrima: iamq; videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens, quò vincula nectitis? inquit.
quod in semideis rarò contingit. *Soluite me pueri: satis est potuisse * videri.*
Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis:
nymphæ stuprum latenter minatur. ** Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.*
Tum verò in numerum Faunosq;, ferasq; videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes:
Apoll. Arg. 33. **Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea:*
Namque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarúmque, animæq;, marisve fuissent,
Plinius lib. 2. cap. 3. nat. hist. *Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis*
*Omnia, & ipse * tener mundi concreuerit orbis.*

Tum

Tum durare solum, & discludere Nereà Ponto
Cœperit, & rerum paullatim sumere formas.
Iámque nouum vt serrà stupeant lucescere Solem:
Altiùs atque cadant submotis nubibus imbres,
Incipiant siluæ cum primùm surgere: cumque
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseasq; refert volucres furtumq; Promethei.
His adiungit Hylam, nauta quo fonte relictum
Clamassent: vt litus, Hyla Hyla, omne sonaret.
Et fortunatam, si numquam armenta fuissent,
Pasiphaën niuei solatur amore iuuenci.
Ah, virgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpeis pecudum tamen vlla secuta est
Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,
Et sæpè in leui quæsisset cornua fronte.
Ah, virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille, latus niueum molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,
Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite nymphæ
Dictææ, nymphæ nemorum iam claudite saltus:
Si quà fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia. forsitan illum
Aut herba captum viridi, aut armenta secutum,
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam:
Tum Phaëthontiadas musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna sororum:
Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:

locum hunc significat, cum ait: Quod clarissimi auctores dixere tenerum.

adamatum ab Hercule puerum, quem perdidit in finibus Iomis, iuxta Mysiã.

reuomit, & denuo conficit.

aurea, quibus à Venere acceptis Atalantam Hippomanes in cursu vicit.

Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor
Floribus, atque apio crineis ornatus amaro
Dixerit. hos tibi dant calamos, en accipe, Musæ,
Hesiodo poëtæ. ** Ascræo quos antè seni, quibus ille solebat*
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
in finibus Ioniis Apollini consecrati. *His tibi * Grynæi nemoris dicatur origo:*
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar aut Scyllã Nisi? aut quã fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Vlyssis. Dulichium enim insula, vbi mõs Ithacus, in qua fertur habitasse Vlysses. ** Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto,*
Ah, timidos nautas canibus lacerasse marinis:
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit?
Quo cursu deserta petiuerit, & quibus antè
Infelix sua tecta superuolitauerit alis?
Omnia quæ, Phœbo quondam meditante, beatus
Laconum fluuius. *Audiit * Eurotas, iussitq́; ediscere lauros,*
Ille canit: pulsæ referunt ad sidera valles:
Cogere donec oueis stabulis, numerumq́; referre
quia dies inuitus abscessit, nimio audiendi desiderio. *Iussit, & * inuito processit Vesper Olympo.*

MELIBOEVS, ECLOGA VII.

ARGVMENTVM.

Exemplum copiæ heic nobis exhibet poëta, perinde ac in tertia fecit. Insuper contentionem duorum pastorum habet.

CORYDON, THYRSIS.

stridula, mouente vento. M. FORTE *sub* arguta consederat ilice Daphnis,*
Compulerantq́; greges Corydon, & Thyrsis in vnum:
Thyrsis oueis, Corydon distentas lacte capellas:
ita periti, vt Arcadem vtrumque diceres. *Ambo florentes ætatibus, * Arcades ambo,*
Et cantare pares, & respondere parati.

Heic

Heic mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: atque ego Daphnin
Adspicio: ille vbi me contrà videt: ocyus, inquit,
*Huc ades ô Meliboe, * caper tibi saluus, & hædi,* — in quo spes hædorum.
Et, si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.
*Huc * ipsi potum venient per prata iuuenci:* — sponte sua.
Heic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, eque sacra resonant examina quercu.
*Quid facerem? neque ego Alcippen, nec * Phyllida ha-* — duas cantantium amicas.
bebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos,
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.
*Post habui tamen illorum mea * seria ludo.* — necessitatem inquirendi capri.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpêre: alternos Musa meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
*C. Nympha, noster amor, * Libethrides, aut mihi car-* — quia coluntur apud fontem Libethron.
Quale meo Codro, concedite: (proxima Phœbi (men,
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
*Heic arguta * sacra pendebit fistula pinu.* — matri deûm consecrata.
T. Pastores edera crescentem ornate poëtam
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Aut si vltra placitum laudaris, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
C. Setosi caput hoc apri tibi Delia parmus,
*Et ramosa Mycon * vinacia cornua cerui,* — diuturnam esse ceruorum ætatem, Plinius, & alij tradunt.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.
*T. * Sinum lactis & hæc te liba, Priape, quotannis* — genus vasis.
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fetura gregem suppleuerit, aureus esto.

C. *Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,*
nam & nigræ sunt ederæ. vtraque cognoscitur ex ligno, non ex foliis. *Candidior cycnis, edera formosior * alba:*
Cùm primùm pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
T. *Imino ego Sardois videar tibi amarior herbis,*
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.
lanugine viridiore cooperti. C.* *Muscosi fontes, & somno mollior herba,*
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida, iam læto turgent in palmite gemmæ.
T. *Heic focus, & tedæ pingues, heic plurimus ignis*
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Heic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
* prædã enim lupus curat, nõ numerum ouium. *Aut * numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.*
C. *Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:*
Strata iacent passim sua quaque sub arbore poma.
Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.
T. *Aret ager: vitio moriens sitit aëris herba:*
exiccatæ vires nimio ictu folia amiserunt. *Liber pampineas * inuidit collibus vmbras,*
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit:
Iupiter & læto descendet plurimus imbri.
C. *Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacchо,*
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo:
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
T. *Fraxinus in siluis pulcherrima, pinus in hortis,*
Populus in fluuiis, abies in montibus altis:
Sæpius at si me Lycida formose reuisas,
Fraxinus in siluis cedet tibi, pinus in hortis.

M. Hæc

M. Hæc memini, & victũ frustra contendere Thyrsin:
Ex illo Corydon, Corydon * est tempore nobis. — subaudi, victor, nobilis ante omnes.

PHARMACEVTRIA,

ECLOGA VIII.

ARGVMENTVM.

Habet duas partes, prior amatoris decepti conquestionem, posterior venenicia, quibus mens amatoris peruertatur, continet, & habet mirabiles affectus.

DAMON, ALPHESIBOEVS.

PASTORVM * Musam Damonis, & Alphesibœi, — cantilenam amorũ, quos cecinerunt.
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantes, quorum stupefacta carmine lynces,
Et mutata suos * requierunt flumina cursus: — tardarũt: antiquè dixit: ea actionẽ huic verbo dedit.
Damonis Musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis aquoris, en erit vnquam
Ille dies, mihi cùm liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium. tibi desinet. accipe * iussis — suprà dixit, Non iniussa cano.
Carmina cœpta tuis: atq; hanc sine tempora circum
Inter victrices ederam tibi serpere lauros.
Frigida vix cælo noctis decesserat vmbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
D. Nascere, præq; diem veniens agè Lucifer almum:
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror, & diuos, * quamquam nil testibus illis — ex Epicuri sententia, qui deos aiebat nihil curare mortalia.
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Mænalus argutúmque nemus, pinosq; loquentes
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,

Panáque, qui primus calamos non passus inertes.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
pulchra deformi. quorum sunt inimicissimæ. *Mopso Nisa* datur. quid non speremus amantes?*
*Iungentur iam gryphes * equis: ævoq; sequenti*
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
sub tuo quidem nomine, aliis autem obscecutura. *Mopse novas incide faces: * tibi ducitur uxor.*
Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
O digno coniuncta viro, dum despicis omnes,
Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capella,
Hirsutumque supercilium, prolixaque barba:
Nec curare deum credis mortalia quemquam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
matutini roris humore perfusa. *Sepibus in nostris paruam te* rosida mala,*
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.
tertius decimus: alter enim de duobus dicitur. ** Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus:*
Iam fragilis poteram à terra contingere ramos.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error!
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum
mõtes Thraciæ asperrimi. *Ismarus, aut Rhodope, aut extremi* Garamantes,*
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Medeam, quæ ab Iasone contempta, filios interemit. *Sæuus amor docuit gnatorum sanguine* matrem*
Commaculare manus. crudelis tu quoque mater:
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
sic omnia cupit fieri cõtra naturam, vt id factum sit, cùm Nisa pulcerrima nupsit Mopso turpissimo. ** Nunc & oueis vltrò fugiat lupus: aurea duræ*
Mala ferant quercus: narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ:
Certent & cycnis vlulæ: sit Tityrus Orpheus:

Orpheus

Orpheùs in ſiluis, inter Delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
*Omnia vel medium fiant mare: * viuite ſilua.* valete, quod à diſcedentibus dicitur.
Præceps aërij ſpecula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Deſine Mænalios, iam deſine tibia verſus.
Hæc Damon: vos, quæ reſponderit Alpheſibœus,
Dicite Pierides: NON OMNIA *poſſumus omnes.*
A. *Effer * aquam, & molli cinge hæc altaria vitta:* qua peruertatur mens amatoris.
Verbenáſque adole pingueis, & maſcula thura:
Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus. nihil heic, niſi carmina deſunt.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam:
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſei:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. nocens, frigus timoremque inducens.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Terna tibi hæc primùm triplici diuerſa colore
Licia circumdo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet. amatoris.
Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modò, & Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit duas imagines fecerat. vnam ex limo, alteram ex cera.
Vno eodémque igni: ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam, & fragileis incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ego hãc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
*Talis amor Daphnin, qualis, cùm feſſa * iuuencum* Homerus in Iliad. 18.
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua

amore afflicta, cōsumta.

* Perdita: nec fera meminit decedere nocti:
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,

loco sacro Vestæ.

Pignora cara sui: quæ nunc ego * limine in ipso
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpè lupum fieri, & se condere siluis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulcris,

magicis artibus.

Atque satas aliò vidi traducere * messeis.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Fer cineres Amaryllī foras: riuoq; fluenti,

quia ferè se nolunt numina videri. * putat artem magicam nihil valere.

Transq; caput iace: ne * respexeris: his ego Daphnin
Aggrediar: nihil ille deos, nil * carmina curat.
Ducite ab vrbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Adspice, corripuit tremulis altaria flamis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.
Nescio, quid certe est, & Hylax in limine latrat.

Homerus in Iliad. 13.

Credimus? an, qui amant, ipsi sibi * somnia fingunt?
Parcite, ah vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

MOERIS, ECLOGA IX.

ARGVMENTVM.

Refetta est querelis. Cùm enim Virgilius, fauore Cæsaris, agros suos Mantuanos recepisset, & iam proficisceretur repetitum illos, propemodum occisus est à centurione Ario. Mandat igitur procuratoribus, vt agros tueatur, habita tēporis ratione.

LYCIDAS, MOERIS.

L. QVò te Mœri pedes? an, quò via ducit, in vrbe?

gratiora sunt, nec opinata mala.

M. O Lycida, viui peruenimus, aduena nostri,
Quod * numquam veriti sumus, vt possessor agelli
Diceret:

Diceret: hæc mea sunt, veteres migrate coloni.
Nunc victi, tristes, QVONIAM fors omnia versat.
Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hædos.
L. *Certè equidem audieram, quà se subducere colles*
Incipiunt, mollíq; iugum demittere cliuo,
Vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcan.* ipsum Virgilium, qui seruauit agros suos.
M. *Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum*
Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
** Chaonias dicunt aquila veniente columbas.* Epiroticas.
Quod nisi me quacumque nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.
L. *Heu, cadit in quemquâ* tantũ scelus! heu, tua nobis* vt Virgilium conetur occidere.
Pæne simul tecum solatia rapta Menalca!
Quis caneret Nymphas? quis humũ florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
*Vel quæ * sublegi tacitus tibi carmina nuper,* surripui.
Cùm te ad delicias ferres Amaryllida nostras? communem amicam.
Tityre, dum redeo, breuis est via, pasce capellas:
Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.
M. *Immo hæc, quæ Varo necdum perfecta canebat,*
Vare tuum nomen, superet modò Mantua nobis,
Mantúa væ miseræ nimiùm vicina Cremonæ,
Cantantes sublimè ferent ad sidera cycni.
L. *Sic tua Cyrneas fugiant examina* taxos:* arbores venenatas: quæ Cyrnæ Græcè dicuntur.
Sic cythiso pastæ distendant vbera vaccæ:
Incipe si quid habes: & me fecere poëtam
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoque dicunt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna.

alludit ad Anſerem Antonii poëtam: de quo & Cicero in Philippicis: De Falerno anſeres depellantur.

*Digna, ſed argutos inter ſtrepere * anſer olores.*
M. *Id quidē ago, & tacitus, Lycida: mecum ipſe voluto*
Si valeam meminiſſe: neque eſt ignobile carmen.
Huc ades ô Galatea. quis eſt nam ludus in vndis?
Heic ver purpureum: varios heic flumina circum
Fundit humus flores: heic candida populus antro
Immiuet, & lentæ texunt vmbracula vites.

magni vt, inſano iuuat indulgere labori, lib. 6. & lib. 11.

*Huc ades: * inſani feriant ſine litora fluctus.*
L. *Quid, quæ te pura ſolum ſub nocte canentem*
Audieram? NVMEROS memini, ſi verba tenerem.
M. *Daphni, quid antiquos ſignorum ſuſpicis ortus?*
Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum:
Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus: & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Inſere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.

auſert.

*OMNIA * fert ætas, animūque. ſæpè ego longos*
Cantando puerum memini me condere Soles.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mœrim
Iam fugit ipſa: lupi Mœrim vidêre priores.
Sed tamen iſta ſatis referet tibi ſæpè Menalcas.

cauſſas nectendo.

L. *Cauſſando noſtros in longum ducis amores.*
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor: & omnes,
Adſpice, ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeò media eſt nobis via: namque ſepulcrum

qui Mantuam condidit.

*Incipit apparere * Bianoris. heic, vbi denſas*
Agricolæ ſtringunt frondes, heic Mœri canamus:
Heic hædos depone: tamen veniemus in vrbem.
Aut, ſi, nox pluuiam ne colligat antè veremur,
Cantantes licet vſque, minùs via lædet, eamus.
Cantantes vt eamus, ego hoc te faſce leuabo.

Auguſtus ab Actiaco bello.

MOE. *Deſine plura puer, &, quod nūc inſtat, agamus.*
*Carmina tunc meliùs, cùm venerit * ipſe, canemus.*

GAL-

GALLVS, ECLOGA X.

ARGVMENTVM.

Gallus, Asinij Pollionis filius, poëta, Augusto familiaris fuit, & præfecturam Ægypti ab eo accepit, sed de coniuratione suspectus occisus. Cytheridem meretriculam amauit, quæ spreto Gallo Antonium in Galliam est secuta. Hunc poëta de amissa amica, quam immodice amabat, solatur.

POETA.

Extremvm hunc Arethusa mihi cõcede laborem.
*Pauca meo * Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,*
Carmina sunt dicenda. neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, cùm fluctus subter labêre Sicanos,
** Doris amara suam non intermisceat vndam.*
Incipe: sollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Non canimus surdis: respondent omnia siluæ.
*Quæ * nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ*
*Naiades, * indigno cùm Gallus amore periret?*
Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe.
Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ:
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circùm, nostri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine poëta.
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis:
*Venit & vpilio: * tardi venêre bubulci:*
Vuidus hiberna venit de glande Menalcas.
**Omnes, vnde amor iste, rogant: tibi vênit Apollo:*
Galle quid insanis? inquit. tua cura Lycoris
Pérque niues alium, pérque horrida castra secuta est.
Venit & agresti capitis Siluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.

poëtæ, qui Euphorionem transtulit in Latinum sermonem.

mater nympharũ, quam pro matripofuit.

sumpsit à Theocrito, vt alia multa.

meretricio, vel magno. nã & Ennius indignas turres, id est magnas dixit.

id est stulti. nõ enim tardè, sed citò ambulant porci. deridẽtis habet vim: vt amorem Lycoridis, relicto Gallo aliũ sequentis, vituperet.

Pan

facie enim rubea pingebatur Pan.

Pan deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi
*Sanguineis ebuli baccis, minióque * rubentem.*
Et quis erit modus? inquit. amor non talia curat.
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Tristis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris: soli cantare periti
Arcades. ô mihi tum quàm molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.

vrbes detestatur, vbi meretrices exitiosæ & perfidæ.

*Atque * vtinam ex vobis vnus vestrique fuissem*
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certè siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,

furoris enim amor omnis plenus est.

*Seu quicunque * furor (quid tum, si fuscus Amyntas?*
Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Heic gelidi fontes: heic mollia prata Lycori.
Heic nemus: heic ipso tecum consumerer æuo.
Nunc insanus amor duri me Martis in armis,

affectu, non reuera. quod vtinam ne credam.

*Tela inter media, atque aduersos detinet * hostis.*
Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum*
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me sine sola vides. ah te ne frigora ladant:
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

Euphorionis, poëtæ Calcidici, quem trāstulit Gallus in Latinā linguam. Siculū autem pastorem intelligit Theocritum Syracusanum.

*Ibo, & * Chalcidico quæ sunt mihi condita versu*
*Carmina, pastoris * Siculi modulabor auena.*
Certum est in siluis, inter spelea ferarum
Malle pati, teneriq; meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ: crescetis amores.
Interea mistis lustrabo Mænala nymphis:
Aut acris venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circumdare saltus.

Iam

Iam mihi per rupes videor, lucósque sonantes
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tamquam hæc sit nostri medicina furoris:
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite siluæ.
*Non illum nostri possunt * mutare labores:* affirmat, expertem se amoris esse non posse.
Nec si frigoribus medijs Hebrúmque bibamus,
Sithoniásque niues hiemis subeamus aquosæ,
Nec si, cùm moriens alta liber arbut in vlmo,
*Æthiopum * versemus oues sub sidere Cancri.* pascamus.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Hæc sat erit diuæ, vestrum cecinisse poëtam,
*Dum sedet, & gracili * fiscellam texit hibisco,* rustici hominis in canendo negligentiã significat.
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
*Quantum * vere nouo viridis se subrigit alnus.* rustico more sumit sæpe comparationem ab arboribus, autiis omnino quæ à terra nascuntur.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra,
Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus vmbræ.
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICON LIB. I.

ARGVMENTVM.

Enumeratis iis quæ hisce quatuor libris est exsecuturus, agri colendi rationem, agriculturæ originem, & rusticorum arma bona ex parte commemorat, laborisque rusticani varia distinguit tempora, tempestatumque prognostica indicat.

AD C. MÆCENATEM.

pingues terras. tũc enim segetẽ vberrimam ferunt, & ex vbertate oritur lętitia.

QVID *faciat* * *lætas segetes, quo sidere terram*
Vertere Mæcenas, vlmisq; adiungere vites
Conueniat: quæ cura boum, qui cultus habendo
frugi, quia mella custodiunt. *Sit pecori, atque apibus quanta experientia* * *parcis,*
Hinc canere incipiam. Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Homerus in Iliad. 231. *Chaoniam pingui glandem mutauit aristæ,*
Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis,
Et vos agrestûm præsentia numina Fauni,
Ferte simul Faunique pedem, Dryadesq; puellæ:
tellus Attica omnium antiquissima. Plato in Timæo. *Munera vestra cano. tuq; ô, cui* * *prima frementem*
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cea
Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci:
Ipse nemus linquens patrium, saltúsque Lycæi
Pan ouium custos, tua si tibi Manala curæ,
Osiris. *Adsis ô Tegeæe fauens, oleaq; Minerua*
Inuentrix, vncique * *puer monstrator aratri,*
Et teneram ab radice ferens Siluane cupressum:

Dique

*Dique, deæq; * omnes, studium quibus arua tueri,* qui à nobis iacta semina veltro numine alitis.
Quiq; nouas alitis non nullo semine fruges:
Quiq; satis largum cælo demittitis imbrem.
Tuque adeò, quem mox quæ sint habitura deorum
*Consilia, * incertum est, vrbisne inuisere Cæsar,* vtrum velis terrarum, an maris, an cæli imperiũ possidere.
Terrarúmque velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An deus immensi venias maris, ac tua nauta
*Numina * sola colant: tibi seruiat vltima Thule,* quasi melior sit futurus & Neptuno, & ceteris diis marinis.
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis:
An ne nouum tardis sidus te mensibus addas,
Quà locus Erigonen inter, Chelásque sequenteis
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cæli iusta plus parte relinquit.
*Quidquid eris (nam te nec sperent * Tartara regem,* significat illũ nec posse mori, nec debere velle.
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis,
Ignarosq; viæ mecum miseratus agrestes
*Ingredere, & votis iàm nunc * assuesce vocari.* vsus adhuc.
Vere nouo, gelidus canis cùm montibus humor
Liquitur, & zephyro putris se gleba resoluit,
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
*Ingemere, & sulco * attritus splendescere vomer.* attritus enim frequenti aratione rubiginem amittit.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit:
Illius immensa ruperunt horrea messes.
At priùs ignotum ferrò quàm scindimus æquor,
Ventos, & varium cæli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultúsque, habitúsq; locorum,

Et quid

Et quid quaque ferat regio, & quid quæque recuſet.
Heic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ:
tam frumēta quaſi ſtudio iuſſa naſcuntur. *Arbores fetus alibi, atque * iniuſſa viteſcunt.*
Gramina. nónne vides, croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum, viroſáque Pontus
equas optimas, quę apud Elidem merentur palmas in certamine Iouis Olympici. *Caſtorea, * Eliadum palmas Epeiros equarum?*
Continuo has leges, æternáque fœdera certis
Impoſuit natura locis quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. ergo agè, terra
Pingue ſolum primis extemplò à menſibus anni
Fortes inuertant tauri, glebáſque iacentes
valde feruidis. *Puluerulenta coquat * maturis Solibus æſtas.*
At ſi non fuerit tellus fecunda: ſub ipſum
Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco:
in terra pingui. * Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ:*
in terra ſterili. * Heic, ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.*
meſſos agros. *Alternis idem * tonſas ceſſare nouales,*
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
Aut ibi flaua ſeres mutato ſidere farra,
fertile, vt in principio, Lętas ſegetes. *Vnde priùs * lætum ſiliqua quaſſante legumen,*
Aut tenuis fetus vicię, triſtiſq; lupini
Suſtuleris fragiles calamos, ſiluamq; ſonantem.
Vrit enim lini campum ſeges, vrit auenæ:
Vruntur Lethæo perfuſa papauera ſomno.
intermiſſo agrorū cultu: *Sed tamen * alternis facilis labor: arida tantùm*
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, nęve
Effetos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoque mutatis requieſcunt fetibus arua.
Intermiſſæ. *Nec nulla interea eſt * inarata gratia terræ.*
Sæpè etiam ſterileis incendere profuit agros,

Atque

Atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis:
*Siue inde occultas * vires, & pabula terræ* — ex Heraclitiopinione, qui ex igni procreari omnia dicebat.
Pinguia concipiunt: ſiue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exſudat inutilis humor.
Seu plureis calor ille vias, & cæca relaxat
Spiramenta, nouas veniat quà ſuccus in herbas:
Seu durat magis, & venas adſtringit hianteis:
*Ne * tenues pluuiæ, rapidique potentia Solis* — quia facilè penetrant.
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multùm adeò, raſtris glebas qui frangit inertes,
Vimineáſque trahit crates, iuuat arua: neque illum
Flaua Ceres alto nequiquam ſpectat Olympo: — ob ariſtarum maturitatem.
Et qui, proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga,
Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis.
*Humida ſolſtitia, atque * hiemes orate ſerenas* — Seruius tradit, poëtica vſum licentia Virgilium, poſuiſſe plũralem numerum pro ſingulari.
Agricolæ. hiberno lætiſſima puluere farra,
Lætus ager. nullo tantum ſe Myſia cultu
Iactat: & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſeis.
Quid dicam, iacto qui ſemine comminus arua
Inſequitur, cumulosque ruit malè pinguis arenæ?
Deinde ſatis fluuium inducit, riuoſque ſequenteis?
Et, cùm exuſtus ager morientibus æſtuat herbis,
*Ecce * ſupercilio cliuoſi tramitis vndam* — metaphora ab homine.
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arua.
Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus ariſtis,
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba,
Cùm primùm ſulcos æquant ſata? quique paludis — cùm adhuc herbæ ſunt teneræ.
Collectum humorem bibula deducit arena?
*Præſertim * incertis ſi menſibus amnis abundat* — veris, & autumni, quibus mẽſibus modò frigus, modò calor eſt.
Exit, & obducto latè tenet omnia limo:

Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamẽ (hæc cùm sint hominumq́, boumq́, labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,
cichorea. *Strymoniæq́ grues, & amaris * intuba fibris* 120
Officiunt, aut vmbra nocet. pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primúsque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda,
sic Cælius in epist. ad Ciceronem: Veternus ciuitatem occupauit. *Nec torpere graui passus sua regna * veterno.*
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni: 125
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, ipsáque tellus
Omnia liberiùs, nullo poscente, ferebat.
nam & bonũ virus est. *Ille * malum virus serpentibus addidit atris,*
Prædariq́ lupos iussit, Pontúmque moueri, 130
Melláque decussit foliis, ignémque remouit,
Et passim riuis currentia vina repressit:
exprimeret, inueniret. *Vt varias vsus meditando * extunderet artes*
Paullatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. 135
Tunc alnos primùm fluuij sensere cauatas:
Nauita dum stellis numeros, & nomina fecit,
Flicem, id est, maiorem Septentrionem. minor enim vocatur Cynosura. *Pleiadas, Hyadas, clarámque Lycaonis * Arctον.*
Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circumdare saltus. 140
Atque alius latum funda iam verberat amnem,
Alta petens: pelagóque alius trahit humida lina.
fridulæ, sonoræ, vt argutæ pinus, dixit in Bucolicis. *Tum ferri rigor, atque * argutæ lamina serræ:*
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.
Tum variæ venêre artes. LABOR *omnia vincit* 145
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.
cõmuni verbo cuncta complexus est rusticorũ artes. *Prima Ceres * ferro mortaleis vertere terram*
Instituit: cùm iam glandes, atque arbuta sacræ

Deficerent

Deficerent siluæ, & victum Dodona negaret.
Mox & frumenti labor additus: vt mala culmos
*Esset rubigo, * segnesq; horreret in aruis* — infecundus.
Carduus, intereunt segetes, subit aspera silua,
Lappæq;, tribuliq;, intérque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aueis, & ruris opaci
*Falce * premes umbras, votisq; vocaueris imbrem:* — Imminues.
Heu, magnum alterius frustrà spectabis aceruum:
Concussáque famem in siluis solabere quercu.
*Dicendum, & * quæ sint duris agrestibus arma,*
Queis sine nec potuere seri, nec surgere messes.
*Vomis, & inflexi primùm * graue robur aratri,* — propter sulcos altius imprimendos.
Tardáque Eleusinæ matris uoluentia plaustra,
Tribuláque, traheæq;, & iniquo pondere rastri:
*Virgea præterea * Celei, vilisq; supellex,* — vasa viminea, qualia Ceres Celeo aliquãdo mõstrauit.
Arbutea crates, & mystica vannus Iacchi.
Omnia quæ multo ante memor prouisa repones:
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuò in siluis magna vi flexa domatur
*In * burim, & curui formam accipit vlmus aratri.* — curuaturam. nam buris est curuamẽtum aratri.
Huic à stirpe pedes temo protentus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.
Cæditur & tilia antè, iugo leuis, altáque fagus,
Stiuáque, quæ currus à tergo torqueat imos, — manica aratri, qua regitur.
Et suspensa focu exploret robora fumus.
Possum multa tibi veterum præcepta referre:
Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & cretâ solidanda tenaci:
*Ne subeant herbæ, neu puluere victa * fatiscat.* — ne victa fatiscat in puluerem.

Tum variæ illudunt pestes: sæpè exiguus mus
Sub terris posuitq; domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.
Inuentusq; cauis bufo, & quæ plurima terræ
frumenti. posuit enim speciem pro genere. *Monstra ferunt: populatq; ingentem* farris aceruum
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item, cùm se nux plurima siluis
multitudine florum. *Induet in florem, & ramos* curuabit olenteis:
Si superant fetus, pariter frumenta sequentur,
Magnáque cum magno veniet tritura calore.
At si luxuria foliorum exuberat vmbra,
minimè pingues sine frugibus. *Nequiquam pingueis palea teret area culmos.*
Semina vidi equidem multos medicare serenteis,
Et nitro priùs, & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fetus siliquis fallacibus esset.
Et quamuis igni exiguo properata maderent:
probata: vt, Rebus spectata iuuentus: & Cicero in epistola ad Lucceiũ fam. lib. 5. Vir spectatus in caussis reip. *Vidi lecta diu, & multo* spectata labore*
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. SIC omnia fatis
In peius ruere, ac retrò sublapsa referri.
Non aliter, quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia fortè remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.
Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis,
Hædorumq; dies seruandi, & lucidus Anguis:
Quàm, quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra diêi, somniq; pares vbi fecerit horas,
Et medium luci, atque vmbris iam diuidet orbem:
Exercete viri tauros, serite hordea campis,
aspera ob frigus. *Vsque sub extremam bruma* intractabilis imbrem,
Nec non & lini segetem, & Cereale papauer

Tempus

Tempus humo tegere, & iam dudũ incumbere aratris,
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio: tunc te quoque Medica putres
Accipiunt sulci: & milio venit annua cura,
Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
** Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.*
At si triticeam in messem, robustaq́ farra
Exercebis humum, solisq́ instabis aristis:
Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Cnossiaq́ ardentis decedat stella Coronæ,
Debita quàm sulcis committas semina, quámque
** Inuitæ properes anni spem credere terræ.*
Multi ante occasum Maiæ cœpere: sed illos
Exspectata seges vanis elusit auenis.
Si verò viciamq́ seres, vilémque faselum,
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis:
*Haud obscura cadens mittet tibi signa * Bootes.*
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.
Iccirco certis dimensum partibus orbem
*Per * duodena regit mundi Sol aureus astra.*
Quinque tenent calum zonæ: quarum vna corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextrà, læuáque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
*Has inter, mediámque, duæ mortalibus * ægris*
Munere concessæ diuûm: via secta per ambas,
Obliquus quà se signorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiam, Rhipæásque arduus arceis
Consurgit: premitur Libyæ deuexus in Austros.
*Hic vertex nobis semper sublimis: at * illum*
Sub pedibus Styx atra videt, Manesq́ profundi:
Maximus heic flexu sinuoso elabitur anguis

Aprili enim mẽsein Tauro sol est: quo mense cuncta aperiuntur.

quia quasi coacta rusticorum labore, nõ sponte fructus fert.

occidente Boote seres viciam, faselum, lentem.

circuli cælũ, acterram veluti zonæ cingentes.

laborãt enim innumerabilibus morbis.

axem australem, quià nobis nunquam videtur.

Circum, pérque duas in morem fluminis Arctos,
Homerus in Iliad. 206. Arctos * Oceani metuentes æquore tingi.
Illic, vt perhibent, aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis Aurora, diémque reducit:
Nósque vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina Vesper.
varios euentus, & pericula. Hinc * tempestates dubio prædiscere cælo
Possumus, hinc messisq; diem, tempúsque serendi,
mare. Et quando infidum remis impellere * marmor
Conueniat: quando armatas deducere classes,
Aut tempestiuam siluis euertere pinum.
Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus,
Temporibúsque parem diuersis quatuor annum.
remouet ab exercenda agricultura. Frigidus agricolam siquando * continet imber,
Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur. durum procudit arator
acumine carentis. Vomeris * obtusi dentem: cauat arbore lintres:
Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.
Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes,
flexibili. Atque Amerina parant * lenta retinacula viti,
quæ apud Rubos, Italiæ oppidũ, pluri ma nascitur. si: exponit Seru. Nunc facilis * Rubea texatur fiscina virga:
Nunc torrete igni fruges: nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
ob scabiem, qua tentantur animalia. Balantúmque gregem fluuio mersare * salubri.
Sæpè oleo tardi costas agitator asselli,
Vilibus aut onerat pomis: lapidémque reuertens
Incusum: aut atra massam picis vrbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna

Felices

Felices operum. quintam fuge: pallidus Orcus,
Eumenidéſque ſatæ: tum partu terra neſando
Cœumq3, Iapetumq3 creat, ſæuumq3 Typhoëa,
*Et coniuratos cælum reſcindere * fratres.* Othum, & Ephialtem Neptuni filios.
Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam
Scilicet, atque Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum:
Ter pater exſtructos diſiecit fulmine montes,
Septuma poſt decumam felix & ponere vites,
Et prenſos domitare boues, & licia telæ
*Addere. nona fugæ * melior, contraria furtis.* non fugientibus ſeruis, ſed dominis ad eos inueniendos, & furta recuperanda.
Multa adeò gelida melius ſe nocte dedêre,
Aut cùm Sole nouo terras irrorat Eôus.
Nocte leues melius ſtipulæ, nocte arida prata
Tondentur: nocteis lentus non deficit humor.
Et quidam ſeros hiberni ad luminis igneis
Peruigilat, ferróque faces inſpicat acuto.
Interea longum cantu ſolata laborem
** Arguto coniux percurrit pectine telas:* ſtridulo.
Aut dulcis muſti Volcano decoquit humorem,
Et foliis vndam tepidi deſpumat ænei.
At rubicunda Ceres medio ſuccenditur æſtu,
Et medio toſtas æſtu terit area fruges.
*Nudus ara, ſere nudus: hiems * ignaua colono.* quia ignauum reddit colonum.
Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuáque inter ſe læti conuiuia curant.
*Inuitat Genialis hiems, curáſque * reſoluit:* aufert.
Ceu preſſa cùm iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus,
*Et lauri baccas, oleamq3, * cruentáque myrta.* maturæ, quæ cruoris colorem imitantur.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cerui,
Auritóſque ſequi lepores: tum figere damas,

Stupea torquentem Balearis verbera funda,
Cùm nix alta iacet, glaciem cùm flumina trudunt.
Quid tempestates autumni, & sidera dicam?
Atque vbi iam breuior q3 dies, & mollior æstas,
vigiliter prouidenda. *Quæ * vigilanda viris? vel cùm ruit imbriferum ver,*
Spicea iam campis cùm messis inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent?
Sæpe ego, cùm flauis messorem induceret aruis
secaret. *Agricola, & fragili iam * stringeret hordea culmo,*
Omnia ventorum concurrere prælia vidi:
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
tempestate noxia. *Sublimè expulsam eruerent: ita * turbine nigro*
Ferret hiems culmumq3 leuem, stipulasq3 volantes.
Homerus in Il. 179. *Sæpè etiam immensum cælo venit * agmen aquarum,*
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta, boumq3 labores
Homer. Il. 49. profunda. *Diluit: implentur fossæ, & * caua flumina crescunt*
Cum sonitu, feruetq3 freti spirantibus æquor.
Ipse pater, media nimborum in nocte, coruscat
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit: fugêre feræ; & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor, ille flagranti
in Græcia, Thracia, Epiro. *Aut * Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo*
Deiicit. ingeminant Austri, & densissimus imber.
resonant. *Nunc nemora ingenti vento, nunc litora * plangunt.*
Hoc metuens, cæli menses, & sidera serua,
Frigida Saturni sese quò stella recepter,
quia Mercurius in Cyllene Arcadiæ monte natus dicitur. *Quos ignis cæli * Cyllenius erret in orbes.*
In primis venerare deos, atque annua magnâ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extrema sub casum hiemis, iam vere sereno.

Tunc

Tunc agni pingues, & tunc mollißima vina:
Tunc somni dulces, denſæq; in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret,
*Cui tu * lacte fauos, & miti dilue Baccho:* lacte, melle, vino Cereri ſacrifica.
Térque nouas circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus, & ſocij comitentur ouantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque antè
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quàm Cereri, torta redimitus tempora quercu,
*Det motus incompoſitos, & * carmina dicat.* hymnos.
Atque hæc vt certus poßimus diſcere ſigni,
Æſtuſq;, pluuiasq;, & agenteis frigora ventos,
*Ipſe pater ſtatuit, quid * menſtrua Luna moneret,* quæ Græcè μὴνη dicitur.
*Quo ſigno * caderent Auſtri: quid ſæpè videntes* deſinerent venti.
Agricolæ, propiùs ſtabulis armenta tenerent.
*Continuò ventis ſurgentibus, aut * freta Ponti* litora pelagi, quę feriuntur fluctibus.
Incipiunt agitata tumeſcere, & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut reſonantia longè
Litora miſceri, & nemorum increbeſcere murmur.
Iam ſibi tum curuis malè temperat vndá carinis,
Cùm medio celeres reuolant ex aquore mergi,
*Clamorémque ferunt ad litora: cúmque * marinæ* ſunt enim & fluuiales.
In ſicco ludunt fulicæ, notáſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.
Sæpè etiam ſtellas, vento impendente, videbis
Præcipites cælo labi, noctiq; per vmbram
Flamarum longos à tergo albeſcere tractus:
Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas,
*Aut ſumma nantes in aqua * colludere plumas.* moueri.
At Boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm
Euriq;, Zephyriq; tonat domus: omnia plenis
Rura natant foßis, atque omnis nauita Ponto

ignaris.

*Humida vela legit. numquam * imprudentibus imber*
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis

altum volantes.

** Aëria fugêre grues: aut bucula cælum* 375
Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:

vide fabulam in Ouidio, de rusticis à Minerua in ranas cõuersis.

*Et veterem in limo * ranæ cecinere querelam.*
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter, & bibit ingens 380
Arcus, & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.

ad Asiam paludem.

*Iam varias pelagi volucres, & quæ * Asia circùm*
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores, 385
Nunc caput obiectare freti, nunc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi.

denunciat ea voce, vt vocare videatur.

*Tum cornix plena pluuiam * vocat improba voce,*
Et sola in sicca secum spatiatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ 390
Nesciuere hiemem: testa cùm ardente viderent
Scintillare oleum, & putreis concrescere fungos.

aër enim rarescit sereno.

*Nec minùs ex imbri Soles, & * aperta serena*
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
Nam neque tum stellis acies obtusa videtur, 395
Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna,
Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.
Non tepidum ad Solem pennas in litore pandunt

halcyonij dicuntur dies quib. halcyones anes nidos in mari faciunt.

*Dilecta Thetidi * Alcyones: non ore solutos*
Immundi meminere sues iactare maniplos. 400
At nebulæ magis ima petunt, campoq; recumbunt:
Solis & occasum seruans de culmine summo
Nequiquam seros exercet noctua cantus.
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus,

Et pro

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacumque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
*Ecce inimicus atrox magno * stridore per auras,* sonitu alarũ.
Insequitur Nisus: quà se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant: & sæpè cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
Inter se foliis strepitant. iuuat imbribus actis
Progeniem paruam, dulceisq; reuisere nidos.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut RERVM FATO *prudentia maior:*
Verùm, vbi tempestas, & cæli mobilis humor
*Mutauere vias, & * Iupiter humidus Austris* aër. Horat. Manet sub Ioue frigido Venator.
Densat, erant quæ rara modò, & quæ densa, relaxat:
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si verò Solem ad rapidum, Lunásque sequenteis
Ordine respicies: numquam te crastina fallet
Hora, neque insidiis noctis capiere serenæ.
*Luna reuertenteis cùm primùm * colligit igneis,* cùm incipit renasci.
Si nigrum obscuro comprenderit æra cornu,
Maximus agricolis, pelagóque parabitur imber.
At, si virgineum suffuderit ore ruborem,
*Ventus erit: vento semper rubet * aurea Phœbe.* pulcra: vt, At non Venus aurea contrà.
Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor,
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem pluuia, ventiq; carebunt: ad mensis vltimam partẽ.
Votáque seruati soluent in litore nautæ

Glauco,

Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.
Sol quoque & exoriens, & cùm se condet in vndas,
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur,
*Et quæ mâne refert, & quæ * surgentibus astris.*
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
*Conditus in nubem, * medióque refugerit orbe:*
Suspecti tibi sint imbres. namque vrget ab alto
Arboribúsque, satísq; Notus, pecorique; siniſter.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
*Diuersi * erumpent radij: aut vbi pallida surget*
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu, malè tum miteis defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emensa cùm iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis. nam sæpè videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denuntiat: igneus Euros.
Sin macula incipient rutilo immiscerier igni:
Omnia tunc pariter vento, nimbisq; videbis
Feruere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At si, cùm referétque diem, condétque relatum,
Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis,
*Et * claro siluas cernes Aquilone moueri.*
Denique, quid Vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpè monet, fraudémque, & operta tumescere bella:
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
*Cùm caput obscura nitidum * ferrugine texit,*
Impiáque æternam timuerunt sæcula noctem.

superuenientè nocte.

nubibus ex parte occultato.

Homer. in Il. 13. erumpit sese, antiqua locutio; qua Lucretius vsus est, & Cœlius in epist. ad Cic.

purpura nigrior est Hispana.

Tempore

Tempore quamquã illo tellus quoq;, & æquora Ponti,
*Obsceniq; canes, importunæq; * volucres* — striges aut bubones.
Signa dabant. quoties Cyclopum efferuere in agros
*Vidimus * vndantem ruptis fornacibus Ætnam,* — vndæ modo flammas euomentem.
Flamarúmque globos, liquefactáque voluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cælo
Audiit: insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudésque locutæ,
Infandum, sistunt amnes, terræq; debiscunt,
*Et mæstum illacrymat templis * ebur, æráque sudant.* — eburnea simulacra.
Proluit insano contorquens vortice siluas
Fluuiorum rex Eridanus, campósque per omneis
Cum stabulis armenta tulit: nec tempore eodem
** Tristibus aut exstis fibra apparere minaces,* — tristia portendentibus.
Aut puteis manare cruor cessauit: & altè
Per noctem resonare, lupis vlulantibus, vrbes.
Non aliàs cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura: nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum vidêre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Æmi pinguescere campos.
** Scilicet & tempus veniet, cùm finibus illis* — Homerus in Iliad. 40.
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra robigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
** Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulcris.* — quasi antiquorum heroum.
Di patrij Indigetes, & Romule, Vestáq; mater,
Quæ Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruas,
Hunc saltem everso iuuenem succurrere sæclo

Ne

Ne prohibete. satis iam pridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iam pridem nobis cæli te regia, Cæsar,
Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos.
Quippe vbi fas versum, atq; nefas: tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies: non vllus aratro
ad bellum. *Dignus honos, squalent * abductis arua colonis,*
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates; illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe:
Vt cùm carceribus sese effudêre quadrigæ,
augetur eorum cursus. ** Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens,*
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON LIB. II.

ARGVMENTVM.

Hic liber tractat rationem vitium colendarum, præterea præcepta de olea, & aliis nonnullis arboribus.

HACTENVS aruorum cultus, & sidera cæli:
arbores infecundas, quibus cohærent vites. *Nunc te Bacche canã, nec non * siluestria tecum*
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
Huc pater ô Lenæe, (tuis hic omnia plena
Muneribus: tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris.)
Huc pater ô Lenæe veni, nudataq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principiò arboribus varia est natura creandis.
Namque, aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt, campósque, & flumina latè

Curua

Curua tenent: vt molle siler, lentæq; genistæ,
Populus, & glauca * canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Esculus, atque habitæ Graiis * oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis densissima silua:
Vt cerasis, ulmisq: etiam Parnassia laurus
Parua sub ingenti matris se subicit umbra.
Hos naturæ modos primùm dedit: his genus omne
Siluarum, fruticumq; viret, nemorumq; sacrorum.
Sunt alij quos ipse via sibi repperit vsus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis: hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidasq; sudes, & acuto robore vallos:
Siluarumq; aliæ pressos propaginis arcus
Exspectant. & viua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ: summumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin &, caudicibus sectis, mirabile dictu,
*Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sæpè alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius, mutatamq; insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.
Quare agite ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo:
Neu * segnes iaceant terræ. iuuat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.
Túque ades, inceptúmque vnà decurre laborem,
O decus, ô famæ merito pars maxima nostræ
Macenas, pelagóque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:
Non, mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,

salix enim ab vna parte alba est, ab altera viridis.

vt in Dodonæo nemore.

vrgente natura procreatur.

infœcundæ.

Ferrea

Tum variæ illudunt pestes: sæpè exiguus mus
Sub terris posuitq; domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.
Inuentusq; cauis bufo, & quæ plurima terræ
frumenti. posuit enim speciem pro genere. *Monstra ferunt: populatq; ingentem* farris aceruum* 185
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item, cùm se nux plurima siluis
multitudine florum. *Induet in florem, & ramos* curuabit olenteis:*
Si superant fetus, pariter frumenta sequentur,
Magnáque cum magno veniet tritura calore. 190
At si luxuria foliorum exuberat vmbra,
minimè pingues sine frugibus. *Nequiquam pingueis palea teret area culmos.*
Semina vidi equidem multos medicare serenteis,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fetus siliquis fallacibus esset. 195
Et quamuis igni exiguo properata maderent:
probata: vt, Rebus spectata iuuentus: & Cicero in epistola ad Lucceium fam. lib. 5. Vir spectatus in caussis reip. *Vidi lecta diu, & multo* spectata labore*
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. SIC *omnia fatis*
In peius ruere, ac retrò sublapsa referri. 200
Non aliter, quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia fortè remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.
Præterea iam sunt Arcturi sidera nobis,
Hædorumq; dies seruandi, & lucidus Anguis: 205
Quàm, quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra diêi, somniq; pares vbi fecerit horas,
Et medium luci, atque vmbris iam diuidet orbem:
Exercete viri tauros, serite hordea campis, 210
asperæ ob frigus. *Vsque sub extremam brumæ* intractabilis imbrem,*
Nec non & lini segetem, & Cereale papauer

Tempus

Tempus humo tegere, & iam dudũ incumbere aratris,
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis satio: tunc te quoque Medica putres
Accipiunt sulci: & milio venit annua cura,
Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
** Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.*
At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis:
Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Cnossiaq; ardentis decedat stella Coronæ,
Debita quàm sulcis committas semina, quámque
** Inuitæ properes anni spem credere terræ.*
Multi ante occasum Maiæ cœpere: sed illos
Exspectata seges vanis eluserit auenis.
Si verò viciamq; seres, vilémque faselum,
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.*
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.
Iccirco certis dimensum partibus orbem
*Per * duodena regit mundi Sol aureus astra.*
Quinque tenent cælum zonæ: quarum vna corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextrà, lœuáque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
*Has inter, mediámque, duæ mortalibus * ægris*
Munere concessæ diuûm: via secta per ambas,
Obliquus quà se signorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiam, Rhipæásque arduus arceis
Consurgit: premitur Libyæ deuexus in Austros.
*Hic vertex nobis semper sublimis: at * illum*
Sub pedibus Styx atra videt, Manesq; profundi:
Maximus heic flexu sinuoso elabitur anguis

Aprili enim mẽsein Tauro sol est: quo mense cuncta aperiuntur.

quia quasi coacta rusticorum labore, nõ sponte fructus fert.

occidente Boote seres viciam, faselum, lẽtem.

circuli cælũ, acterram veluti zonæ cingentes.

laborãt enim innumerabilibus morbis.

axem australem, qui à nobis nunquam videtur.

Circum, pérque duas in morem fluminis Arctos,
Homerus in Iliad. 206. Arctos * Oceani metuentes æquore tingi.
Illic, vt perhibent, aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis Aurora, diémque reducit:
Nósque vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina Vesper.
varios euentus, & pericula. Hinc * tempestates dubio prædiscere cælo
Possumus, hinc messis q̃, diem, tempúsque serendi,
mare. Et quando infidum remis impellere * marmor
Conueniat: quando armatas deducere classes,
Aut tempestiuam siluis euertere pinum.
Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus,
Temporibúsque parem diuersis quatuor annum.
remouet ab exercenda agricultura. Frigidus agricolam siquando * continet imber,
Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur. durum procudit arator
acumine carentis. Vomeris * obtusi dentem: cauat arbore lintres:
Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.
Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes,
flexibili. Atque Amerina parant * lenta retinacula viti,
quæ apud Rubos, Italiæ oppidũ, pluri ma nascitur. & exponit Beru. Nunc facilis * Rubea texatur fiscina virga:
Nunc torrete igni fruges: nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
ob scabiem, qua tentantur animalia. Balantúmque gregem fluuio mersare * salubri.
Sæpè oleo tardi costas agitator asselli,
Vilibus aut onerat pomis: lapidémque reuertens
Incusum: aut atræ massam picis vrbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna

Felices

Felices operum. quintam fuge: pallidus Orcus,
Eumenidéſque ſatæ: tum partu terra nefando
Cœumq3, Iapetumq3 creat, ſæuumq3 Typhoëa,
*Et coniuratos cælum reſcindere * fratres.* Othum, & Ephialtem Neptuni filios.
Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam
Scilicet, atque Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum:
Ter pater exſtructos diſiecit fulmine montes,
Septuma poſt decumam felix & ponere viteis,
Et prenſos domitare boues, & licia telæ
*Addere. nona fugæ * melior, contraria furtis.* non fugientibus ſeruis, ſed dominis ad eos inueniendos, & furta recuperanda.
Multa adeò gelida melius ſe nocte dedêre,
Aut cùm Sole nouo terras irrorat Eôus.
Nocte leues melius ſtipulæ, nocte arida prata
Tondentur: nocteis lentus non deficit humor.
Et quidam ſeros hiberni ad luminis igneis
Peruigilat, ferróque faces inſpicat acuto.
Interea longum cantu ſolata laborem
Arguto coniux percurrit pectine telas: ſtridulo.
Aut dulcis muſti Volcano decoquit humorem,
Et foliis vndam tepidi deſpumat aëni.
At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu,
Et medio toſtas æſtu terit area fruges.
*Nudus ara, ſere nudus: hiems * ignaua colono.* quia ignauum reddit colonum.
Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuáque inter ſe læti conuiuia curant.
*Inuitat Genialis hiems, curáſque * reſoluit:* aufert.
Ceu preſſa cùm iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus,
*Et lauri baccas, oleamq3, * cruentáque myrta.* matura, quæ cruoris colorem imitantur.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
Auritéſque ſequi lepores: tum figere damas,

Stupea torquentem Balearis verbera funda,
Cùm nix alta iacet, glaciem cùm flumina trudunt.
Quid tempestates autumni, & sidera dicam?
Atque vbi iam breuior q3 dies, & mollior æstas,
vigilãter prouidenda. *Quæ * vigilanda viris? vel cùm ruit imbriferum ver,*
Spicea iam campis cùm messis inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent?
Sæpe ego, cùm flauis messorem induceret aruis
secaret. *Agricola, & fragili iam * stringeret hordea culmo,*
Omnia ventorum concurrere prælia vidi:
Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis
tempestate noxia. *Sublimè expulsam eruerent: ita * turbine nigro*
Ferret hiems culmumq3 leuem, stipulasq3 volantes.
Homerus in Il. 179. *Sæpè etiam immensum cælo venit * agmen aquarum,*
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta, boumq3 labores
Homer. Il. 49. profunda. *Diluit: implentur fossæ, & * caua flumina crescunt*
Cum sonitu, feruetq3 fretis spirantibus æquor.
Ipse pater, media nimborum in nocte, coruscat
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit: fugêre feræ; & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor. ille flagranti
in Græcia, Thracia, Epiro. *Aut * Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo*
Deiicit. ingeminant Austri, & densissimus imber.
resonant. *Nunc nemora ingenti vento, nunc litora * plangunt.*
Hoc metuens, cæli menseis, & sidera serua,
Frigida Saturni sese quò stella recepter,
quia Mercurius in Cyllenio Arcadiæ monte natus dicitur. *Quos ignis cæli * Cyllenius erret in orbes.*
In primis venerare deos, atque annua magna
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extrema sub tempus hiemis, iam vere sereno.

Tunc

Tunc agni pingues, & tunc mollißima vina:
Tunc somni dulces, denſæq́ in montibus vmbræ.
Cunctá tibi Cererem pubes agreſtis adoret,
*Cui tu * lacte fauos, & miti dilue Baccho:* lacte, melle, vino Cereri ſacrifica.
Térque nouas circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus, & ſocij comitentur ouantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque antè
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quàm Cereri, torta redimitus tempora quercu,
*Det motus incompoſitos, & * carmina dicat.* hymnos.
Atque hæc vt certus poßimus diſcere ſignis,
Æſtuſq́, pluuiasq́, & agenteis frigora ventos,
*Ipſe pater ſtatuit, quid * menſtrua Luna moneret,* quæ Græcè μὴν dicitur.
*Quo ſigno * caderent Auſtri: quid ſæpè videntes* deſinerent venti.
Agricolæ, propiùs ſtabulis armenta tenerent.
*Continuò ventis ſurgentibus, aut * freta Ponti* litora pelagi, quę feriuntur fluctibus.
Incipiunt agitata tumeſcere, & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut reſonantia longè
Litora miſceri, & nemorum increbeſcere murmur.
Iam ſibi tum curuis malè temperat vndá carinis,
Cùm medio celeres reuolant ex aquore mergi,
*Clamoremque ferunt ad litora: cúmque * marina* ſunt enim & fluuiales.
In ſicco ludunt fulicæ, notáſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.
Sæpè etiam ſtellas, vento impendente, videbis
Præcipites cælo labi, noctiq́ per vmbram
Flamarum longos à tergo albeſcere tractus:
Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas,
*Aut ſumma nantеis in aqua * colludere plumas.* moueri.
At Boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm
Euriq́, Zephyriq́ tonat domus: omnia plenis
Rura natant foßis, atque omnis nauita Ponto

ignaris. *Humida vela legit. numquam * imprudentibus imber*
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
altum volantes. ** Aëriæ fugêre grues: aut bucula cælum* 375
Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:
vide fabulam in Ouidio, de rusticis à Minerua in ranas cõuersis. *Et veterem in limo * rana cecinere querelam.*
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter, & bibit ingens 380
Arcus, & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
ad Asiam palindem. *Iam varias pelagi volucres, & quæ * Asia circùm*
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores, 385
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi.
denunciat ea voce, vt vocare videatur. *Tum cornix plena pluuiam * vocat improba voce,*
Et sola in sicca secum spatiatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ 390
Nesciuere hiemem: testa cùm ardente viderent
Scintillare oleum, & putreis concrescere fungos.
aër enim rarescit sereno. *Nec minùs ex imbri Soles, & * aperta serena*
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
Nam neque tum stellis acies obtusa videtur, 395
Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna,
Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.
Non tepidum ad Solem pennas in litore pandunt
halcyonij dicuntur dies quib. halcyones aues nidos in mari faciunt. *Dilecta Thetidi * Alcyones: non ore solutos*
Immundi meminere sues iactare maniplos. 400
At nebulæ magis ima petunt, campoq; recumbunt:
Solis & occasum seruans de culmine summo
Nequiquam seros exercet noctua cantus.
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus,

Et pro-

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacumque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
*Ecce inimicus atrox magno * stridore per auras,* sonitu alarũ.
Insequitur Nisus: quà se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant: & sæpè cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
Inter se foliis strepitant. iuuat imbribus actis
Progeniem paruam, dulceisq; reuisere nidos.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut RERVM FATO *prudentia maior:*
Verùm, vbi tempestas, & cæli mobilis humor
*Mutauere vias, & * Iupiter humidus Austris* aër. Horat. Manet sub Ioue frigido Venator.
Densat, erant quæ rara modò, & quæ densa, relaxat:
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si verò Solem ad rapidum, Lunásque sequenteis
Ordine respicies: numquam te crastina fallet
Hora, neque insidiis noctis capiere serenæ.
*Luna reuertenteis cùm primùm * colligit igneis,* cùm incipit renasci.
Si nigrum obscuro comprenderit æra cornu,
Maximus agricolis, pelagóque parabitur imber.
At, si virgineum suffuderit ore ruborem,
*Ventus erit: vento semper rubet * aurea Phœbe.* pulcra: vt, At non Venus aurea contrà.
Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor,
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem pluuia, ventóq; carebunt: ad mensis vltimam partẽ.
Votáque seruati soluent in litore nautæ

Glauco,

Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.
Sol quoque & exoriens, & cùm se condet in vndas,
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur,
*Et quæ mâne refert, & quæ * surgentibus astris.*
Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
*Conditus in nubem, * mediόque refugerit orbe:*
Suspecti tibi sint imbres. namque vrget ab alto
Arboribúsque, satisq́ Notus, pecoriq́ sinister.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
*Diuersi * erumpent radij: aut vbi pallida surget*
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu, malè tum miteis defendet pampinus vuas:
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emenso cùm iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis. nam sæpè videmus
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denuntiat: igneus Euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni:
Omnia tunc pariter vento, nimbisq́ videbis
Feruere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At si, cùm referétque diem, condétque relatum,
Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis,
*Et * claro siluas cernes Aquilone moueri.*
Denique, quid Vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpè monet, fraudémque, & operta tumescere bella:
Ille etiam exstincto miseratus Cæsare Romam,
*Cùm caput obscura nitidum * ferrugine texit,*
Impiáque æternam timuerunt sæcula noctem.

superueniente nocte.

nubibus ex parte occultato.

Homer. in Il. 115. erumpũt sese, antiqua locutio; qua Lucretius vsus est, & Cœlius in epist. ad Cic.

qui serenitatẽ inducet. nam est & nubilus.

purpura nigrior est Hispana.

Tempore

Tempore quamquã illo tellus quoq;, & æquora Ponti,
*Obscenique canes, importunæq; * volucres* — striges aut bubones.
Signa dabant. quoties Cyclopum efferuere in agros
*Vidimus * vndantem ruptis fornacibus Ætnam,* — vndæ modo flammas euomentem.
Flamarúmque globos, liquefactáque voluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cælo
Audiit: insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudésque locutæ,
Infandum, sistunt amnes, terræq; debiscunt,
*Et mœstum illacrymat templis * ebur, æráque sudant.* — eburnea simulacra.
Proluit insano contorquens vortice siluas
Fluuiorum rex Eridanus, campósque per omneis
Cum stabulis armenta tulit: nec tempore eodem
** Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,* — tristia portendentibus.
Aut puteis manare cruor cessauit: & altè
Per noctem resonare, lupis vlulantibus, vrbes.
Non aliàs cælo ceciderunt plura serena
Fulgura: nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum vidêre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Æmi pinguescere campos.
** Scilicet & tempus veniet, cùm finibus illis* — Homerus in Iliad. 40.
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra robigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
** Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulcris.* — quasi antiquorum heroum.
Di patrij Indigetes, & Romule, Vestáq; mater,
Quæ Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruas,
Hunc saltem everso iuuenem succurrere sæclo

Ne

Ne prohibete. satis iam pridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iam pridem nobis cæli te regia, Cæsar,
Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos.
Quippe vbi fas versum, atq; nefas: tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies: non vllus aratro
ad bellum. *Dignus honos, squalent * abductis arua colonis,*
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates; illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe:
Vt cùm carceribus sese effudêre quadrigæ,
augetur eorum cursus. * *Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens,*
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON LIB. II.

ARGVMENTVM.

Hic liber tractat rationem vitium colendarum, præterea præcepta de olea, & aliis nonnullis arboribus.

HACTENVS aruorum cultus, & sidera cæli:
arbores infecundas, quibus cohærent vites. *Nunc te Bacche canã, nec non * siluestria tecum*
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
Huc pater ô Lenæe, (tuis hæc omnia plena
Muneribus: tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris.)
Huc pater ô Lenæe veni, nudataq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principiò arboribus varia est natura creandis.
Namque, aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt, campósque, & flumina latè

Curua

Cuncta tenent: vt molle filer, lentæq; genistæ,
*Populus, & glauca * canentia fronde salicta.* — salix enim ab vna parte alba est, ab altera viridis.
Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
*Esculus, atque habitæ Graiis * oracula quercus.* — vt in Dodonæo nemore.
Pullulat ab radice aliis densissima silua:
Vt cerasis, ulmoq;: etiam Parnassia laurus
Parua sub ingenti matris se subicit vmbra.
Hos natura modos primùm dedit: his genus omne
Siluarum, fruticumq; viret, nemorumq; sacrorum.
Sunt alij quos ipse via sibi repperit vsus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Depositi sulcis: hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidasq; sudes, & acuto robore vallos:
Siluarumq; aliæ pressos propaginis arcus
Exspectant. & viua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ: summumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin &, caudicibus sectis, mirabile dictu,
**Truditur è sicco radix oleagina ligno.* — vrgente natura procreatur.
Et sæpè alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius, mutatamq; insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.
Quare agite ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo:
*Neu * segnes iaceant terræ. iuuat Ismara Baccho* — infœcundæ.
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.
Túque ades, inceptúmque vnà decurre laborem,
O decus, ô famæ meritò pars maxima nostræ
Mæcenas, pelagóque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:
Non, mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,

Ferrea

Ferrea vox: ades, & primi lege litoris orani.

sumpsit à Lucretio. simpliciter, inquit, vniuersa describam.

*In manibus terræ * non hæc te carmine ficto,*
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.
Sponte sua quæ se tollunt in luminis oras,
Infecunda quidem, sed læta, & fortia surgunt:
Quippe solo natura subest: tamen hæc quoque si quis
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,

naturalem asperitatem.

*Exuerint * siluestrem animum, cultúque frequenti*
In quascunque voces artes, haud tarda sequentur.
Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,
Crescentiq; adimunt fetus, vruntq; ferentem.
Iam, quæ seminibus iactis se sustulit arbos,
Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram:
Pomáque degenerant succos oblita priores:

fructum pro arbore posuit.

*Et turpes auibus prædam fert * uua racemos.*
Scilicet omnibus est labor impendendus, & omnes
Cogendæ in sulcum, ac multa mercede domandæ.
Sed truncis oleæ melius, propagine vites,

Venerez à Papho insula, in qua Venus colebatur, cui myrtus erat consecrata.

*Respondent, solido * Paphiæ de robore myrtus.*
Plantis eduræ coruli nascuntur, & ingens
Fraxinus Herculeæq; arbos vmbrosa coronæ,
Chaoniiq; patris glandes: etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies visura marinos.
Inseritur verò ex fetu nucis arbutus horrida:
Et steriles platani malos gessere valentes,
Castaneæ fagos, ornúsque incanuit albo
Flore pyri, glandémque sues fregere sub vlmis.

non facilis ratio est.

** Nec modus, inserere, atque oculos imponere simplex.*
Nam quà se medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenuem rumpunt tunicas: angustus in ipso

Fit

Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdóque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes truncí resecantur, & altè
Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exit ad cælum ramis felicibus arbos,
* Miratúrque nouas frondes, & non sua poma. Seruius legit, Mirata est-que.
Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
Nec salici, lotóque, nec Idæis cyparissis.
Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ
Orchites, & * radij, & amara pausia bacca, oliuæ, sic à longitudine nominatæ.
Pomáque, & Alcinoi siluæ: nec surculus idem
Crustumiis, Syriísq; pyris, grauibúsque volemis.
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ:
Pinguibus * hæ terris habiles, leuioribus illæ. Thasiæ.
Et passo Psythia vtilior, tenuísq; Lageos,
Tentatura pedes olim, vincturáque linguam,
Purpureæ, preciæq;, & * quo te carmine dicam nec enim scit, vtrum eam laudet, an vituperet. nam Cato eã laudat, Catullus vituperat.
Rhæticæ? nec cellis ideò contende Falernis.
Sunt etiam Amminææ vites, firmissima vina,
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,
Argitisq; minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te mensis, & dis accepta secundis,
Transierim Rhodia, & tumidus * Bumaste racemis. vua in mammæ bouis similitudinem.
Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus: neque enim numero cõprendere refert.
Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ: Homerus in Iliad. 27.
Aut, vbi nauigijs violentior incidit Eurus,

Nosse, quot Ionij veniant ad litora fluctus.
Nec verò terra ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassúq; paludibus alni
Nascuntur: steriles saxosis montibus orni.

locum pro arboribus posuit. *Litora * myrtetis lætissima: denique apertos*
Bacchus amat colles: Aquilonem, & frigora taxi.
Adspice & extremis domitum cultoribus orbem,

stigmata habètes, populi Scythiæ sunt. *Eoásque domos Arabum, * pictósque Gelonos.*
Diuisa arboribus patriæ. sola India nigrum
Fert ebenum: solis est thurea virga Sabais.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamáque, & baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis? vbi aëra vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ.
Et gens illa quidem sumtis non tarda pharetris.

amaros: vt, tristesque lupini. *Media fert * tristeis succos, tardúmque saporem*
Felicis mali: quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæua infecere nouercæ,

nocentissima, vt proximè dixit, Non tarda, id est, maximè strenua. *Miscuerunt herbas, & * non innoxia verba,*
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax. animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.
Sed neque Medorum siluæ, ditissima terra,

Ganges Indiæ fluuius, Hermus Lydiæ. vterque hic pro prouincia positus. *Nec pulcer * Ganges, atque auro turbidus Hermus,*
Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neque Indi,
Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Hæc

Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertêre, ſatis immanis dentibus hydri:
Nec galeis, denſiſque virûm ſeges horruit haſtis:
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maßicus humor
Impleuere: tenent oleæq́, armentáque læta.
Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, ſæpè tuo perfuſi flumine ſacro;
Romanos ad templa deûm duxêre triumphos.
Heic ver aßiduum, atque alienis menſibus æſtas:
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
At rabidæ tigres abſunt, & ſæua leonum
Semina: nec miſeros* fallunt aconita legentes: non fallunt; non quia non
Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto noceant, ſed
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. quia ſunt omnibus nota.
Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem:
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaque antiquos ſubter labentia muros.
An mare, quod* ſuprà, memorem, quodq́, alluit infrà? de Adriatico dictum.
An ne lacus tantos? te Lari maxime, téque
Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino?
An memorem portus, Lucrinóque addita clauſtra,
Atque* indignatum magnis ſtridoribus æquor, quòd à ſolita excluderetur licentia.
Iulia quà Ponto longè ſonat vnda refuſo,
Tyrrhenúſque fretis immittitur æſtus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, æriſq́, metalla
Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marſos, pubémque Sabellam,
Aſſuetúmque* malo Ligurem, Volſcóſque verutos labori.
Extulit. hæc Decios, Marios, magnóſque Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar:
Qui nunc extremis Aſiæ iam victor in oris

si cum Romanis conferatur.

* *Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.*
Salue magna parens frugum Saturnia tellus;
Magna virûm. tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes,
Hesiodi poëtæ, qui fuit ex Ascra ciuitate.
* *Ascræumque cano Romana per oppida carmen.*
Nunc locus arcorum ingenijs: quæ robora cuique,
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primùm terræ, collésque maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
vt omnia, quæ tardè crescunt. ideo supra dixit, Tardæ crescentis oliuæ.
*Palladia gaudent silua * vinacis oliuæ.*
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis siluestribus agri.
At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta,
Quique frequens herbis, & fertilis vbere campus,
Qualem sæpè cauæ montis conualle solemus
Despicere, huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicémque trahunt limum: quique editus Austro,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
Heic tibi prævalidas olim, multóque fluenteis
Sufficiet Baccho vites: heic fertilis vuæ,
I. pateris aureis. victimarum carnibus.
*Heic laticis, qualem * pateris libamus, & * auro,*
*Inflauit cùm * pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,*
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium, vitulósque tueri,
quidquid enim momorderint, vrunt.
*Aut fetus ouium, * aut vrentis culta capellas:*
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentém niueos herboso flumine cycnos.
puri, sine pestilentia.
*Non * liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:*
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra ferè, & presso pinguis sub vomere terra,

Et cui

Et cui putre solum (namque hoc imitamur arando)
Optuma frumentis: (non vllo ex aquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis)
*Aut vnde * iratus siluam deuexit arator,* — in fecunditate diuturna.
Et nemora euertit multos ignaua per annos,
Antiquásque domos auium cum stirpibus imis
Eruit: illa altum nidis petiêre relictis:
At rudis enituit impulso vomere campus.
*Nam * ieiuna quidem cliuosi glarea ruris* — sicca, & sterilis terra.
Vix humileis apibus casias, rorémque ministrat:
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
*Creta, * negant alios æquè serpentibus ægros:* — Nicander, & Solinus, qui de his rebus scripsere.
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumôsque volucreis,
Et bibit humorem, & cùm vult, ex scipsa remittit:
*Quæq; * suo viridi semper se gramine vestit,* — naturali, non coacto.
Nec scabie, & salsa lædit robigine ferrum;
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ est: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
*Talem diues arat Capua, & vicina * Veseuo* — mons est Liguriæ.
*Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus * Acerris.* — ob frequêtem Clanij fluminis inundationem. est autem Campaniæ.
Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa, requiras:
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho: — Acerræ ciuitas.
Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo:
Antè locum capies oculis, altéque iubebis
In solido puteum demitti, omnémque repones
Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas.
Si deerunt: rarùm pecoriq;, & vitibus almis
Aptius vber erit, sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis,

graues. Spissus ager: glebas * cunctanteis, crassáque terga
Exspecta, & validis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat) 240
per quos vinũ defluit. Tale dabis specimen. tu spisso vimine * qualos,
Colàque prælorum fumosis deripe sectis.
Huc ager ille malus, dulcésque à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur. aqua eluctabitur omnis *
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ. 245
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Lucretianum verbum. Tristia tentantum sensu torquebit * amaror.
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto
Discimus: haud vmquam manibus iactata fatiscit,
cohæret. Sed picis in morem ad digitos * tenuescit habendo. 250
Humida maiores herbas alit, ipsáque insto
Latior. ah, nimiùm ne sit mihi fertilis illa,
surgentibus herbis. Neu se prævalidam * primis ostendat * aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit;
Quæq; leuis. promtum est oculis prædiscere nigram, 255
Et quis cui color. at sceleratum exquirere frigus
Difficile est: picem tantùm, taxúmq; nocentes
Interdum, aut edera pandunt vestigia nigra.
His animaduersis, terram multò antè memento
Excoquere, & magnos scrobibus concidere montes: 260
Antè supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quàm latum infodias vitis genus. optima putri
Arua solo: id venti curant, gelidæq; pruinæ,
promouens & labefaciens. Et labefacta * mouens robustus iugera fossor.
At si quos haud vlla viros vigilantia fugit: 265
Antè locum similem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus seges; & quò mox digesta ferantur,

Mutatam

Mutatam ignorent subitò ne semina matrem.* terram: vt Antiquâ exquirite matrem.
Quin etiam cæli regionem in cortice signant:
Vt, quo quæque modo steterit, qua parte calores
*Austrinos tulerit, qua terga obuerterit * axi,* Septemtrioni.
Restituant. adeò in teneris consuescere multum est.
Collibus, an plano melius sit ponere viteis,
*Quære prius. si pinguis agros * metabere campi,* eliges.
Densa fere: in denso non segnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, colleisq; supinos:
*Indulge ordinibus: nec secius omnis in * vnguem* perfectè. Horatius, ad vnguem factus homo, translatio à marmorariis, qui iuncturas vnguibus probant.
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sapè ingenti bello cùm longa cohorteis
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæq; acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus, nec dum horrida miscent
Prœlia, sed dubius mediis Mars errat in armis:
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
*Non animum modò vti * pascat prospectus inanem:* delectet: vt lib. 6. Atque animum picturæ pascit inani.
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.
Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras.
Ausim vel tenui vitem committere sulco:
Altiùs, ac penitùs terræ defigitur arbos,
Esculus in primis: quæ quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.
*Ergo non hiemes illam, non * flabra, neque imbres* ventorum flatus.
Conuellunt: immota manet, multósque per annos
Multa virûm voluens durando sæcula vincit.
Tum forteis latè ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Néve tibi ad Solem vergant vineta cadentem: eius enim radices vitibus nocent.
*Néve inter viteis * corylum sere: néve flagella*

Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas:
(Tantus amor terræ) neu ferro lade retusa
Semina, néve olea silvestrem insere truncos.
Nam sæpè incautos pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus
Robora comprendit, frondésque elapsus in altas,
Ingentem cælo sonitum dedit: inde secutum
Per ramos victor, pérque alta cacumina regnat,
Et totum involuit flamis nemus, & * ruit atram
Ad cælum picea crassus caligine nubem:
Præsertim si tempestas à vertice silvis
Incubuit, glomerátque ferens incendia ventus.
Hoc * ubi non à stirpe valent, cæsæq; renexti
Possunt, atque ima similes revirescere terræ.
Infelix * superat foliis oleaster amaris.
Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam spirante movere.
Rura gelu tum claudit hiems: nec semina jacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio est, cùm vere * rubenti
Candida venit avis longis invisa colubris:
Prima vel autumni sub frigora, cùm rapidus Sol
Nondum hiemem contingit equis, jam præterit æstus.
Ver adeò frondi nemorum, ver utile silvis,
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fecundis imbribus * Æther
Conjugis in gremium lætæ descendit, & amnis
Magnus alit, magno commistus corpore, fetus.
Avia tum resonant avibus virgulta canoris,
Et Venerem certis repetunt armenta diebus:
Parturit almus ager, Zephyriq; tepentibus auris
Laxant arva sinus. superat tener omnibus humor;

agentis est hoc in loco, pro uere facit.

subaudi contigerit.

pro, supereſt.

propter flores.

id est, aër. nã æther pluuias non habet. accipitur autem Iupiter & pro æthere, & pro aëre.

In quã

Inq; nouos Soles audent se gramina tuto
Credere: nec metuit surgentes pampinus Austros,
Aut actum caelo magnis Aquilonibus imbrem:
*Sed * trudit gemmas, & frondes explicat omnes.* effundit.
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim. ver illud erat: ver magnus agebat
*Orbis, & * hibernis parcebant flatibus Euri:* asperis, & sæuis.
Cùm primùm lucem pecudes hausere, virumque
** Ferrea progenies duris caput extulit arvis,* dura ad laborem sustinendum. alibi: Vnde Homines nati, durum genus.
Immissaq; fera silua, & sidera caelo.
Nec res hunc tenera possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigúsque, calorémque
Inter, & exciperet caeli indulgentia terras.
Quod supereſt, quacunq; premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:
*Aut lapidem * bibulũ, aut squalentes infode conchas.* qui arenarius vocatur.
Inter enim labentur aquæ, tenuiq; subibit
Halitus, atque animos tollent sata. iámque reperti,
Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ
Vrgerent: hoc, effusos muniunt ad imbreis:
*Hoc, vbi * hiulca siti findit Canis aestifer arua.* ardente calore fissa.
Seminibus positis, superest deducere terram
Sapiùs ad capita, & duros iactare bidentes:
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
** Flectere luctantes inter vineta iuuencos.* moderatè, ne tenera virgulta concutiant.
Tum leues calamos, & rasæ hastilia virgæ,
Fraxineásque aptare sudes, furcásque bicornes:
Viribus enim quarum, & contemnere ventos
Assuescant, summásque sequi tabulata per vimos.
Ac, dum prima nouis adolescit frondibus aetas,
Parcendum teneris; & , dum se latus ad auras

aĕrem. Palmes agit, laxis per * purum immissus habenis,
Ipsa acies falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpendæ manibus frondes, interque legendæ.
solidioribus palmitibus. Inde vbi iam validis amplexæ * stirpibus vlmos
Exierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde:
Ante reformidant ferrum: tunc denique dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.
Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum est:
Præcipuè dum frons tenera, imprudensq; laborum:
fœuas: &, potentem, grauem. Cui, super * indignas hiemes, Solémque potentem,
Siluestres vri assiduè, capreæq; sequaces
Illudunt: pascuntur oues, auidæq; iuuencæ.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
etiam saxa caloribus penetrans. Aut grauis incumbens, * scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
primi enim ludi theatrales ex Liberalibus nati ludis. Cæditur, & * veteres ineunt proscenia ludi:
Præmiáque ingentes pagos, & compita circum
Thespiadæ posuere, atque inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
Nec non Ausonij, Troia gens missa, coloni
Versibus incomtis ludunt, risúque soluto,
Oráque corticibus sumunt horrenda cauatis:
Et te Bacche vocant per carmina læta, tibiq;
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
post hæc sacra celebrata. * Hinc omnis largo pubescit vinea fetu,
Complentur vallésque cauæ, saltúsque profundi,
Et quocumque deus circùm caput egit honestum.
Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lancésque & liba feremus,
exsecrabilis. Et ductus cornu stabit * sacer hircus ad aram,

Pin-

Pinguiáque in verubus torrebimus exſta colurnis.
Eſt etiam ille labor curandus vitibus alter:
Cui numquã exhauſti ſatis eſt. namq; omne quotãnis* — pro, exhauſtionis, vt lib. 11. ſeruantiſſimus æqui, pro æquitatis.
Térque, quatérque ſolum ſcindendum, glebaq; verſis
Æternùm frangenda bidentibus: omne leuandum
Fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.
Et iam olim feras poſuit cùm vinea frondeis,* — ferò cadentes.
Frigidus & ſiluis Aquilo decußit honorem:
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus, & curuo Saturni dente relictam* — falcem intelligit, quæ eſt in Saturni tutela.
Perſequitur vitem attondens, fingitq; putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus ſub tecta referto:
Poſtremus metito. bis vitibus ingruit vmbra:
Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbæ.
Durus vterque labor. laudato ingentia rura,
Exiguum colito. nec non etiam aſpera ruſci* — ruſcum virgultum eſt, vnde vites alligantur.
Vimina per ſiluam, & ripis fluuialis arundo
Cæditur, inculteq; exercet cura ſalicti.
Iam vinctæ vites: iam falcem arbuſta reponunt:
Iam canit extremos effetus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, pulueq; mouendus,
Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.* — aër: cuius varietas plerunque decipit laborem ruſticorum.
Contrà, non vlla eſt oleis cultura: neque illa
Procuruam exſpectant falcem, raſtrisq; tenaces,
Cùm ſemel haſerunt arui, aurāſque tulerunt.
Ipſa ſatis tellus, cùm dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grauidas, cum vomere, fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam.* — pro, nutrimentum pro actiuo.
Poma quoque, vt primùm truncos ſenſere valentes,
Et vires habuere ſuas, ad ſidera raptim

Vi pro-

Vi propria nituntur, opúsq; haud indiga nostræ.
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit,
siluestribus pomis. * *Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.* 430
Tondentur cythisi, tedæ silua alta ministrat,
Pascuntúrque ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines serere, atque impendere curam?
Quid maiora sequar? salices, humilésque genistæ,
Aut illa pecori frondem, aut pastoribus vmbram 435
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula mellis.
quia buxus in Cytoro, Macedoniæ mõte, æstus imitatur vndarũ. *Et iuuat * vndantem buxo spectare Cytorum,*
Naryciæq; picis lucos: iuuat arua videre,
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
Ipsa Caucaseo steriles in vertice siluæ, 440
Quas animosi Euri assiduè franguntq;, ferunt q;,
Dant alios alia fœtus, dant vtile lignum
Nauigiis pinos; domibus cedrósque, cupressósque.
de siluis. nam de cupresso neque rotæ, neque radij fiunt. Triuere autem, pro, componere de torno. *Hinc * radios triuere rotis, hinc tympana plaustris*
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas. 445
Viminibus salices fecundæ, frondibus vlmi:
At myrtus validis hastilibus: & bona bello
Cornus: Ituræos taxi torquentur in arcus.
Nec tilia leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferróque cauantur acuto. 450
Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
Missa Pado: nec non & apes examina condunt
Corticibúsque cauis, vitiosæq; ilicis alueo.
Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentem 455
qui sunt ebrietate in furorem compulsi. * *Centauros letho domuit, Rhœcúmque, Pholúmque,*
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
O FORTVNATOS *nimiùm, sua si bona norint,*
Agricolas: quibus ipsa, procul discordibus armis,

Fundit

Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam,
Nec varios inhiant * pulcra testudine postes,
* Illusaque auro vestes, Ephyreiaque æra:
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus olivi:
At secura quies, & nescia fallere vita,
Dives opum variarum: at latis otia fundis,
Speluncæ, * viuique lacus: at frigida Tempe,
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni,
Non absunt: illi saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
Sacra deum, sanctique patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.
Me verò primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti * perculsus amore,
Accipiant: cœlique vias, & sidera monstrent:
Defectus Solis * varios, Lunæque labores:
Vnde tremor terris: qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant.
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturæ accedere * partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis:
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes:
Flumina amem, siluasque inglorius. ô, vbi campi,
Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta: ô, qui me gelidis in vallibus Æmi
Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra!
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas:
Atque metus omneis, & inexorabile fatum

Indica.

auro quasi per lusum ab artifice insparsas.

naturales: nõ, vt in vrbibus, labore quæsiti.

* percussus.

Interdũ enim duobus, interdum quatuor, interdũ pluribus deficit diebus.

si physicam philosophiam nosse non licuerit.

Subiecit

mũdum vniuersum ad interitum trahentis.

*Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis * auari.*
Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes,
Panáque, Siluanúmque senem, nymphásque sorores.

honores à populo dati.

*Illum non populi * fasces, non purpura regum* 495
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituráque regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura 500
Sponte tulêre sua, carpsit: nec ferrea iura,

ob lites.

** Insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.*
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntq;
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidiis vrbem, miserósque Penates, 505

gemmeo poculo.

*Vt * gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.*
Condit opes alius, defossoq; incubat auro.

in theatro.

*Hic stupet attonitus Rostru: hunc * plausus hiantem*
Per cuneos, geminatur enim plebiq; patrúmque,
Corripuit. gaudent perfusi sanguine fratrum, 510
Exsilióque domos, & dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quarunt sub Sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro:

annua capit alimenta.

*Hinc * anni labor: hinc patriam, paruósque nepotes*
Sustinet: hinc armenta boum, meritósque iuuencos. 515
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,

spicarum maniplis.

*Aut fetu pecorum, aut Cerealis * mergite culmi,*
Prouentúque oneret sulcos, atque horrea vincat.

ollius: à Sicyone Laconiæ ciuitate.

*Vênit hiems, teritur * Sicyonia bacca trapetis,*
Glande sues læti redeunt, dant arbuta siluæ; 520
Et varios ponit fetus autumnus, & altè
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Interea dulces pendent circum oscula gnati,

Casta

Casta pudicitiam seruat domus, vbera vacca
Lactea demittunt, pinguésque in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi.
Ipse dies agitat festos, fusúsque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe vocat, pecorisq; magistri,
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporáque agresti nudat prædura palæstra.
Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini:
*Hanc Remus, & frater: sic fortis Etruria * creuit:*
Scilicet & rerum facta est pulcerrima Roma,
Septémque vna sibi muro circumdedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & antè
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis;
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Nec dum etiam audierant inflari classica, nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatiis confecimus æquor,
*Et iam tempus equûm fumantia * soluere colla.*

* constat enim Tuscos vsque ad fretum Siculum omnia possedisse.

* huic libro finem imponenere, tãquam ingenio defatigato.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIB. III.

ARGVMENTVM.

Tertius liber continet descriptionem animantium, & quarum bestiarum est maximus vsus.

TE quoq; magna Pales, & te memorãde canemus
Pastor ab Amphryso: vos siluæ, amnesq; Lycæi.
*Cetera, quæ vacuas * tenuissent carmina mentes,*
Omnia iam vulgata. quis aut Eurystheа durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?

* quæ delectare audientes fabulæ poterãt.

Hippo-

Hippodameq́, humeroq́ Pelops insignis eburno,
Acer equis tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victórque virûm volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum, modò vita supersit,
Aonio reuiens deducam vertice Musas:
quantæ sunt apud Idumē, ciuitatē Phœnicis. *Primus * Idumeas referam tibi Mantua palmas,*
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæsar erit, templúmque tenebit.
in habitu pōtificis, exponit Seruius. *Illi victor ego, & Tyrio conspectus in * ostro,*
Centum quadriugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, Alphēum linquens, lucosq́ Molorchi,
Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu.
minutis foliis compositæ. *Ipse caput * tonsæ foliis ornatus oliuæ*
Dona feram. iam nunc sollemnes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsósque videre iuuencos:
Vel scena vt versis discedat frontibus: vtq́
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
In foribus pugnam ex auro, solidóque elephanto
pro, Gangaridarum, quos deuicit Augustus. vnde illud suprà, Imbellē auertis Romanis arcibus Indū. * Gangaridûm faciam, victoriq́ arma Quirini:
Atque hic vndantem bello, magnúmque fluentem
Nilum, ac nauali surgentis ære columnas.
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsumq́ Niphatem,
Fidentémque fuga Parthum, versisq́ sagittis,
Et duo rapta manu diuerso ex hoste tropæa,
Bisq́ triumphatas vtroque ab litore gentis.
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissaq́ ab Ioue gentis
quibus relegatus ad rotam est, ob amplexus Iunonis vetitos. *Nomina, Trosq́ parens, & Troiæ Cynthius auctor.*
Inuidia infelix Furias, amnémque seuerum
*Cocyti metuet, * tortósque Ixionis angues,*

Imma-

Immanémque rotam, & non exsuperabile saxum.
Intereà Dryadum siluas, saltúsque sequamur
Intactos, tua Mæcenas haud mollia iussa.
Te sine nil altum mens inchoat. en agè segneis
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetiq́ canes, domitrixq́ Epidaurus equorum:
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos,
*Tithoni prima * quot abest ab origine Cæsar.*
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ,
Pascit equos, seu quis forteis ad aratra iuuencos:
Corpora præcipuè matrum legat. optima torua
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:
Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo,
Aut iuga detrectans: interdúmque aspera cornu,
Et faciem tauro propior, quæq́ ardua tota,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.
Ætas Lucinam, iustósque pati Hymenæos
Definit ante decem, post quatuor incipit annos.
** Cetera nec feturæ habilis, nec fortis aratris.*
Intereà, superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus,
Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
OPTIMA quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi, tristisq́ senectus,
Et labor: & dura rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice: ac, ne post amissa requiras,

Id est, tua facta tot annis celebrabũtur, quot anni sunt à te vsq. ad mundi principium.

ætas vel ante quartum, vel post decimum annum.

subminiſtra. verbum à iudiciis ductũ. nam ſubſortiti iudices dicuntur, qui alterum ſungũtur officio.

*Antè veni, & ſobolem armento * ſortire quotannis.*
Nec non & pecori eſt idem delectus equino.
Tu modò, quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuò pecoris generoſi pullus in aruis
Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponti:
Nec vanos horret ſtrepitus (illi ardua cervix,
Argutúmque caput, breuis aluus, obeſáque terga,
Luxuriátque toris animoſum pectus: honeſti
Spadices, glaucíq; ; color deterrimus albis,
Et giluo: tum ſi qua ſonum procul arma dedêre,
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
*Collectúmque * premens volvit ſub naribus ignem.*
Denſa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos ſpina, cauátque
Tellurem, & ſolido grauiter ſonat vngula cornu.
*Talis Amyclæi domitus * Pollucis habenis*
Cyllarus, & (quorum Græij meminere poëtæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens implcuit acuto.
Hanc quoque, vbi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis
Deficit; abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ.
Frigidus in Venerem ſenior, fruſtráque laborem
Ingratum trahit; & (ſi quando ad prælia ventum eſt,
Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis,
Incaſſum fuxit, ergo animos, auimúmque nobilis
Præcipuè: hinc alias artes, prolémque parentum,

fiatu animũ præſtantem indicat.

equorum domitor fuit Caſtor. poſuit igitur fratrem pro fratre, poëticè.

Et quis

Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Nónne vides, * *cùm præcipiti certamine campum* Homerus in Iliad. 254.
Corripuêre, ruuntq; effusi carcere currus;
*Cùm spes arrecta** *iuuenum, exsultantiáque haurit* aurigarum, spectantium.
Corda pauor pulsans: illi instant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
Iámque humiles, iámque elati sublimè videntur
Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras.
Nec mora, nec requies: at fulua nimbus arena
Tollitur, humescunt spumis, flatúque sequentum.
Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.
Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, * *rapidúq; rotis insistere victor.* rapidus, in Seruio legitur, sed opinor mendosè.
Frena Pelethronij Lapithæ, gyrósque dedêre
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Æquus vterque labor: æquè iuuenémque magistri
Exquirunt, calidumq; animis, & cursibus acrem:
Quamuis sæpè fuga versos ille egerit hostes,
Et patriam Epeirum referat, sorteisq; Mycenas,
* *Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.* ab equo Neptuni, percussione tridentis nato.
His animaduersis, instant sub tempus, & omnèis
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legêre ducem, & pecori dixere maritum:
* *Pubenteisq; secant herbas, fluuiósque ministrant:* al. Florentes.
Farráque, ne blando nequeant superesse labori,
Inualidiq; patrum referant teiunia gnati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.
Atque, vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondeisq; negant, & fontibus arcent:
Sæpè etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant, die medio.
Cùm grauiter tunsis gemit area frugibus, & cùm

Surgentem ad Zephyrum palea iactantur inanes.

obluxuriem fœgetum. *Hoc faciunt, nimio ne * luxu obtusior vsus*
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes:
Sed rapiat sitiens Venerem, interiúsque recondat.
Rursus cura patrum cadere, & succedere matrum
Incipit. exactis grauidæ cùm mensibus errant,
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiósque innare rapaces.

vacuis, pro magnis. * plena, ne inclinetur ad porum. *Saltibus in * vacuis pascant, & * plena secundum*
Flumina: muscus vbi, & viridissima gramine ripa,
Speluncæq; tegant, & saxea procubet vmbra.
Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans: quoi nomen asilo
Romanum est, œstron Graij vertere vocantes,
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita siluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther

fluuius est in Lucania. *Concussus, siluæq;, & ficti ripa * Tanagri.*
Hoc quondam monstro horribilem exercuit iram
Inachia Iuno pestem meditata iuuencæ.
Hunc quoque, nam mediis feruoribus acrior instat,
Arcebo grauido pecori, armentáque pasces

statim. *Sole * recens orto, aut noctem ducentibus astris.*
Post partum, cura in vitulos traducitur omnis:
Continuóque notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint submittere habendo,
Aut aris seruare sacros, aut scindere terram,

scindere terram. *Et campum horrentem fractis * inuertere glebis.*
Cetera pascuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad studium, atque vsum formabis agrestem,
Iam vitulos hortare, viámque insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Ac

Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc, vbi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos:
*Atque illis iam sæpè rotæ ducantur * inanes* — sinepondere.
Per terram, & summo vestigia puluere signent.
Pòst validò nitens sub pondere fagineus axis
Instrèpat, & iunctos temo trahat æreus orbeis.
*Interea * pubi indomitæ non gramina tantùm,* — iuuencis.
*Nec * vescas salicum frondes, vluamq; palustrem,* — siccas, & teneras. vnde & aranearum telæ vocantur siccæ.
Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi fetæ
More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulceis consument vbera natos.
Sin ad bella magis studium, turmásque feroces,
Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volanteis:
Primus equi labor est, animos atque arma videre
Bellantum, lituosq; pati, tractúque gementem
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonanteis.
Tum magis, atque magis blandis gaudere magistri
** Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.* — manibus magistrorũ blandè attrectantium.
Atque hæc iam primò depulsus ab vbere matris
Audiat, inq; vicem det mollibus ora capistris
*Inualidus, * etiámque tremens, etiam inscius æui.* — nondum ab annis sumpta fiducia.
At, tribus exactis, vbi quarta acceſſerit æstas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibúsque sonare
Compositis, sinuétque alterna volumina crurum,
Sitq; laboranti similis: tum cursibus auras
Prouocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponat arena:
Qualis Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris
*Incubuit, Scythiæq; hiemes, atque * arida differt* — sine pluuiis.

Nubila: tum segetes altæ, campique natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant siluæ, longiq; vrgent ad litora fluctus.
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.
Hic vel ad * Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melùs feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito. namque ante domandum
Ingenteis tollent animos, prensiq; negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm Venerem, & caci stimulos auertere amoris;
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant
Pascua, post montẽ oppositum, & trans flumina * lata:
Aut intus clausos sæpta ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paullatim, vrit q; videndo
Femina: nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris & sæpè superbos
Cornibus inter se subigit decernere amanteis.
Pascitur in magna silua formosa iuuenca:
Illi alternantes multa vi prœlia miscent
Vulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis,
Versaque in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu, * reboant siluæq; & magnus Olympus.
Nec mos bellantei vnà stabulare: sed alter
Victus abit, longéque ignotis exsulat oris,
* Multa gemens, ignominiam, plagásque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores;
Et stabula adspectans regni exceßit auitis.
Ergo omni cura vires exercet, & inter

Elis Arcadiæ ciuitas, in qua cursule certamen agitabatur: & est species pro genere.

ne sit facilis natatus.

remugiunt.

pro valde, vt in epistola Cæcinæ, fam. lib. vj. Multa deos veneratus: & Cicero, Non

Dura

Dura iacet pernix instrato saxa cubili, multa peccas. & hic lib. 4. Multa reluctanti.
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta:
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco, ventósque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Pòst, vbi collectum robur, virésque receptæ,
Signa mouet, præcepsq; oblitum fertur in hostem:
Fluctus vt in medio cœpit cùm albescere Ponto
Longiùs, ex altóque sinum trahit; vtq; volutus
Ad terras, immanè sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigrámque altè subiectat arenam.
OMNE * adeò genus in terris hominúmq; ferarumq; otiosa dictio, ad ornatum interposita.
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres,
In Furias, ignémque ruunt: amor omnibus idem.
*Tempore non alio catulorum * oblita leæna* vi nimij amoris.
Sæuior errauit campis: nec funera vulgò
Tam multa informes vrsi, stragémque dedêre,
Per siluas tum sæuus aper, tum pessima tigris.
Heu, malè tum Libyæ solis erratur in agris!
Nónne vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantùm notas odor attulit auras?
Ac neque eos iam frena virûm, nec verbera sæua,
Non scopuli, rupésque cauæ, atque obiecta retardant
Flumina, correptósque vnda torquentia montes.
*Ipse ruit, dentemq; * Sabellicus exacuit sus,* Sabinus: & est species pro genere. *Et pede prosubigit terram: fricat arbore costas,*
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.
Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta: quem superingens aër nubibus plenus, per quem iter est, in cælum.
** Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant*

Æquora: nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum,
Atque canum? quid? quà imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omneis furor est insignis equarum:
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans * Gargara, transq; sonantem
Ascanium: superant montes, & flumina tranant,
Continuoq; auidis ubi subdita flamma medullis,
Vere magis (quia vere calor redit ossibus) illæ
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptant q; leues auras: & sæpè sine vllis
Coniugiis vento grauidæ, mirabile dictu,
Saxa per, & scopulos, & depressas conualleis
Diffugiunt; non Eure tuos, neque Solis ad ortus,
In Boream, Caurumque, aut vnde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluuia contristat frigore cælum.
Hinc demum, hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores, * lentum destillat ab inguine virus:
Hippomanes, quod sæpè malæ legêre nouercæ,
Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc satis armentis. superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.
Heic labor: * hinc laudem fortes sperate coloni.
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quàm sit: & angustis hunc addere rebus honorem:
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, quà nulla priorum
Castalia * molli deuertitur orbita cliuo.

Gargara pro quibuslibet montibus posuit, vt Ascanium pro quibuslibet fluminibus.

viscidum.

ad tuenda imbecilliora animalia.

facili decessu. locus de Lucretio translatus.

Nunc

Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.
Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oueis, dum mox frondosa reducitur æstas:
Et multa duram stipula, filicúmque maniplis
Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiémque ferat, turpeisq; podagras.
* *Pòst hinc digressus, iubeo frondentia capris* — cùm hoc feceris.
Arbuta sufficere, & fluuios præbere recenteis,
Et stabula à ventis hiberno oppouere Soli
Ad medium conuersa diem: cùm frigidus olim
Iam cadit, * *extremóque irrorat Aquarius anno.* — Ianuario mēse anni pænultimo.
Hæc quoque non cura nobis leuiore tuenda:
Nec minor vsus erit: quamuis Milesia magno
Vellera * *mutentur Tyrios incocta rubores.* — ingenti pretio comparentur.
Densior hinc soboles: hinc largi copia lactis.
Quò magis exhausto spumauerit vbere mulctra:
Læta magis pressis manabunt flumina mammis.
Nec minùs intereà barbas, * *incanáque menta* — pro, nimium cana.
Cyniphij tondent hirci, setásque comanteis
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.
Pascuntur verò siluas, & summa * *Lycæi,* — montis Arcadiæ, & est species pro genere.
Horrenteisq; rubos, & amanteis ardua dumos.
Atque ipsa memores redeunt in tecta, suósque
Ducunt, & grauido superant vix vbere limen.
Ergo omni studio glaciem, ventósque niualeis,
Quò minùs est illis curæ mortalis egestas,
Auertes: victúmque feres, & virgea lætus
Pabula: nec tota claudes fenilia bruma.
At verò Zephyris cùm læta vocantibus * *æstas:* — s. aduenerit.
In saltus vtrumque gregem, atque in pascua mittes.
Luciferi primò cum sidere frigida rura
Carpamus, dum máne nouum, dum gramina canent,

Et ros in tenera pecori gratißimus herba eſt.
Inde, vbi quarta ſitim cœli collegerit hora,
ninio clamore. *Et cantu querulæ * rumpent arbuſta cicadæ,*
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto
ex ilice factis. *Currentem * ilignis potare canalibus vndam:*
Æſtibus at medius vmbroſam exquirere vallem,
omnis enim quercus Ioui conſecrata. *Sicubi magna * Iouis antiquo robore quercus*
Ingenteis tendat ramos: aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet vmbra.
Tum tenueis dare rurſus aquas, & paſcere rurſus
Solis ad occaſum: cùm frigidus æra Veſper
Temperat, & ſaltus reficit iam roſcida Luna,
Litoráque Alcyonem reſonant, & acanthida dumi.
Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu
Proſequar, & rarís habitata mapalia tectis?
Sæpè diem, noctémque, & totum ex ordine menſem
Paſcitur, itá, pecus longa in deſerta ſine vllis
Hoſpitiis: tantum campi iacet omnia ſecum
abuſiuè. nam de gregibus loquitur. * *Armentarius Afer agit, tectúmque, Larémque,*
Armá, Amyclæumá, canem, Creſſamá, pharetram.
Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis
Iniuſto ſub faſce viam cùm carpit, & hoſti
Ante exſpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.
At non, quà Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda,
Duuius Scythiæ, qui & Danubius vocatur. *Turbidus, & torquens flauenteis * Iſter arenas:*
Quáque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta, neque vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, ſeptémque aſſurgit in vlnas.
Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.
Tum Sol pallenteis haud vmquam diſcutit vmbras:

Nec

Nec cùm inuectus equis altum petit æthera: nec cùm
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,
Vndáque iam tergo ferratos sustinet orbes:
*Puppibus illa prius patulo, nunc * hospita plaustris.* facilis.
Æráque disiliunt vulgò, vestésque rigescunt
Indutæ, cædunt á3 securibus humida vina,
Et totæ solidam in glaciem vertêre lacunæ,
** Stiriáque impexis induruit horrida barbis.* gutta: vnde fit stilla.
Interèà toto non secius aëre ningit.
*Intereunt pecudes, stant circumfusa * pruinis* *abusiuè, pro nubibus. nam pruina est matutini temporis frigus.
Corpora magna boum, confertóque agmine cerui
Torpent mole noua, & summis vix cornibus exstant.
Hos non immissis canibus, non cassibus vllis
Punicéave agitant pauidos formidine pennæ:
Sed frustrà oppositum trudentes pectore montem,
Cominus obtruncant ferro, grauisérque rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus, secura sub alta
Otia agunt terra, congestáque robora, totáque
Aduoluêre focis vlmos, igniá3 dedêre.
Heic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.
Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni
*Gens * effrena virûm Rhipæo tunditur Euro,* sæua, rectorem recusans.
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.
Si tibi lanicium curæ: primùm aspera silua,
*Lappæá3 * tribuliá3 absint: fuge pabula læta,* à quibus lana decerpitur.
Continuóque grèges villis lege mollibus albos.
Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo tantùm cui lingua palato,
Reiice, ne maculis infuscet vellera pullis

Nascen-

Nascentum, plenóque alium circumspice campo,
Munere sic niueo lanæ, si credere dignum est,
mutat fabulã. nõ enim Pan, sed Endymion amasse lunam dicitur.
* *Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,*
In nemora alta vocans: nec tu aspernata vocantem.
At cui lactis amor, cythisum, lotósque frequenteis
Ipse manu, salsásque ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis, & magis vbera tendũt,
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibent à matribus hædos,
durís.
*Primáque * ferratis præfigunt ora capistris.*
Quod surgente die mulsere, horiúq; diurnis,
cogunt in caseos.
*Nocte * premunt: quod iam tenebris, & Sole cadente,*
Sub lucem exportans calathis adit oppida pastor,
Aut parco sale contingunt, hiemiq; reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vnà
Veloces Spartæ catulos, acrémque Molossum
Pasce sero pingui: numquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum,
omnes enim ferè Hispani abactores sunt, vt ait Seruius.
*Aut impacatos à tergo horrebis * Iberos.*
Sæpè etiam cursu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpè volutabris pulsos siluestribus apros
Latratu turbabis agens, monteiq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneóque agitare graueis nidore chelydros.
nocens tactu.
*Sæpe sub immotis præsepibus aut mala * tactu*
Viperã delituit, cælúmque exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbra,
Pestis acerba boum, pecoriq; adspergere virus,
Fouit humum. cape saxa manu, cape robora pastor,
Tollentémque minas, & sibila colla tumentem:

Deiice.

Dëiice. iámque fuga timidum caput abdidit álte,
Cùm medij nexus, extremæq; agmina caudæ
Soluuntur, tardósque trahit sinus vltimus orbes.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atque notis longam maculosus grandibus aluum:
Qui dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent vdo terra, ac pluuialibus Austris,
Stagna colit, ripisq; habitans hic piscibus atram
Improbus* ingluuiem, ranisq; loquacibus explet. quia non facilè satiatur.
Postquàm exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt,
Exsilit in siccum, & flamantia lumina torquens
Sæuit agris, asperque siti, atque exterritus æstu.
Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Cùm positis nouus exuuiis, nitidusq; iuuenta
Volutur, aut catulos tectis, aut ouа relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
Morborum quoque te causas, & signa docebo.
* Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber ab effectu.
Altiùs ad viuum persedit, & horrida cano nam corpora reddit turpia.
Bruma gelu: vel cùm tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.
* Dulcibus iccirco fluuiis pecus omne magistri falsa enim aqua magis prurigiuem creat.
Perfundunt, vdisq; aries in gurgite villus
Mersatur, missúsque secundo defluit amni:
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, viuaque sulfura,
* Idæásque pices, & pingues vnguine ceras, liquidas, quæ in Ida Phrygiæ monte nascuntur.
Scillámque, elleborosq; graues, nigrúmque bitumen.
Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum

Vlceris

Vlceris os. alitur vitium, viuitq; tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet omnia poscens.
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cùm furit, atque artus depascitur arida febris:
febrem. *Profuit incensos * æstus auertere, & inter*
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
populi Scythiarum. ** Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,*
Cùm fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quam procul aut molli succedere sæpius umbræ
Videris, aut summas carpentem ignauus herbas,
Extremámque sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti:
Continuò culpam ferro compesce priùs, quàm
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Non tam creber agens hiemem ruit æquore turbo,
Quàm multæ pecudum pestes. nec singula morbi
loca potius pro animalibus. *Corpora corripiunt: sed tota * æstiua repentè,*
Spemq; gregemq; simul, cunctámq; ab origine gentem.
Tum sciat aërias Alpeis, & Norica si quis
Castella in tumulis, & lapidis arua Timaui,
Nunc quoque pòst tantò videat, desertáque regna
Pastorum, & longè saltus, latéque vacanteis.
Heic quondam morbo cæli miseranda coorta est
Tempestas, totóque autumni incanduit æstu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
Corrupitq; lacus: infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
humor sordidus. *Rursus abundabat fluidus * liquor, omniáque in se*
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.

Sæpè

Sæpè in honore deûm medio stans hostia ad aram,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta;
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
Aut si quam ferro mactaverat * antè sacerdos, præveniens eius mortem.
Inde neque impositis ardent altaria fibris;
Nec responsa potest consultus reddere vates:
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summáque ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulcem animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus * blandis rabies venit, & quatit ægros vel blândis canibus nascitur pestilêtia.
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
Labitur infelix studiorum, atque immemor herba
Victor equus, fontemque avertitur, & pede terram
Crebrà ferit: demissæ aures: incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu cœpit crudescere morbus,
Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis, imáque longo
Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, & * obsessas fauces premit aspera lingua. clausas. asperam verò linguam dicit ob siccitatem.
Profuit inserto latices infundere cornu
Lenæos: ea visa salus morientibus una.
Mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refecti
Ardebant, ipsique suos, iam morte sub ægra
(Di meliora piis, erroremque hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremósque ciet gemitus. it tristis arator,

Maren-

Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbræ altorum nemorum, non mollia possunt
in Aui desiderium illicere. *Prata* mouere animum, non qui per saxa volutus*
Purior electro campum petit amnis. at ima
Soluuntur latera, atque oculos stupor vrget inertes,
Ad terrámque fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues? at qui non Maßica Bacchi
Munera, non illo epulæ nocuere repostæ:
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ.
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres:
Tempore non alio dicunt regionibus illis
bobus egregiis. *Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & * vrbi*
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo agrè tristis terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges, montesq; per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Insidiatur. *Nec gregibus* nocturnus obambulat: acrior illum*
Cura domat. timidi damæ, ceruiq; fugaces
Nunc intérque canes, & circum tecta vagantur.
Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum
Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
quasi timetes marinam pestilentiam. *Proluit: insolitæ* fugiunt in flumina phocæ.*
Interit & curuis frustrà defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis adstantibus hydri.
Ipsis est aër auibus non æquus, & illæ
Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.
Pratereà iam nec mutari pabula refert,
Quæsitaq; nocent artes: cessere magistri

Philly-

Phillyrides * Cheiron, Amyclæonúsque Melampus. medicinæ inuentor, Saturni, & Phillyræ filius.
Sauit & in lucem Stygijs emissa tenebris
Pallida Tisiphone, morbos agit antè, metúmque,
Inq; dies auidum surgens caput altius effert.
Balatum pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentésque sonant ripæ, collésque supini.
Iámque cateruatim dat strágem, atque aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo:
Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt.
Nam neque erat * coriis usus: nec uiscera quisquam quippe morbo putrefactis.
Aut undis abolere potest, aut uincere flamma:
Nec tondere quidem morbo, illuuiéque pereſa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verùm etiam inuisos si quis tentarat amictus:
Ardentes * papulæ, atque immundus olentia sudor carbunculi.
Membra sequebatur: nec longo deinde morantí
Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIB. IIII.

ARGVMENTVM.

Quartus liber apum curam, mellificiúque rationem habet.

PROTINVS * aërij mellis cælestia dona nam mel ex rore colligitur, qui ex aëre defluit, unde est; cælestia dona.
Exsequar. hanc etiam Mæcenas adspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimósque duces, totiusque ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.
In tenui labor: at tenuis non gloria; si quem
Numina læua sinunt, auditq; vocatus Apollo.
Principiò sedes apibus, statióque petenda:
Quò neque sit uentis aditus (nam pabula uentí

lasciui, exultantes.

Ferre domum prohibent) neque oues, hedíq; * petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropésque, aliáq; volucres,
Et manibus Procne pectus signata cruentis.
Omnia nam latè vastant, ipsásque volantes

pullis crudelibus, qui apũ morte nũtriuntur.

Ore ferunt, dulcem * nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus,
Palmáque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret.
Vt cùm prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludétque fauis emissa iuuentus:
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiáque hospitijs teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,
Transuersas salices, & grandia conice saxa:
Pontibus vt crebris possint consistere, & alas

tardè remeantes ex pascuis.

Pandere ad æstiuum Solem, si fortè * morantes
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus.
Hæc circum casia virides, & olentia latè
Serpylla, & * grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat, irriguúmque bibant violaria fontem.
Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint alueatia vimine texta,
Angustos habeant aditus, nam frigore mella
Cogit hiems, eadémque calor liquefacta remittit.

tàm caloris, quàm frigoris.

* Vtraque vis apibus pariter metuenda: neque illæ
Nequiquam in tecta cerea
Spiramenta linunt, fucóque & floribus oras
Explent, collectúmque hæc ipsa ad * munera gluten,
Et viscum, & Phrygiæ seruant pice lentius Idæ.

officia coangustandarum cauernarum.

Sæpe

Sæpe etiam effossis, si vera est fama, latebris,
Sub terra fodere Larem, penitúsque repertæ
Pumicibúsque cauis, exesæq; arboris antro.
Tu tamen è leui rimosa cubilia limo
Vnge, fouens circùm, & raras super iniice frondeis.
Neu propiùs tectis * taxum sine, néve rubenteis
Vre focò cancros, altæ neu crede paludi:
Aut vbi oder cœm grauis, aut vbi concaua pulsu
Saxa sonant, vocisq; offensa resultat imago.
Quod supereſt, vbi pulsam hiemem Sol aureus egit
Sub terras, cælúmque æstiua luce reclusit:
Illæ continuò saltus, siluásque peragrant,
Purpureóque metunt flores, & flumina libant
Summa leues. hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidósque fouent: hinc arte recenteis
Excudunt ceras, & mella * tenacia fingunt.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cæli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
Obscurámque trahi vento mirabere nubem;
Contemplator: aquas dulceis, & frondea semper
Tecta petunt. huc tu iussos adsperge sapores,
Trita meliphylla, & cerinthæ * ignobile gramen:
Tinnitúsque cie, & matris quate cymbala circùm.
Ipsæ considunt medicatis sedibus: ipsæ
Intima * more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpè duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuóque animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præsentiscere: namque morantem
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coëunt, pennisq; coruscant,

venenatam arborem, è qua mel pessimum gignitur. in Bucolicis: Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

quia, fauis interris, mel tamen inde non funditur.

ob copiam. vbique enim nascitur.

naturali ratione, cuius causa latet. quis enim nouit, cur æris sono redeant in alueria?

Spiculáque exacuunt rostris, aptantq́ lacertos,
Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnusq́ vocant clamoribus hostem.
*Ergo vbi ver nactæ sudum, * campósque patenteis;*
Erumpunt portis, concurritur, æthere in alto
Fit sonitus, magnum mistæ glomerantur in orbem,
Præcipitésque cadunt. non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingenteis animos angusto in pectore versant:
Vsque adeò obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit.
Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta
** Pulueris exigui iactu compressa quiescent.*
Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambo;
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squalentibus ardens:
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter
Desidia, latámque trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.
Namque aliæ turpes horrent: ceu puluere ab alto
Cùm venit, & sicco terram spuit ore viator
Aridus. elucent aliæ, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles: hinc cæli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantùm dulcia, quantùm
*Et liquida, & durum Bacchi * domitura saporem.*
At cùm incerta volant, cælóque examina ludunt,
Contemnuntq́ fauos, & frigida tecta relinquunt:
Instabileis animos ludo prohibebis inani.

aërem purum & liquidum, non nubibus clausum.

viso enim puluere, tempestatem futuram, plurimum eis nocentem, timent.

ad mella procreanda, quia maiores vina asperrima mellis dulcedine temperabant.

Nec

Nec magnus prohibere labor. tu regibus alas
Eripe, non illu quisquam cunctantibus altum
Irè iter, aut castris audebit vellere signa.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum, atque auium, cum falce saligna
** Hellespontiaci seruet tutela Priapi.* Lampsaci natus, quæ ciuitas est in Hellesponto.
Ipse thymum, pinósque ferens de montibus altis,
Tecta serat latè circum, cui talia curæ:
Ipse labore manum duro terat: ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbreis.
Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem aduertere proram:
Forsitan, & pingueis hortos quæ cura colendi
*Ornaret, canerem, biferiq; rosaria * Pæsti,* oppidum est Campaniæ, in quo bis in anno rosa nascitur.
Quóque modo potis gauderent intuba riuis,
Et virides apio ripæ, tortúsque per herbam
Cresceret in ventrem cucumis: nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi,
Pallentésque ederas, & amantes litora myrtos.
Namque sub Oebalis memini me turribus altis,
Quà piger humectat flauentia culta Galesus,
*Corycium vidisse senem: cui pauca * relicti* deserti, atque contempti.
Iugera ruris erant. nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
Hæc rarum tamen in dumis olus, albáque circùm
Lilia, verbenásque premens, vescúmque papauer,
*Regum æquabat opes * animis; seráque reuertens* non potestate: quia regū more cibis nō comparatis vtebantur.
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemtis.
Primus vere rosam, atque autumno carpere poma,
Et cùm tristis hiems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum;
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,

Æstatem increpitans seram, Zephyrósq; morantem.
Ergo apibus fetus idem, atque examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella fauis: illi tiliæ, atque vberrima pinus:
Quóisque in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
pro trāstulit. Ille etiam seras in versum * distulit vlmos,
Edurámque pyrum, & spinos iam pruna ferentes,
Iamq; ministrantem platanum potantibus vmbram.
angustis, vt lib. 5. Spatioque subit Sergestus iniquo. Verùm hæc ipse equidem spatiis exclusis * iniquis
Prætereo, atque alius pòst commemoranda relinquo.
Nunc agè, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ,
Dictæo cæli regem pauêre sub antro.
Solæ communis gnatos, consortia tecta
immutabilibus. Vrbis habent, * magnúq; agitant sub legibus æuum:
Et patriam solæ, & certos nouere Penates:
Venturæq; hiemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.
Namque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
humorem. alluit ad fabulam: quia Narcissus puer in florem cit cōuersus. Narcissi * lacrymam, & lentum de cortice gluten,
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ, spem gentis, adultos
Educunt fetus: aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti:
Inq; vicem speculantur aquas, & nubila cæli:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.

Ac

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis*
Cùm properant; alij taurinis follibus auras
Accipiunt, reddunt q3: alij stridentia tingunt
Æra lacu: gemit impositu incudibus Ætna:
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versant q3 tenaci forcipe ferrum.
Non aliter, si parua licet componere magnis,
* *Cecropias innatus apes amor vrget habendi,*
Munere quamque suo. grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiam q3, crocúmque rubentem,
*Et pinguem tiliam, & * ferrugineos hyacinthos:*
Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.
Mane ruunt portis: nusquam mora: rursus, eædem
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, missant q3 oras, & limina circum.
Pòst, vbi iam thalamis se composuere, siletur
*In noctem, fessósque sopor * suus occupat artus.*
Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt
Longiùs, aut credant cælo, aduentantibus Eurис:
Sed circùm tutæ sub mœnibus vrbis aquantur,
Excursúsque breues tentant, & sæpè lapillos,
*Vt cymbæ * instabiles fluctu iactante saburram,*
Tollunt: his sese per inania nubila librant.
Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fetus nixibus edunt:
Verùm ipsæ foliis gnatos, & suauibus herbis
Ore legunt; ipsæ regem, paruósque quirites

apum festinatione ostendit comparatione Cyclopum.

Athenienses à Cecrope, Atticæ rege, vbi mella nascuntur optima.

nigri coloris.

ipsis aptus: vt illud suprà.

fluctuantes.

nl, refigunt, pro figunt.
Sufficiunt, aulásque, & cerea regna * refingunt.
Sapè etiam, auru errando in cotibus, alas

onere.
Attriuere, vtróque animam sub * fascie dedêre.
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angusti terminus aui
Excipiat: (neque enim plus septima ducitur aestas)

semper enim altis aliæ succedunt.
At genus * immortale manet, multósque per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.
Prætereà regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant. rege incolumi, mens omnibus vna est:
Amisso, rupere fidem; constructáque mella

mellis colligendi tam studiosæ.
Diripuere * ipsæ, & crates soluêre fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circumstant fremitu denso, stipantq; frequentes;
Et sæpè attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulcrámque petunt per vulnera mortem.
His quidam signis, atque hac exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus

diuinos spiritus.
* Ætherios dixere. deum namque ire per omneis
Terrásque, tractúsque maris, cælúmque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenueis nascentem arcessere vitas.

dissolui, & redire ad originem suam.
Scilicet * huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum: sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto succedere cælo:

quasi maiestatis plenam. augustũ enim propriè tectũ est augurio consecratum.
Si quando sedem * augustam, seruatáque mella
Thesauris relines; prius haustus sparsus aquarum
Ore foue, fumósque manu prætende sequaces.
Bis grauidos cogunt fetus, duo tempora messu,
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amneis:

Aut

Aut eadem fidus fugiens vbi piſcis aquoſi
Triſtior hibernas cælo deſcendit in vndas.
Illis ira modum ſupra eſt, læſæq; venenum
Morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt*
Affixæ venis, animáſque in volnere ponunt.*
Sin duram metues hiemem, parcéſque futuro,
Contuſóſque animos, & res miſerabere fractas:
At ſuffire thymo, cerásque recidere inanes
Quis dubitet? nam ſæpè fauos ignotus adedit
Stellio, lucifugis congeſta cubilia blattis:*
Immundæq; ſedens aliena ad pabula fucus,
Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis;
Aut durum tineæ genus, aut inuiſa Mineruæ*
In foribus laxos ſuſpendit aranea cæſſeis.
Quo magis exhauſta fuerint, hoc acriùs omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas,
Complebuntq; foros, & floribus horrea texent.
Si verò (quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo:
Quod iam non dubiis poteris cognoſcere ſignis.
Continùo eſt ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tecti, & triſtia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæq; fame, & contracto frigore pigræ.
Tum ſonus auditur grauior, tractimq; ſuſurrant:
Frigidus vt quondam ſiluis immurmurat Auſter:*
Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis:
Æſtuat vt clauſis rapidus fornacibus ignis.
Heic iam galbaneos ſuadebo incendere odores,
Melláque arundineis inferre canalibus, vltrò

breuia) quæ poſſunt latere.
* volnera.

per noctem vagantibus.
* Stellio, &

quia puella Lydia, Mineruam lanificio prouocare auſa, in hoc animal ab ea cõuerſa eſt.

tres comparationes ſingulis complexus eſt verſibus, quas Homerbinus.

Hortantem, & feſſas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem,
Arentéſq; roſas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel pſythia paſſos de vite racemos,
Cecropiúmque thymum, & grauè olentia centaurea. 270
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
*Namque * vno ingentem tollit de cæſpite ſiluam,*
Aureus ipſe: ſed in foliis, quæ plurima circùm
*Funduntur, viola * ſublucet purpura nigra.* 275
Sæpè deûm nexis ornata torquibus ærea,
Aſper in ore ſapor, tonſis in vallibus illum
*Paſtores, & curua legunt prope flumina * Mella.*
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaq; in foribus plenis appone canistris. 280
Sed ſi quem proles ſubitò defecerit omnis,
Nec genus vnde nouæ ſtirpis reuocetur, habebit:
Tempus & Arcadij memoranda inuenta magiſtri
Pandere, quóque modo cæſis iam ſæpè iuuencis
Inſincerus apes tulerit cruor. altiùs omnem 285
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam quà Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
*Et circum pictis vehitur ſua rura * faſelis:*
Quaq; pharetrata vicinia Perſidis vrget, 290
Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena,
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora,
Vſque coloratis amnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.
Exiguus primùm, atque ipſos contractus ad vſus 295
Eligitur locus; hunc angusliq; imbrice tecti,
Parietibúſque premunt arctis, & quatuor addunt,

Quatuor

in viriditate foliorum.

fluuius Galliæ. vnde amello dictus flos, quia plurimus ibi nascitur.

breuibus nauigiis, quibus vtuntur cùm stagnauerit Nilus.

Quatuor à ventis obliqua luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic gemina nares, & spiritus oris
** Multa reluctanti obstruitur, plagisq; peremto* — pro multum. sic lib. 3. Multa gemens ignominiam.
Tunsa per integram solauntur viscera pellem.
Sic posita in clauso linquunt, & ramea costis
Subiciunt fragmenta, thymum, casiasq; recentes.
Hoc geritur, Zephyris primùm impellentibus vndas,
Antè nouis rubeant quam prata coloribus, antè
Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Æstuat, & visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primò, mox & stridentia pinnis
** Miscentur, tenuémque magis, magis aëra * carpunt:* — interse conueniunt pinnarũ leuitate. * captant:
Donec, vt asliuis effusus nubibus imber
Erupere; aut vt neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.
Quis deus hanc, Musa, quis nobis extudit artem?
*Vnde * noua ingressus hominum experientia cepit?* — nullo enim docente, ars per vsum reperta.
Pastor Aristæus fugiens Penëia Tempe,
Amissis, vt fama, apibus morbóque famémque,
Tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis,
Multa querens, atque hac affatus voce parentem:
*Mater Cyrene, mater, quæ * gurgitis huius* — Penei fluminis.
Ima tenes, quid me præclara stirpe deorum,
Si modò, quem perhibes, pater est Thymbræus Apollo,
** Inuisum fatis genuisti? aut quò tibi nostri* — Homerus in Iliad. 8.
Pulsus amor? quid me cælum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum & pecudum custodia sollers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
*Quin agè, & ipsa manu * felices erue siluas,* — fertiles.

Fer

Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes:
Vre sata, & validam in viteis molire bipennem:
Tanta mea si te ceperunt tadia laudis.
Homerus in Iliad. 20.
At * mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit; eam circum Milesia vellera nymphæ
largo, copioso. ex 6. Iliad. & Theog. Hesiod.
Carpebant, hyali * saturo fucata colore,
* Drymóque, Xanthóque, Ligeáque, Phyllodocéque,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla:
Nesæe, Speió que, Thaleiáque, Cymodocéque,
Cydippéque, & flava Lycoria: altera virgo,
Altera tum primos Eucrne experta labores:
Cleióque & Beroë soror, Oceanitides ambæ,
venantiũ habitu. venatrices enim nymphæ multæ.
Ambæ auro, pictis * incinctæ pellibus ambæ,
Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopeia:
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Volcani, Martisq; dolos, & dulcia furta,
Atque Chaos densos diuûm numerabat amores.
Carmine quo capta, dum fusis mollia pensa
Deuoluunt, iterum maternæ impulit aureis
Luctus Aristæi, vitreisq; sedilibus omnes
Obstupuere: sed ante alias Arethusa sorores
quia fons Arethusæ dulcis fluentia inter medios habet fluctus.
Prospiciens, summa flauum caput * extulit vnda,
Et procul: ô gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror, ipse tibi, tua maxima cura,
Tristis Aristæus Penei genitoris ad vndam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.
al. percussa.
Huic * percussa noua mentem formidine mater,
Duc agè, duc ad nos; fas illi limina diuûm
Homerus in Iliad. 264.
Tangere, ait: * simul alta iubet discedere latè
Flumina, quà inuenis gressus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circumstetit vnda.

Accepit q̃

Accepitq́; sinu vasto, misitq́; sub amnem.
Iámque domum mirans genitricis, & humida regna,
*Speluncisq́; * lacus clausos, lucósque sonanteis,* qui sunt fontium, & fluuiorum receptacula.
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis, Phasimq́;, Lycúmque,
Et caput, vnde altus primùm se erumpit Enipeùs,
Vnde pater Tiberinus, & vnde Aniena fluenta,
Saxosúmque sonans Hypanis, Mysúsque Caicus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta
*In mare * purpureum violentior influit amnis.* nigrum, ex altitudine scilicet.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & gnati fletus cognouit inaneis
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fonteis
Germanæ, tonsisq́; ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula: Panchæis adolescunt ignibus aræ.
*Et mater, Cape Mæonij * carchesia Bacchi,* poculorum genera.
Oceano libemus, ait. simul ipsa precatur
Oceanúmque patrem rerum, nymphásque sorores,
Centum quæ siluas, centum quæ flumina seruant.
*Ter liquido ardentem * perfudit nectare Vestam:* Vinum purissimum in ignē infudit.
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit:
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa:
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
*Cæruleus Proteùs, magnum qui * piscibus æquor* di[illegible]erim marini, prima parte equi sunt, postrema pisces.
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriámque reuisit
Pallenen: hunc & nymphæ veneramur, & ipse
*Grandæuus Nereùs. * nouit namque omnia vates,* Homerus in Iliad. α.
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Quippe

magnas: vt, cui turpe caput.

Quippe ita Neptano visum est: immania cuius
Armenta, & * turpeis pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi ignate priùs vinclis capiendus, vt omnem

quæritur enim ab oraculis causa mali, & remedium.

Expediat morbi * causſam, * euentúsque secundet.
Nam sine vi non vlla dabit præcepta: neque illum
Orando flectes: vim duram, & vincula capto
Tende: doli circùm hæc demum frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios cùm Sol accenderit æstus,
Cùm sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam, quò fessus ab vndis
Se recipit: facilè vt somno aggrediare iacentem.
Verùm vbi correptum manibus, vinclisq; tenebis:
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.

pro igne.

Fiet enim subitò sus horridus, * atráque tigris,
Squamoſúsque draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flamæ sonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omneis,
Tanto gnate magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cùm lumina somno.

vsus enim, vt ad videndū numen fieret idoneus.

Hæc ait, & liquidum ambrosiæ * diffudit odorem:
Quo totum gnati corpus perduxit. at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura,
Atque habilis membris venit vigor. * est specus ingens
Exesi latere in montis, quò plurima vento
Cogitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos:

periclitantibus.

* Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
Heic iuuenem in latebris auersum à lumine Nympha
Collocat: ipsa procul nebulis obscura resistit.

stella in ore Canis.

Iam rapidus torrens sitientes * Sirius Indos

Ardebat

Ardebat cælo: & medium Sol igneus orbem
*Hauserat: arebant herbæ, & * caua flumina siccis* alta. Lucan. Deseruere cauo tentoria fixa Lemano.
Faucibus ad limum radij tepefacta toquebant:
Cùm Proteùs consueta petens è fluctibus antra
Ibat: eum vasti circum gens humida Ponti
Exsultans, rorem latè dispergit amarum.
Sternunt se somno diuersæ in litore phocæ:
Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditúq; lupos acuunt balatibus agni,
Considit scopulo medius, numerúmque recenset:
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas;
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicúq; iacentem
Occupat. ille suæ contrà non immemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemq;, horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem.
Verùm, vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
In sese redit, atque hominis tandem ore locutus:
** Nam quis te iuuenum confidentissime nostras* pro, quisnam.
Iussit adire domos? quidve hinc petis? inquit. at ille,
Scis Proteù, scis ipse; neque est te fallere cuiquam: Homerus in Iliad. 9.
Sed tu desine velle. deûm præcepta secuti
Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus, ad hæc vates vi denique multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens, sic fatis ora resoluit:
** Non te * nullius exercent numinis iræ.* non humilis, sed magni.
Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus
Haud quaquam ob meritum pœnas, ni fata resistant,
Suscitat, & rapta grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps;

Imma-

Immanem ante pedes hydrum moritura puella,
Seruantem ripas alta non vidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes: flerunt Rhodopeïa arces,
ex persona poëtæ. nam postea Rhesus eam regionem tenuit.
*Altáque Pangæa, & * Rhesi Mauortia tellus,*
Atque Geta, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.
Ipse caua solans ægrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in litore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.
Tænarus Laconiæ promontorium circa finem Maleæ, vbi ad inferos descensus esse dicitur.
* *Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,*
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, Manesq; adiit, regémque tremendum,
Nescíaque humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commota Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulacráque luce carentum:
Quàm multa in siluis auium se millia condunt,
Vesper vbi, aut hibernus agit de montibus imber:
Matres, atque viri, defunctáque corpora vita
Magnanimûm heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quos circum limus niger, & deformis arundo
* inamabilis
*Cocyti, tardaq; palus * inamabilis vnda*
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.
Quin ipsæ stupuere domus, atque intima Lethi
inuolutæ, implicitæ. al. impexæ.
*Tartara, cæruleóque * implexa crinibus angues*
Eumenides, tenuitq; inhians tria Cerberus ora,
cum vento intellige.
*Atque Ixionei * vento rota constitit orbis.*
Iamq; pedem referens, casus euaserat omnes,
Redditaq; Eurydice superas veniebat ad auras,
Ponè sequens (namq; hanc dederat Proserpina legem)
Cùm subita incautum dementia cepit amantem,
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.

Restitit,

Restitit, Eurydicénque suam iam luce sub ipsa
Immemor, heu, victusque animi, respexit. ibi omnis vt illud, ὃ præstans animi.
Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
Fœdera, terque fragor stagnis audītus Auerni.
Illa, Quis & me, inquit, miseram, & te perdidit, Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata vocant, conditq; natantia lumina somnus.
Iámque vale: feror ingenti circumdata nocte,
* Inualidásque tibi tendens, heu, non tua, palmas. in vmbræ tenuitatem redactas.
Dixit, & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
Commixtus tenuis, fugit diuersa: neque illum
Prensantem nequicquam Vmbras, & multa volentem
Dicere præterea, vidit: nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu Manes, qua numina voce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent * ex ordine menses, sine intermissione.
Rupe sub aëria, deserti ad Strymonis vndam
Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens * philomela sub vmbra pro quauis aue, species pro genere.
Amissos queritur fetus; quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca questibus implet.
Nulla Venus, nullique animum flexere Hymenæi:
Solus Hyperboreas glacies, Tanaimq; nivalem,
Arváque Rhipæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicen, atque irrita Ditis
Dona querens. spretæ Ciconum quo * munere matres nuptiosæ.
Inter sacra deûm, nocturnique Orgia Bacchi,

Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.

pulcra, candida. *Tum quoque * marmorea caput à ceruice reuulsum,*
Gargite cùm medio portans, Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipsa, & frigida lingua,
Ah, miseram Eurydicen anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
Hæc Proteus, & se iactu dedit æquor in altum,
Quáque dedit, spumantem vndam sub vertice torsit.

libaudi, territa est. *At non * Cyrene. namque vltrò affata timentem:*
Gnate, licet tristeis animo deponere curas.
Hæc omnis morbi caussa: hinc miserabile nympha,
Cum quibus illa choros lucu agitabat in altis,
Exitium misèr apibus: tu munera supplex

exorabiles, ad ignoscendum paratas. *Tende, petens pacem, & * facileis venerare Napæas.*
Namque dabunt veniam votis, irásque remittent.
Sed modus orandi qui sit, priùs ordine dicam.
Quatuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,

indomita. *Delige, & * intacta totidem ceruice iuuencas.*
Quatuor his aras alta ad delubra dearum
Constitue, & sacrum iugulis demitte cruorem,
Corporáque ipsa boum frondoso desere luco.
Pòst, vbi nona suos Aurora ostenderit ortus,
Inferias Orpheî Lethæa papauera mittes,

hypallage, pro veneratæ placabis. *Placatam Eurydicen vitula * venerabere cæsa,*
Et nigram mactabis ouem, lucúmque reuises.
Haud mora: continuò matris præcepta facessit,
Ad delubra venit, monstratas excitat aras,
Quatuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Pòst, vbi nona suos Aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucúmque reuisit.

Heic

Hîc verò subitum, ac dictu mirabile monstrum
Adspiciunt: liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes vtero, & ruptis effluere costis,
Immensasque trahi nubes: iámque arbore summa
*Confluere, & lentis * yuam demittere ramis.* in morē vuæ defluere.
Hæc super aruorum cultu, pecorúmque canebam,
Et super arboribus: Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victórque volentes
*Per populos dat iura, viámque affectat * Olympo.* præparat sibi diuinos honores.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti:
** Carmina qui lusi pastorum, audáxque iuuenta,* scripsit enim Bucolica, vt ait Seruius, natus annos 18.
Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

FINIS GEORGICON.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. I.

ARGVMENTVM.

Duplex est Æneidos Argumentum: Bella Æneæ, & nauigatio. Per nauigationem ciuilis vitæ & priuatæ exemplum exhibet. Bellis adumbrat heroum vitam.

ILLE ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus siluis, vicina coëgi
Vt quamuis auido parêrent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
* Arma virúmque cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lauiníque venit
Litora: multùm ille & terris iactatus, & alto,
Vi superûm, sæuæ memorem Iunonis ob iram:
Multa quoque & bello passus, dum conderet vrbem,
Inferrétque deos Latio: genus vnde Latinum,
Albaníq; patres, atque altæ mœnia Romæ.
Musa mihi causas memora, quo numine læso,
Quidve dolens regina deûm, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tòt adire labores
Impulerit. tantæne animis cælestibus iræ?
Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tiberináque longè
Ostia, diues opum, studiúq; asperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
* Posthabita coluisse Samo. hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus esse,
Si quà fata sinant, iam tum tenditq; fouétque.
Progeniem

ὕστερον πρότερον, ad Homeri exemplum, primùm enim de erroribus Aeneæ, deinde de bello in Italia gesto scripsit.

non contempta, sed in secundis habita.

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc populum latè regem, bellóque superbum
*Venturum excidio Libyæ: sic * voluere Parcas.*
Id metuens, veteriśq; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis:
Nec dum etiam causſæ irarum, sæuíq; dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ,
*Et genus inuisum, & rapti Ganymedis * honores.*
His accensa super, iactatos æquore toto
Troas, reliquias Danaûm, atque immitis Achillei,
Arcebat longè Latio: multósque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant:
Cùm Iuno æternum seruans sub pectore vulnus,
Hæc secum: Méne incepto desistere victam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallásne exurere classem
Argiuûm, atque ipsos potuit submergere Ponto,
Vnius ob noxam, & Furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitq; rates, euertitq; æquora ventis:
Illum exspirantem transfixo pectore flamas
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto.
*At ego, quæ diuûm incedo * regina, Iouisq;*
Et soror, & coniux, vna cum gente tot annos
Bella gero. & quisquam numen Iunonis adoret
** Præterea? aut supplex aris imponat honorem?*
Talia flamato secum dea corde volutans,

vna enim loquitur, altera scribit, tertia fila deducit.

Homerus in Iliad. 263.

ob ministerium poculorum, ad quod receptus est, remota Hebe, Iúnonis filia.

de vna loquitur Aiacis naue: sed totum pro parte ad inuidiam potuit.

Homerus in Iliad. 39.

id est, postea: vt alibi quoque.

plena, grauida. *Nimborum in patriam, loca* feta furentibus Austris,
Æoliam venit. hic vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
non otiatur, sed curat. *Circum claustra fremunt. celsa* sedet Æolus arce,
Sceptra tenens, mollitq; animos, & temperat iras.
Ni faciat: maria, ac terras, cælúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantq; per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
id est, molem montis: vt alibi, Pateris libamus & auro. *Hoc metuens,* molémque, & * montes insuper altos
Imposuit, regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est:
Æole (namque tibi diuûm pater atq; hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
ergo contemnendos. *Ilium in Italiam portans* victósque Penates.
Incute vim ventis, submersásque obrue puppes,
Aut age diuersas, & disice corpora Ponto.
Homerus in Il. 94. 156. * *Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ:*
Quarum, quæ forma pulcerrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriámque dicabo:
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulcra faciat te prole parentem.
Æolus hæc contrà: tuus ô regina quid optes
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.
motus enim aëris, i. Iunonis, ventos creat, quibus præest Æolus. *Tu mihi quodcumque* hoc regni, tu sceptra, Iouemq;
Concilias, tu das epulis accumbere diuûm,
Nimborúmque facis, tempestatúmque potentem.
Homerus Od. 46. *Hæc vbi dicta,* cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto,

Quà

Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuere mari, totúmque à sedibus imis
Vnà Eurúsque, Notusq; ruunt, creberque procellis
Africus, & vastos voluunt ad litora fluctus.
Insequitur clamórque virûm, stridórque rudentum.
Eripiunt subitò nubes cælúmque, diémque
Teucrorum ex oculis: Ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentémque viris intentant omnia mortem.
Extemplò Æneæ soluuntur frigore membra:
*Ingemit, & duplices * tendens ad sidera palmas,* Homerus Od. 46.
Talia voce refert: ô terque, quaterque beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
*Contigit oppetere: ô * Danaûm fortissime gentis* Homerus eo Od. 173.
Tydeide, mène Iliacis occumbere campis
Non potuisse, tuaq; animam hanc effundere dextra?
*Sæuus vbi * Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens* Homerus in Iliad. 129.
Sarpedon, vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virûm galeásque, & fortia corpora voluit.
Talia iactanti stridens Aquilone procella
*Velum * aduersa ferit, fluctúsque ad sidera tollit.* contrarius enim est Aquilo in Italiam euntibus.
Franguntur remi: tum prora auertit, & vndis
Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent: his vnda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.
*Treis Notus abreptas in saxa * latentia torquet:* ob tempestatem.
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras:
Dorsum immane mari summo. treis Eurus ab alto
In Breuia, & Syrtes vrget, miserabile visu,
Illidit q; vadis, atque aggere cingit arenæ.
Vnam, quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens à vertice Pontus

Homerus in Od.110. In * puppim ferit. excutitur, pronúsque magister
Voluitur in caput. asti illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circũ, & rapidus vorat æquore vortex.
Homerus Od.110. * Apparent rari nantes in gurgite vasto,
Arma virûm, tabulæq;, & Troia gaza per vndas.
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
vis venti. Vicit * hiems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt.
Interea magno misceri murmure Pontum,
Emissamq; hiemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa vadis: grauiter commotus, & alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit vnda.
Homerus in Iliad.160. Disiectam Æneæ toto * videt æquore classem,
Fluctibus oppressos Troas, cælíq; ruina.
Homerus in Iliad.12. * Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad se, Zephyrúmque vocat: dehinc talia fatur:
Tantáne vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cælum, terrámque meo sine numine venti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
sermo imperfectus. iram indicans. * Quos ego: sed motos præstat componere fluctus:
Post mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam, regiq; hæc dicite vestro:
Homerus in Iliad.263. * Non illi imperium pelagi, sæuúmque tridentem,
Sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos: illa se iactet in aula
Æolus, & clauso ventorum carcere, regnet.
Sic ait, & dicto citiùs tumida æquora placat,
Collectasq; fugat nubes, Solémque reducit.
Cymothoë simul, & Triton annixus acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti,
Et vastas aperit Syrtes, & temperat æquor,

Atque

Atque * *rotis summas leuibus perlabitur vndas.* Homerus in Iliad. 137. tempestati motum populi comparat.
Ac, veluti magno in populo cùm sæpè coorta est
Seditio, sæuitq; animus ignobile vulgus,
Iamq; faces, & saxa volant: FVROR arma ministrat:
Tum, pietate grauem, ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus adstant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquàm
*Prospiciens genitor, cæloque * inuectus aperto* vectus per aëria, cælo sereno.
Flectit equos, curruque volans dat lora secundo.
Defessi Æneadæ, quæ proxima litora, cursu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum Homerus in Od. 13.
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
*Frangitur, inq; sinus scindit sese vnda * reductos.* qui recolliguntur, & replicantur.
Hinc atque hinc vastæ rupes, geminiq; minantur
In cælum scopuli: quorum sub vertice latè
Æquora tuta silent: tum siluis scena coruscis
Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
*Intus aquæ dulces, * viuoque sedilia saxo,* naturali: vt, viuo præterruehor ostia saxo.
Nympharum domus. hic fessas non vincula naues
Vlla tenent: vnco non alligat ancora morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur Troës arena,
*Et sale * tabentes artus in litore ponunt.* madefactos adspergine.
Ac primum silici scintillam excudit Achates,
** Suscepit q; ignem foliis, atque arida circum* al. Succepit.
Nutrimenta dedit, rapuit q; in fomite flammam.
Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiaq; arma
*Expedit * fessi rerum, frugesq; receptas* inopia fatigati.

Et torrere parant flamis, & frangere saxo.
Aeneas scopulum interea conscendit, & omnem
Prospectum late pelago petit, Antea si quem
Iactatum vento videat, Phrygiasque biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauem in conspectu nullam: treis litore cernos
Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur
A tergo & longum per valles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumque manu, celeresq; sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductoresque ipsos primùm capita alta ferentes
Cornibus arboreis sternit: tum vulgus, & omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerũ cum nauib. æquet.
Hinc portum petit, & socios partitur in omnes.
Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Litore Trinacrio, dederátque abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet:
O * socij (neque enim ignari sumus antè malorum)
O passi graviora: dabit deus his quoque finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitúsque sonantes
* Accestis scopulos: vos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos, mœstúmque timorem
Mittite. forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium: sedes vbi fata quietas
Ostendunt. illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
Talia voce refert, curisq; ingentibus æger
Spem vultu simulat: premit altum corde dolorem.
Illi se præda accingunt, dapibúsque futurũ:

quia nauigantium militum est mos, puppibus arma religare: vt alibi, Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Homerus in Iliad. 23.

Homerus in Od. 10.

accesserunt enim ad scopulos, non peruenerunt, id est, pericula non tulerunt, sed propè adierunt.

Ter-

Tergora deripiunt costis, & viscera nudant:
Pars in frusta secant, verubúsque trementia figunt:
Litore aëna locant alij, flammásque ministrant.
Tum victu reuocant vires, fusíq; per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguúq; ferinæ.
** Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ,*
Amissos longo socios sermone requirunt,
Spémque metúmque inter dubij, seu viuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos.
Præcipuè pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci, fortémque Gyan, fortémque Cloanthum.
Et iam finis erat: cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare veliuolum, terrásque iacentes,
Litoráque, & latos populos, sic vertice cæli
Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
*Atque illum talis iactantem pectore * curas*
Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes
Alloquitur Venus: ô qui res hominumq;, deûmq;
Aeternis regis imperiis, & fulmine terres,
Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troës potuere? quibus tot funera passis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
*Certè hinc Romanos olim * voluentibus annis,*
Hinc fore ductores, reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Troiæ, tristesq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur. quem das finem rex magne laborum?
Antenor potuit mediis elapsus Achiuis

Illyricos

Homerus in Iliad. 10.

Homerus in Il. 10. 78. 273.

Homerus in Iliad. 78. 263. 273.

secundū Stoicos, qui deos dicunt curare mortalia.

participiū pro nomine. volubilis enim significat annos, qui voluuntur, nō voluūt: vnde illud, Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnarum, & fontem superare Timaui:
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti.
Heic tamen ille vrbem Pataui, sedésque locauit
*Teucrorum, & genti * nomen dedit, armaq; fixit*
Troïa: nunc placida compostus pace quiescit.
Nos, tua progenies, cæli quibus annuis arcem,
Nauibus, infandum, amissis vnius ob iram
Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
*Olli subridens * hominum sator, atque deorum,*
Vultu, quo cælum, tempestatésque serenat,
*Oscula * libauit gnatæ: dehinc talia fatur:*
Parce metu Cytherea: manent immota tuorum
Fata tibi: cernes vrbem, & promissa Lauini
Mœnia, sublimémque feres ad sidera cæli
Magnanimum Æneam: neque me sententia vertit.
Hic tibi (fabor enim, quando hæc te cura remordet,
Longiùs & volueus fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia, populósque feroces
*Contundet, morésque viris, & * mœnia ponet:*
Tertia dum Latio regnantem viderit æstas,
Ternáque transierint Rutulis hiberna subactis.
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos voluendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnúmque à sede Lauini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.
Heic iam tercentum totos regnabitur annos
*Gente sub * Hectorea: donec regina sacerdos*
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

quod ne victoriquidem Æneæ concedetur. Romani enim, non Troiani, dicti sunt eius posteri.

Homerus in Iliad. 55.

leuiter tetigit. osculum autem religionis, vt ait Seruius, suauium voluptatis est.

Ὕστερον πρότερον. antè enim vrbs, pòst iura conduntur. sic illud, arma, virumque cano.

Troiana. dicendum fuit, Æneia: sed pœtarum est mos, nomina ex vicino vsurpare.

Inde

Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia, Romanósque suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi: quin æspera Iuno,
Quæ mare nunc, terrásque metu, cælúmque fatigat,
*Consilia in * melius referet, mecúmque fouebit*
Romanos rerum dominos, gentémque togatam.
Sic placitum: veniet lustris labentibus ætas,
Cùm domus Assaraci Phthiam, clarásque Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.
Nascetur pulcra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, à magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim cælo, spoliis Orientis onustum,
Accipies secura: vocabitur hic quoque votis.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis:
Cana Fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt: diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum vinctus ænis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Hæc ait, & Maia genitus demittit ab alto,
Vt terra, vtq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris: ne fati nescia Dido
Finibus arceret. volat ille per æra magnum
Remigio alarum: ac Libyæ citus adstitit oris;
Et iam iussa facit. ponunt ferocia Pœni
Corda, volente deo: in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentémque benignam.
At pius Æneas per noctem plurima volues,
Vt primùm lux alma data est, exire, locósque

* quia bello Punico secundo, vt ait Ennius, Iuno placata cœpit fauere Romanis.

quia post mortem C. Cæsar meruit aram, fastigium, flaminem: vt Cicero in Philippicis. Suetonius, Plutarchus alij.

Explorare

Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras,
Homerus Od. 124. *Qui *teneant (nam inculta videt) hominéſne, feráne,*
Quærere conſtituit, ſociúſq; exacta referre.
Claſſem in conuexo nemorum, ſub rupe cauata,
pro vmbris arborum et illud, Molemque & mõtes. ** Arboribus clauſam circum, atque horrentibus vmbris*
Occulit: ipſe vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Cui mater media ſeſe tulit obuia ſilua,
Virginis os, habitúmque gerens, & virginis arma
Spartanæ: vel qualis equos Thrëiſſa fatigat
Harpalyce, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.
aptum ſenui. *Namq; humeris de more *habilem ſuſpenderat arcum*
Venatrix, dederátque comas diffundere ventis;
Nuda genu, nodóque ſinus collecta fluenteis.
Ac prior, heus, inquit, iuuenes, monſtrate mearum
Vidiſtis ſi quam hèic errantem fortè ſororum,
Homerus Od. 52. *Succinctam pharetra, & maculoſa tegmine lyncis,*
Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.
Sic Venus. at Veneris contrà ſic filius orſus:
Nulla tuarum audita mihi, neque viſa ſororum.
Homerus in Iliad. 269. *O, quam te memorem, virgo? namq; haud tibi vultus*
Mortalis, nec vox hominem ſonat: ô dea, certè,
An Phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis vna,
Sis felix, noſtrúmque leues quæcunque laborem:
ſua ſub cæli parte. *Et * quo ſub cælo tandem, quibus orbis in oris*
Iactemur, doceas. ignari hominúmque locorúmque
Erramus, vento huc, vaſtis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra.
Tunc Venus: haud equidem tali me dignor honore:
quam fecerũt Agenoridæ. Agenor autẽ rex Phœniciæ fuit. *Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram,*
Purpureóque altè ſuras vincire cothurno.
*Punica regna vides, Tyrios, & * Agenoris vrbem:*

Sed

Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens. longa est iniuria, longæ
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniux Sichæi erat, ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat
Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omneis.
Quos inter medius vênit furor. ille Sichæum
Impius ante aras, atque auri cæcus amore
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ, factúmque diu celauit, & ægram,
Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris:
* Crudelis aras, traiectáque pectora ferro
Nudauit, cæcúmque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet,
Auxiliúmque viæ, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.
His commota fugam Dido, sociósque parabat.
Conueniunt, quibus aut odium * crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naueis, quæ fortè paratæ,
Corripiunt, onerantq; auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux femina facti.
Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentémque nouæ Carthaginis arcem:
Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris,
Quóve tenetis iter? quærenti talibus ille

pię sunt aræ: sed respexit ad crudele factum Pygmalionis.

crudelis tyranni, non enim crudele, sed iustum, est odium in tyrannos.

* Suspi-

Homerus in Iliad. 9.

* Suspirans, imoque trahens à pectore vocem:
O dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annalis nostrorum audire laborum:

Homerus Od. 38.

Antè diem * clauso componet vesper Olympo.
Nos Troia antiqua, si vestras forte per aures
Troiæ nomen iit, diuersa per æquora vectos
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Æneas, raptos qui ex hoste Penates
Classe veho mecum, fama super æthera notus:

Coritũ, Tusciæ ciuitatem, vnde fuit Dardanus: qui ex Ioue natus est. ideo iutulit poeta, Genus ab Ioue summo. sic Seruius.

Italiam quæro, * patriam, & genus ab Ioue summo.
Bis denus Phrygium conscendi nauibus æquor;
Matre dea monstrante viam, data fata secutus:
Vix septem conuolsæ vndis, Euróque supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa, atque Asia pulsus. nec plura querentem
Passa Venus, medio sic interfata dolore est:
Quisquis es, haud, credo, inuisus cælestibus auras
Vitalis carpis, Tyriam qui aduenis vrbem.
Perge modò, atque hinc te reginæ ad limina perfer.
Namque tibi reduces socios, classémque relatam
Nuntio, & in tutum versis Aquilonibus actam:
Ni frustra augurium vani docuere parentes.

Cygnos nauibus, aquilam rempestati comparat.

Adspice bis senos lætantis agmine * cycnos,
Aetheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cælo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantúsque dedêre:
Haud aliter puppésque tuæ, pubésque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modò, & quà te ducit via, dirige gressum.

Homerus in Iliad. 36.

* Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit,

* Ambrosiaq;

*Ambrosiáq; comæ diuinum vertice odorem
Spirauere: pedes vestis defluxit ad imos,
Et vera incessu patuit dea. ille, vbi matrem
Agnouit, tali fugientem est voce secutus:
*Quid gnatum toties crudelis tu quoque falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur, ac veras audire, & reddere voces?
Talibus incusat, gressúmque ad mœnia tendit.
At *Venus obscura gradientes aëre sepsit:
Et *multo nebula circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Molirive moram, aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum* sublimis abit, sedésque reuisit
Læta suas, vbi templum illi, centúmque Sabæo
Thure calent aræ, sertisq; recentibus halant.
Corripuere viam interea, quà semita monstrat.
Iámque adscendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersásque adspectat desuper arces.
*Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitúmque, & strata viarum.
Instant *ardentes Tyrij: pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars optare locum tecto, & concludere sulco.
Iura, magistratusq; legunt, sanctúmque senatum.
Hæc portus alij effodiunt: hæc alta theatris
Fundamenta locant alij, immanesq; columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub Sole labor: cùm gentis adultos
Educunt fetus, aut cùm *liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt venientûm: aut, agmine facto,

Homerus in Iliad. 14.

Homerus in Iliad. 36.

Homerus Od. 56. Apol. Arg. 53. Homerus in Il. 35. 269.

diuino incessu.

Homerus in Od. 56.

festinantes.

Homerus in Iliad. 12.

sine sordibus.

pecus enim dicimus, quidquid humana lingua, & effigie caret.

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia surgunt,
Æneas ait, & fastigia suspicit vrbis.
Infert se sæptus nebula, mirabile dictu,
Per medios, miscétque viris, neque cernitur vlli.

vbicumque lucum Virgilius ponit, sequitur consecratio.

* Lucus in vrbe fuit media, lætissimus vmbræ:
Quò primùm iactati vndis, & turbine Pœni
Effodêre loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per sæcula gentem.
Hoc templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine diuæ:
Æreа cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Ære trabes: foribus cardo stridebat aënis.

secuta enim alia quoque sunt, quæ formidinem detraxere.

Hoc * primùm in luco noua res oblata timorem
Leniit: hoc primùm Aeneas sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Namque sub ingenti lustrat dum singula templo
Reginam opperiens: dum quæ fortuna sit vrbi,
Artificumq; manus inter se, operumq; laborem
Miratur: videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaque iam fama totum vulgata per orbem;
Atreidas, Priamumq;, & sæuum ambobus Achillem.
Constitit, & lacrymans, quis iã locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus: sunt hic etiam sua præmia * laudi:
Sunt lacrymæ rerum: & mentem mortalia tangunt.
Solue metus: feret hæc aliquam tibi fama salutem.
Sic ait, atque animum pictura pascit inani,
* Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.
Namque videbat, vti bellantes Pergama circum

virtuti.

Homerus in Iliad. 92. 173.

Hæc

Hàc fugerent Graij, premeret? Troiana iuuentus: Hectorem significat.
Hàc Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
* *Nec procul hinc Rhesi niueis tentoria velis* Homerus in Iliad. 12.
Agnoscit lacrymans: primo quæ prodita somno
* *Tydeides multa vastabat cæde cruentus:* duo tantùm non insitur, Diomedes, & Achilles; vt excusetur Aeneas, si ei à fortib. victus.
Ardentesq; auertit equos in castra prius, quàm
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
Fertur equis, curruque hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen: huic cervix iugo, comaq; trahuntur
Per terram, & versa pulvis inscribitur hastâ.
* *Interea ad templum non æquæ Palladis ibant* Homerus in Iliad. 69.
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant
Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis.
* *Dea a solo fixos oculos aversa tenebat.* Homerus in Iliad. 69.
* *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,* Homerus in Il. 263. 2/1.
Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.
Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt spolia, vt currus, vt ipsum corpus amici,
* *Tendentemq; manus Priamum conspexit inermeis.* Homerus in Iliad. 271.
Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis,
*Eoasque acies, & nigri * Memnonis arma.* Auroræ filij quæ ab Aethiopibus prima surgit. ideò Niger Memnon, vt in Aethiopia natus, appellatur.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisq; in millibus ardet
Aurea subnectens exserta cingula mamma
Bellatrix, audétque viris concurrere virgo.
Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur,
Dum stupet, obtutúque hæret defixus in vno:
Regina ad templum forma pulcerrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.
* *Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi* Homerus Od. 5.

finitus numerus pro infinito.

Exercet Diana choros: quam * mille secuta
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades. illa pharetram
Fert humero, gradiensq; deas supereminet omneis:
Latona tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido: talem se læta ferebat
Per medios, instans operi, regnisq; futuris.

camera incurua, ad imaginem cæli referendâ, quod conexum est.

Tum foribus diuæ, media * testudine templi
Septa armis, solióque altè subnixa resedit.
Iura dabat, legésque viris, operumq; laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat:
Cùm subitò Aeneas concursu accedere magno
Anthea, Sergestumq; videt, fortémque Cloanthum
Teucrorúmque alios: ater quos æquore turbo
* Dispulerat, penitusq; alias aduexerat oras:
Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates:

dissecerat, segregauerat.

Lætitia ob socios liberatos, metu ob concursum Pœnorum.

* Lætitiáque, metuq; auidi coniungere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Dissimulant; & nube cauâ speculantur amicti,
Quæ fortuna viris: classem quo litore linquant:
Quid veniant cuncti. nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.
Postquàm introgressi, & coram data copia fandi:
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit:

blanditur: ex * laude benoleutiam captet.

O * regina, nouam cui condere Iupiter vrbem,
Iustitiáque dedit gentes frenare superbas:
Troës te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes,
Parce pio generi, & propiùs res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare Penates
Venimus, aut raptas ad litora vertere prædas:
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Græi cognomine dicunt,

Terra

Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:
O Enotrî coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Hoc cursus fuit.
Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus Orion
*In vada cæca tulit, penitusq; * procacibus Austris,* obstinatè vrgentibus.
Pérque vndas, superante salo, pérque inuia saxa
Dispulit: huc pauci vestris adnauimus oris.
Quod genus hoc hominũ, quáue hũc tam barbara mo-
Permittit patriæ? hospitio prohibemur arenæ: (rem
*Bella cient, * primáque vetant consistere terra.* litore.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At sperate deos memores fandi, atque nefandi.
Rex erat Aeneas nobis: quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem si fata virum seruant, si vescitur aura
Ætheria, nec adhuc crudelibus occubat Vmbris:
Non metus, officio nec te certasse priorem
Pœniteat. sunt & Siculis regionibus vrbes,
Armáque, Troianóque à sanguine clarus Acestes.
*Quassatam ventis liceat * subducere classem,* in terram trahere. deducere autẽ, est in mare mittere. vt, Deducunt naues socij.
Et siluis aptare trabes, & stringere remos:
Si datur Italiam, sociis & rege recepto,
Tendere, vt Italiam læti, Latiumq; petamus.
Sin absumta salus, & te pater optime Teucrûm
Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iuli:
At freta Sicaniæ saltem, sedésque paratas,
Vnde huc aduecti, Regémque petamus Acesten.
*Talibus Ilioneus: cuncti simul ore * fremebant* consentiebãt.
Dardanidæ.
*Tum breuiter Dido, vultum * demissa profatur.* poëtica figura vt, illud, Oculos suffusa nitentes.
Soluite corde metum Teucri: secludite curas.

Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines custode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Troiæ nesciat vrbem?
Virtutésque, virósque, aut tanta incendia belli?
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni:
Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe.
Seu vos Hesperiam magnam, Saturniáque arua,
Siue Erycis fines, Regemque optatis Acestes:
Auxilio tutos dimittam, opibúsque iuuabo.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Vrbem quam statuo: vestra est: subducite nauis.
regetur. Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine * agetur.
Atque vtinam rex ipse Noto compulsus eodem
qui hoc vnum agant, vt Aeneam inueniant. Afforet Aeneas. equidem per litora * certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo:
Si quibus eiectus siluis, aut vrbibus errat.
His animum arrecti dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iam dudum erumpere nubem
Ardebant. prior Aeneam compellat Achates:
Homerus in Iliad. 220. Nate dea, quæ nunc animo sententia surgit?
Omnia tuta vides, classem, sociósque receptos.
Vnus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi
Submersum: dictis respondent cetera matris.
Vix ea fatus erat, cum circumfusa repentè
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Restitit Æneas, claráque in luce refulsit,
Homerus in Od. 13. Os, humerósque deo similis, namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
pulcrum: vt Horatius, Purpureisque coloribus. * Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariúsue lapis circumdatur auro.
Tum sic reginam alloquitur, cunctúsq; repentè

* Improui-

* Improuiſus, ait. coràm, quem quæritis, adſum, Homerus Od. 210.
Troïus Aeneas, Libycis ereptus ab vndis:
O ſola infandos Troiæ miſerata labores,
Quæ nos, reliquias Danaûm, terræq́, marisq́
Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos,
Vrbe, domo * ſocias, grates perſoluere dignas & publico, & priuato digna hoſpitio.
Non opis eſt noſtræ, Dido, nec quidquid vbique eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.
Di tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant. quæ te tam * læta tulerunt nascentium meritis.
Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt conuexa, polus dum ſidera paſcet:
Semper honos, nomenq́, tuum, laudeſque manebunt:
Quæ me cumque vocant terræ. ſic fatus, amicum
Ilioneа petit dextra, lauáque Sereſtum:
Pòſt alios, fortémque Gyan, fortémque Cloanthum.
* Obſtupuit primo adſpectu Sidonia Dido, Homerus in Iliad. 273.
Caſu deinde viri tanto, & ſic ore locuta eſt.
Quis te nate dea per tanta pericula caſus
* Inſequitur? quæ vis immanibus applicat oris? admirantis, non interrogantis, Seruius ait eſſe.
Túne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulſum patriis, noua regna petentem,
Auxilio Beli. genitor tum Belus opimam
Vaſtabat * Cyprum, & victor ditione tenebat. quâ ſubactam cõceſſit Belo.
Tempore iam ex illo caſus mihi cognitus vrbis
Troianæ, nomenque tuum, regéſque Pelaſgi.
Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat,
Séque ortum antiqua Teucrorum à ſtirpe volebat.

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.
Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit consistere terra.
Ideo non dico, quia non sum ignara. his enim intelligendum Non, vt ait Seruius.
* *Non ignara mali, miseris succurrere disco.*
Sic memorat: simul Æneam in regia ducit 635
Tecta: simul diuûm templis indicit honorem.
Nec minùs interea sociis ad litora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pingues centum cum matribus agnos,
Munera, lætitiamque dei. 640
At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, mediisq; parant conuiuia tectis.
Arte laborata vestes, ostróque superbo:
Ingens argentum mensis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum, 645
À Belo, primo Assyriorum rege, ad Belũ, Didonis patrem, qui & ipse Assyrius fuit. *Per tot* * *ducta viros, antiquæ ab origine gentis.*
Æneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem,
Ascanio ferat hæc, ipsúmque ad mœnia ducat:
Omnis in Ascanio cari stat cura parentis. 650
Munera præterea, Iliacis erepta ruinis,
Ferre iubet, pallam signis, auróque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argiuæ Helenæ: quos illa Mycenis,
non enim matrimonii, sed adulterii fuit cum Paride. *Pergama cùm peteret,* * *inconcessósque Hymenæos,* 655
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum:
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxima gnatarum Priami, collóque monile
margaritis ornatum. * *Baccatum, & duplicem gemmis auróque coronam.*
Hæc celerans, iter ad naues tendebat Achates. 660
At Cytherea nouas artes, noua pectore versat
Consilia: vt faciem mutatus, & ora Cupido

Pro

Pro dulci Ascanio veniat, donisq; furentem
Incendat reginam, atque ossibus implicet ignem.
Quippe domum timet ambiguam, Tyriosq; bilingues.
Urit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem:
Gnate, meæ vires, mea magna potentia, solus
Gnate, patris summi qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Frater vt Aeneas pelago tuus omnia circum
Litora iactetur, odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi & nostro doluisti sæpe dolore.
Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur
Vocibus: & vereor, quò se Iunonia vertant
Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma
Reginam meditor: ne quo se numine mutet:
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.
Quà facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
Regius accitu cari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens, pelago, & flammis restantia Troiæ.
Hunc ego sopitum somno, super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam:
Ne quà scire dolos, mediusve occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo, & notos pueri puer induc vultus:
Vt, cùm te gremio accipiet lætissima Dido,
Regalis inter mensas, laticemque Lyæum,
Cùm dabit amplexus, atque oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasque veneno.
Paret Amor dictis caræ genitricis, & alas
Exuit, & gressu gaudens incedit Iuli.

pro, incensam furere faciat, poëtica figura.

Homerus in Iliad. 14.

al. *iactatúrque*; sed *que* abundat: vt notauit Seruius.

quòd ei regnũ Italiæ, Romanaque tellus deberetur.

Importunus.

occultus ignis, definitio amoris est.

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos: vbi mollis amaracus illum*
Floribus, & dulci adspirans complectitur vmbra,
Iámque ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyriis, duce lætus Achate.
Cùm venit, aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediámque locauit.
Iam pater Æneas, & iam Troiana iuuentus
** Conueniunt, stratóque super discumbitur ostro.*
Dant famuli manibus lymphas, Cereremq́ canistris.
Expediunt, tonsisq́ ferunt mantilia villis.
Quinquaginta intus famulæ: quibus ordine longam
*Cura penum * struere, & flamis adolere Penateis.*
Centum aliæ, totidémque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Nec non & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Æneæ: mirantur Iulum,
*Flagranteisq́ dei vultus, * simulatáque verba.*
Pallámque, & pictum croceo velamen acantho.
Præcipuè infelix pesti deuota futura
Expleri mentem nequit, ardescitq́ tuendo
Phœnissa, & puero pariter, donisq́ mouetur.
Ille, vbi complexu Æneæ, collóque pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet, inscia Dido
Insideat quantus miseræ deus. at memor ille
** Matris Acidaliæ, paullatim abolere Sichæum*
Incipit, & viuo tentat præuertere amore
Iam pridem resides animos, desuetáque corda.

sampsucus vocatur.

Homerus in Iliad. 95.

vnde structores dicuntur, qui fercula componunt.

quia videbantur ab Ascanio dici, cùm tamẽ Cupido loqueretur.

præcautorũ, quæ mater dederat.

Post-

Postquàm prima quies epulis, mensæq; remotæ:
*Crateras magnos statuunt, & * vina * coronant.*
Fit strepitus tectis, vocémque per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.
Heic regina grauem gemmis, auróque poposcit,
Implevitq; mero pateram: quam Belus, & omnes
A Belo soliti. tum facta silentia tectis.
Iupiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyriisq; diem, Troiáque profectis
Esse velis, nostrosq; huius meminisse minores.
Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
Et vos ô cœtum Tyrij celebrate fauentes.
Dixit, & in mensa lacticum libauit honorem,
*Primáque libato * summo tenus attigit ore.*
Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
*Post alij * proceres. cithara crinitus Iopas*
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Heic canit errantem Lunam, Solisq; labores,
Vnde hominũ genus, & pecudes, vnde imber, & ignes,
Arcturum, pluuiásque Hyadas, geminósque Triones:
Quid tantum Oceano properent se tinguere Soles
Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Ingeminant plausum Tyrij, Troësq; sequuntur:
Nec non & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longúmque bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa:
Nunc, quibus Auroræ venisset filius armis:
Nunc, quales Diomedis equi, nunc, quantus Achilles.
Immo agè, & à prima dic hospes origine nobis
Insidias, inquit, Danaũm, casúsque tuorum,

vina pro poculis posuit. Coronant autem, id est, implent vsque ad marginem.

reginæ verecundiã ostendit.

Apol. Arg. 12.

originem ducentium, si fabulæ respiciuntur, à Prometheo, aut à Deucalione, & Pyrrha.

Errorésque

Erroréſque tuos. nam te iam ſeptima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas. 760

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. II.

ARGVMENTVM.

Didus voluntati morem gerens Æneas, excidij Troiani ſeriem narrat.

Homerus Od. 111. & Apollonius Arg. 13. Homerus Od. 72.

CONTICVERE *omnes,* intentiq; ora tenebant:*
Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto:
Infandum regina iubes renouare dolorem;
quia magnũ. *Troianas vt opes, & * lamentabile regnum*
Eruerint Danai: quæq; ipſe miſerrima vidi, 5
Homerus in Iliad. 14. *Et quorum pars magna fui: * quis talia fando*
nõ laborioſ, ſed crudelis. *Myrmidonum, Dolopúmve, aut * duri miles Vlyſſei*
Temperet à lachrymis? & iam nox humida cælo
Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſidera ſomnos.
Sed, ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, 10
Et breuiter Troiæ ſuprèmum audire laborem,
Quamquã animus meminiſſe horret, luctuq; refugit,
Incipiam. Fracti bello, fatiſq; repulſi
Ductores Danaûm, tot iam labentibus annis,
ingenioſe: ac ſi diceret, cõſilio dei, Troianis iratæ. *Inſtar montis equum diuina Palladis * arte* 15
Ædificant, ſectáque intexunt abiete coſtas:
Votum pro reditu ſimulant: ea fama vagatur.
Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri, penitusq; cauernas
Ingentes, vterumq; armato milite complent. 20
Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima fama
vbi ad tempus naues ſtant. portus autem eſt, vbi hiemant. *Inſula, diues opum, Priami dum regna manebant:*
*Nunc tantùm ſinus, & * ſtatio malè fida carinis:*

Huc

Huc se prouecti deserto in litore condunt,
Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:
Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica castra,
Desertósque videre locos, litusq; relictum.
Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles:
Classibus hic locus: hic acies certare solebant.
Pars stupet innuptæ donum exuviale Minervæ, Homerus Od. 70.
Et molem mirantur equi: primúsque Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari,
Siue * dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant. quo sunt omnes decepti.
At Capys, & quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaûm insidias, suspectáque dona
Præcipitare iubent, subiectisq; vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omneis, magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul, ô miseri, quæ tanta * insania, ciues? insanorum enim est, contra se sentire.
Creditis auectos hostes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Vlysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturáque desuper vrbi;
Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucri.
Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.
Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus, inq; * feri curuam compagibus aluum quadrupedist ab eo quòd
Contorsit: stetit illa tremens, vteróque recusso
Insonuere cauæ, gemitúmque dedêre cauernæ.
Et, si fata deûm, si mens non læua fuisset,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,

Troiáque

Troiáque nunc ſtares, Priamiq; arx alta maneres.
Ecce, manus iuuenem interea poſt terga reuinctum,
Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus vltro,
Hoc ipſum vt ſtrueret, Troiámque aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens animi, atque in vtrumque paratus,
exercere. *Seu * verſare dolos, ſeu certè occumbere morti.*
Vndique viſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circumfuſa ruit, certantq; illudere capto.
Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab vno
Diſce omneis.
quaſi turbatus. vt, Exſultat Amazon, quaſi Amazon. *Namque, vt conſpectu in medio * turbatus inermis*
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit:
Heu, quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
Accipere? aut quid iam miſero mihi denique reſtat?
tormenta, & mortem. *Cui neque apud Danaos vſquam locus: & ſuper ipſi*
*Dardanidæ infenſi * pœnas cum ſanguine poſcunt.*
Quo gemitu conuerſi animi, compreſſus & omnis
Impetus: hortamur fari: quo ſanguine cretus,
Quidve ferat, memoret: quæ ſit fiducia capto.
Homerus in Iliad. 4. * *Ille hæc, depoſita tandem formidine, fatur.*
Cuncta equidem tibi, Rex, fuerit quodcumq; fatebor,
Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo,
Hoc primum: nec, ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget.
dum ſermo habetur. * *Fando aliquid ſi forte tuas peruênit ad aures*
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria: quem falſa ſub proditione Pelaſgi
Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat,
priuatum, id eſt mortuum. *Demiſere neci: nunc * caſſum lumine lugent.*
Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis.

Dum

Dum ſtabat regno incolumis, regnúmque vigebat
Conſilijs: & nos aliquod nomenq́, decúſque
*Geſimus. * inuidia poſtquam pellacis Vlyſſei,* Homerus in Iliad. 711.
Haud ignota loquor, ſuperis conceſſit ab oris:
Afflictus vitam in tenebris, luctúq́ trahebam,
*Et caſum inſontis * mecum indignabar amici.* tacitus.
*Nec * tacui demens, & me fors ſi qua tuliſſet,* poſt impatientia doloris, nec tacui.
Si patrios vnquam remeaſſem victor ad Argos,
Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui.
** Hinc mihi prima mali labes, hinc ſemper Vlyſſes* Homerus in Iliad. 124.
Criminibus terrere nouis, hinc ſpargere voces
In volgum ambiguas, & quærere conſcius arma.
*Nec requieuit enim, * donec Calchante miniſtro.* ſubaudi, me deſtinatæ.
Sed quid ego hæc autem nequiquam ingrata reuoluo?
Quidve moror? ſi omneis vno ordine habetis Achiuos,
Idq́ audire fas eſt, iam dudum ſumite pœnas.
**Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atreidæ.* Homerus in Iliad. 7.
Tum verò ardemus ſcitari, & quærere cauſſas,
Ignari ſcelerum tantorum, artiſq́ Pelaſgæ.
Proſequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
** Sæpè fugam Danai Troia cupiere relictâ* Homerus in Iliad. 152.
Moliri, & longo feſſi diſcedere bello:
Feciſſentq́ vtinam. ſæpe illos aſpera Ponti
Intercluſit hiems, & terruit Auſter euntes.
Præcipuè cùm iam hic trabibus contextus acernis
*Staret equus, toto ſonuerunt * æthere nimbi.* pro, aëre, poëtica licentia.
Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus: iſq́ adytis hæc triſtia dicta reportat.
Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa,
Cùm primùm Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animáque litandum
Argolica. volgi quæ vox vt venit ad aures,

Obſtupuere

Obstupuere animi, gelidúsque per ima cucurrit
mortem. *Ossa tremor, cui * fata parent, quem poscat Apollo.*
Heic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
quis debeat immolari. & numina pro oraculis posuit. *Protrahit in medios: * qua sint ea numina diuûm*
Flagitat. & mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.
Bis quinos silet ille dies, tectúsque recusat
Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
pro, erumpit in vocem. & dictũ est per contrarium. rúpitur enim silentium, non vox: vt, Quid me alta silentia cogis rumpere? vocem autem rumpere, est tacere. *Compositò * rumpit vocem, & me destinat ara.*
Assensere omnes, &, quae sibi quisque timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulere.
Iámque dies infanda aderat: mihi sacra parari,
Et salsae fruges, & circum tempora vittae.
Eripui, fateor, letho me, & vincula rupi,
Limosóque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui, dum vela darent, si forsè dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,
Nec dulceis gnatos, exoptatúmque parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te, per superos, & conscia numina veri,
Per, si qua est, quae restat adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum; miserere animi non digna ferentis.
non sponte, (iam enim rogati erant) sed, insuper. *His lacrymis vitam damus, & miserescimus * vltrò.*
Ipse viro primus manicas, atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus; dictúsq; ita fatur amicè:
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios,
Iliad. 110. *Noster eris, * mihiq; hæc edissere vera roganti:*
Quò molem hanc immanis equi statuêre? quis auctor?
Quidve petunt? quæ religio? aut quæ machina belli?

Dixerat.

Dixerat. ille dolis instructus, & arte Pelasga,
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas:
*Vos aterni * ignes, & non violabile vestrum* — vel ararum, quas fugit, vel solem lunamque significat.
Testor numen, ait; vos ara, ensesque nefandi,
Quos fugi, vittaq; deum, quas hostia gessi;
Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura,
Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
*Si qua * tegunt: teneor patriæ nec legibus vllis.* — ob ea quæ latent in equo.
Tu modò promissis maneas, seruatáque serues
Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs semper stetit: impius ex quo
*Tydeides, sed enim scelerúmque * inuentor Vlysses,* — propter Palamedem ipsius astuto consilio interfectum.
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibúsque cruentis
Virgineas ausi diuæ contingere vittas.
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaûm: fracta vires, auersa dea mens.
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstru.
Vix positum castris simulacrum; arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis, salsúsque per artus
Sudor iit, térque ipsa solo, mirabile dictu,
Emicuit, parmámque ferens, hastámque trementem.
Extemplò tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis,
*Omina ni repetant Argis, numenq; * reducant,* — pro, reconcilient.
Quod pelago, & curuis secum aduexere carinis.
Et nunc, quòd patrias vento petiere Mycenas,
Arma, deósque parant comites, pelagóque remenſ,
** Improuisi aderunt. ita digerit omina Calchas.* — quod ita factum est.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso

Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cælóque educere iussit:
Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit:
Neu populum antiqua sub relligione tueri.
Nam si vestra manus violasset dona Mineruæ,
Tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum
Conuertant) Priami imperio, Phrygibusq́ futurum.
Sin manibus vestris vestram adscendisset in vrbem:
Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidiis, periuriq́ arte Sinonis
*Credita res, captiq́ dolis, lacrymisq́ * coactis,*
Quos neque Tydeides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Heic aliud maius miseris, multóque tremendum
Obiicitur magis, atque improuida pectora turbat.
Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos
Sollenneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta,
*Horrescò referens, immensis orbibus * angues*
Incumbunt pelago, paritérque ad litora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubaq́
Sanguineæ exsuperant vndas: pars cetera Pontum
Pone legit, sinuátque immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iámque arua tenebant,
Ardenteisq́ oculos suffecti sanguine, & igni,
*Sibila lambebant linguis * vibrantibus ora.*
Diffugimus visu exsangues. illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primùm parua duorum
Corpora gnatorum serpens amplexus vterque
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.

arte expressis, non sponte fluentibus.

angues, aquarum sunt; serpentes, terrarum; dracones templorum.

mobilibus. nullum enim animal tam ce[illegible] gnatorum [illegible] vt triplicem habere videatur, cum vna [illegible]

Post

Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, spiraq; ligant ingentibus & iuxta
Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite, & cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos;
Perfusus sanie vittas, atroque veneno;
Clamores simul horrendos ad sidera tollit:
Qualis mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, saevaq; petunt Tritonidis arcem:
Sub pedibusque deae, clypeique sub orbe teguntur.
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
Insinuat pavor, & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt: sacrum qui cuspide robur
Laeserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.
*Ducendum ad sedes simulacrum, * orandaque divae*
Numina conclamant.
Dividimus muros, & moenia pandimus urbis.
Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum
Subiiciunt lapsus, & stupea vincula collo
Intendunt. scandit fatalis machina muros,
Feta armis. circum pueri, innuptaeq; puellae
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
Illa subit, mediaque minans illabitur urbi.
*O patria, o divum domus Ilium, & * inclyta bello*
Moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae
Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, caecique furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
*Tunc * etiam fatis aperit Cassandra futuris*
*Ora, * dei iussu, non umquam credita Teucris.*

dubiè Illiam, quia certam tauro mortem non attulerit.

Homerus in Iliad. 9.

hymnos.

quia Troiani totâ Mysiam superarunt.

vt antea spe.

Apollinis, qui fidem sustulit

vera dicenti, coitus promissi spe frustratus.

Nos delubra deûm miseri, quibus vltimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per vrbem.
Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox,
Homerus, in Iliad. 90.
* *Inuoluens vmbra magna terrámque, polúmque,*
Myrmidonúmque dolos: fusi per mœnia Teucri
Conticuere: sopor fessos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia Lunæ,
more militiæ: vt, Dat clarũ puppi signũ.
*Litora nota petens: * flammas cùm regia puppis*
Extulerat, fatisq; deûm defensus iniquis,
Inclusos vtero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus, latiq; cauo se robore promunt
Tisandrus, Sthenelusq; duces, & dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funem, Athamásque, Thoásque,
non, Pelei filius sed nepos, ex Achille patre.
* *Peleidésque Neoptolemus, primúsque Machaon,*
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.
Inuadunt vrbem somno, vinóque sepultam.
Cæduntur vigiles, portisq; patentibus omneis
Accipiunt socios, atque agmina conscia iungunt.
describit primam noctis partem.
* *Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris*
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largóque effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam, atérque cruento
Puluere, perque pedes traiectus lora tumenteis.
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Homerus in Iliad. 269.
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillei,
Iliad. 490.
vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus igneis.
Squalentem barbam, & concretos sanguine crineis,
Vulneráque illa gerens, quæ circum plurima muros
quia ratio exigebat, vt lo-
*Accepit patrios. * vltrò flens ipse videbar*

Compellare

Compellare virum, & mæstas expromere voces: queretur illi qui venerat.
O lux Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm,
Quæ tanta tenuere mora? quibus Hector ab oris
Exspectate venis? vt te post multa tuorum
Funera, post varios hominúmque, vrbisq; labores
Defessi adspicimus? quæ causa indigna serenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil: nec me quærentem vana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge nate dea, téque his, ait, eripe flammis.
Hostis habet muros: ruit alto à culmine Troia.
* Sat patriæ, Priamoq; datum. si Pergama dextra ab honestate fugam suadet.
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
Sacra, suósque tibi commendat Troia Penates:
Hos cape fatorum comites: his mœnia quære:
Magna pererrato statues quæ denique Ponto.
Sic ait, & manibus vittas, Vestámque potentem,
Æternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu,
Et magis, atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsque obtecta recessit, longè abfuit.
Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.
Excutior somno, & summi fastigia tecti
Adscensu supero, atque arrectis auribus adsto.
In segetem veluti cùm flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boúmque labores;
Præcipitésque trahit siluas: stupet inscius alto
* Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Homerus in
Tum verò manifesta fides, Danaúmque patescunt
Insidiæ: iam Deiphobi dedit ampla ruinam,
Vulcano superante, domus: iam proximus ardet

Vcalegon? Sigea igni freta lata relucent.
Exoritur clamórque virûm, clangórque tubarum.
qui nec somnia credidi, nec cebus aspectis. vel Amens, vt in attoni, subitaque re: quasi, perturbatus, inops consilij.
Arma * amens capio: nec sat rationi in armis
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi: furor, iráque mentem
Præcipitant, pulchrúmque mori succurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuûm,
Panthus Othryades, arcis, Phœbíq; sacerdos,
Sacra manu, victósque deos, parúmque nepotem
Ipse trahit, cursúque amens ad limina tendit.
Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troes: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum: ferus omnia Iupiter Argos
Transtulit: incensa Danai dominantur in vrbe:
vbi fuerat arx.
Arduus armatos * medijs in mœnibus adstans
Fundit equus, victórque Sinon incendia miscet.
Insultans. portis alij bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis numquam venêre Mycenis.
Obsedere alij telis angusta viarum.
Oppositi stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci: vix primi prœlia tentant
nocturno prœlio.
Portarum vigiles, & * cæca Marte resistunt.
Talibus Othryadæ dictis, & numine diuûm
In flamas, & in arma feror: quò tristis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & sublatum ad æthera clamor?
Addunt se socios Ripheus, & maximus armis
Epytus, oblati per Lunam, Hypanisq; Dymásque,
Et lateri agglomerant nostro, iuuenisq; Chorœbus.
Homerus in Iliad. 13.
Mygdonides: illis qui ad * Troiam forte diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore:

Et

*Et * gener auxilium Priamo, Phrygibúsque ferebat.* Homerus in Iliad. 58.
** Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis* Homerus in Iliad. 185.
Audierat.

Quos vbi confertos audere in prœlia vidi,
*Incipio super his: iuuenes, fortissima * frustrà* refertur ad inferius verbum, Succurritis.
Pectora (si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna, videtis:
Excessere omnes adytis, aris q; relictis
Di, quibus imperium hoc steterat) succurritis vrbi
Incensæ: moriamur, & in media arma ruamus.
VNA salus victis, nullam sperare salutem.
*Sic * animis iuuenum furor additus inde, lupi ceu* Homerus Iliad. 16.
Raptores atra in nebula, quos improba ventris Homerus in Iliad. 156.
Exegit cæcos rabies, catuli q; relicti
Faucibus exspectant siccis, per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediæ q; tenemus
*Vrbis iter: nox atra * cana circumuolat vmbra,* naturale enim est, vt obscuri omne sit concauum.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos:
Plurima pérque vias sternuntur inertia passim
Corpora, pérque domos, & religiosa deorum
*Limina. * nec soli pœnas dant sanguine Teucri:* Homerus in Iliad. 159.
QVONDAM etiam victis redit in præcordia virtus
Victorésque cadunt Danai. crudelis vbique
*Luctus, vbique pauor, & * plurima mortis imago.* varia mortis genera significat.
Primus se Danaûm magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
Inscius, atque vltrò verbis compellat amicis:
Festinate viri. nam quæ tam sera moratur
*Segnities? alij rapiunt incensa * ferunt q;* Homerus in Iliad. 5.
Pergama: vos celsis nunc primùm à nauibus itis?

Dixit, & extemplò (neque enim responsa dabantur
Fida satis) * sensit medios delapsus in hostes:
Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit.
* Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidúsque repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus, densis & circumfundimur armis,
Ignaróque loci passim, & formidine captos.
Sternimus: * adspirat primo fortuna labori.
Atque hèic exsultans successu, animisq; Chorœbus,
O socij, qua prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quáque ostendit se dextra, sequamur.
Mutemus clypeos, Danaûmque insignia nobis
Aptemus. dolus, an virtus, quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi. sic fatus: deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum
Induitur, lateriq; Argiuum accommodat ensem.
Hoc Ripheùs, hoc * ipse Dymas, omnisq; iuuentus
Læta facit: spoliis se quisque recentibus armat.
Vadimus immixti Danais, haud numine nostro,
Multáque per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus: multos * Danaûm demittimus Orco.
Diffugiunt alij ad naues, & litora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.
* Heu nihil inuitis fas quemquam fidere diuis.
Ecce, trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra, adytisq; Mineruæ,
Ad cælum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus,

Et sese

Homerus in Iliad. 110.

Homerus in Iliad. 30.

fauet. vnde & fauor aura dicitur: vtillud, Gaudens popularibus auris.

multi hic distinguunt, vt fit, Ego Aeneas.

Homerus in Iliad. 3.

Homerus in Iliad. 84. 129.

*Et sese medium iniecit * moriturus in agmen.* neglecta vita. refertur enim ad affectum dimicantis.
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Heic primùm ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, oritúrque miserrima cædes
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu, atque erepta virginis ira,
Vndique collecti inuadunt, acerrimus Aiax,
Et gemini Atreidæ, Dolopumq́ exercitus omnis.
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti Homerus in Iliad. 92.
Confligunt, Zephyrusq́, Notusq́, & lætus Eois
Eurus equis: stridunt siluæ, sæuitq́ tridenti
Spumeus, atque imo Nereùs ciet æquora fundo.
Illi etiam, si quos obscura nocte per vmbram
Fudimus insidiis, totáque agitauimus vrbe,
*Apparent: primi clypeos * mentitáque tela* simulata, quæ nos esse Græcos mentiebantur.
Agnoscunt, atque ora sono discordia signant.
Ilicet obruimur numero: primusq́ Choræbus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit: cadit & Ripheùs, iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.
Dis aliter visum. pereunt Hypanisq́, Dymásque,
*Confixi à sociis: nec te tua plurima * Panthu* vocatiuus Græcus.
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineris, & flama extrema meorum,
Testor, in occasu vestro nec tela, nec vllas
*Vitauisse * vices Danaûm; &, si fata fuissent* pugnas, id est pericula.
Vt caderem, meruisse manu. diuellimur inde
Iphitus, & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssei,
Protinus ad sedes Priami clamore vocati.
*Heic verò ingentem pugnam, * ceu cetera nusquam* Homerus in Iliad. 172.
Bella forent, nulli tota morerentur in vrbe:

Homerus in Iliad.135.

Sic Martem indomitum, Danaosq; ad tecta ruentes
Cernimus, obsessumq; acta testudine limen.
Hærent parietibus scalæ, postesque sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeisque ad tela sinistris
Protecti obiiciunt: prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contrà turres, ac tecta domorum
Culmina conuellunt (his se, quando vltima cernunt,
Extrema iam in morte parant defendere telis)
Auratásque trabes, veterum decora alta parentum,
Deuoluunt. alij strictis mucronibus imas
Obsedere fores: has seruant agmine denso.

Homerus in Iliad.70.

* *Instaurati animi, regis succurrere tecto,*
Auxilióque leuare viros, vimque addere victis.

quia paucis notæ, ideo cæcæ.

*Limen erat, cæcæq; * fores, & peruius vsus*
Tectorum inter se Priami, postesque relicti
A tergo: infelix quà se, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat

quasi puerũ.

Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.*
Enado ad summi fastigia culminis: vnde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.

Homerus in Iliad.237.

* *Turrim in præcipiti stantem, summisq; sub astra*
Eductam tecto, vnde omnis Troia videri,
Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra:
Aggressi ferro circùm, quà summa labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimúsque. ea lapsa repentè ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina latè
Incidit. at alij subeunt: nec saxa, nec vllum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulum ante ipsum, primóque in limine Pyrrhus
Exsultat telis, & luce coruscus aëna.

Homerus in Iliad.240.

Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus,

Frigida

Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuiis nitidúsque iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
Vnà ingens Periphas, & equorum agitator Achillis
*Armiger Automedon: vnà omnis * Scyria pubes* — à Scyro insula, vna de Cycladibus.
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesque à cardine vellit
Æratos: iámque excisa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria longa patescunt:
Apparent Priami, & veterum penetralia regum,
Armatósque vident stantes in limine primo.
At domus interior gemitu, miseróque tumultu
*Miscetur, penitúsque * caua plangoribus ædes* — camerata tecta.
Femineis vlulant: ferit aurea sidera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent postes, atque oscula figunt.
** Instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi* — Hom. Il. 135.
Custodes sufferre valent, labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi, rumpunt aditus, primósque trucidant
Immissi Dani, & late loca milite complent.
Non sic, aggeribus ruptis cùm spumeus amnis — Homerus in Iliad. 12.
Exiit, oppositáque eluctatus gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, campósque per omneis
Cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminósque in limine Atridas.
Vidi Hecubam, centumq; nurus, Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat, ignis.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum.

Bar-

Barbarico postes auro, spolúsque superbi
Procubuere: tenent Danai, quâ deficit ignis.
Forsitan & Priami fuerint quæ fata, requiras.
Vrbis vbi captæ casum, conuulsáque vidit
in mediis ædibus. *Limina tectorum, & * mediũ in penetralibus hostem:*
Arma diu senior desueta trementibus auo
Circumdat nequiquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.
sub dio, quod impluuium dicitur. *Ædibus in mediis, nudóque sub æthere axe*
Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus
Incumbens aræ, atque vmbra complexa Penates.
Hæc Hecuba, & gnatæ nequiquam altaria circùm,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & diuum amplexæ simulacra tenebant.
Ipsum autem sumtis Priamum iuuenilibus armis
proprie: quasi, deorum ira, infusa. *Vt vidit; quæ mens tam * dira miserrime coniux*
Impulit his cingi telis? aut quò ruis? inquit.
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget: non, si ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes:
Aut moriere simul. sic ore effata, recepit
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus gnatorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat
pro telo posuit. *Saucius. illum ardens infesto * vulnere Pyrrhus*
Insequitur, iam iamq; manu tenet, & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
mã. *Hic Priamus, quãquam in * media iã morte tenetur,*
Non tamen abstinuit, nec voci, iræq; pepercit.
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,

Di, si

Di, si qua est talo pietas, quæ talia curet,
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita: qui gnati coràm, me cernere lethum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.
At non ille, satum quo te mentitus, Achilles — Homerus in Iliad. 174.
Talis in hoste fuit Priamo: sed iura, fidémque
Supplicis erubuit, corpúsque exsangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, méque in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telúmque * imbelle sine ictu — inutile, sine vi.
Coniecit: rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequiquam umbone pependit.
Cui Pyrrhus: Referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelei dæ genitori: illi mea tristia facta,
* Degenerémque Neoptolemum narrare memento. — non respondentem moribus patriis.
Nunc morere. hæc dicens, altaria ad ipsa trementem
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati,
Implicuitq; comam læua, dextrâq; coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit, Troiam incensam, & prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis, terrisq; superbum
* Regnatorem Asiæ. iacet ingens litore truncus, — imperauerat Phrygiæ, & Mygdoniæ. ideo regnator Asiæ vocatur.
Auulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.
At me tum primùm sæuus circumstetit horror:
Obstupui: subiit cari genitoris imago,
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem: subiit deserta Crëusa,
Et direpta domus, & parui casus Iuli.
Respicio, & quæ sit circum me * copia lustro. — de exercitu
Deseruêre omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misêre, aut ignibus ægra dedêre.
* Iámque adeò super vnus eram: cùm limina Vestæ — Homerus in Iliad. 12.

Seruan-

Seruantem, & tacitam secretæ in sede latentem
Tyndaridæ adspicio: dant clara incendia lucem
Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaûm, & deserti coniugis iras
Præmetuens, Troiæ, & patriæ communis Erinnys,
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo: subit ira cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis, patriásque Mycenas
Adspiciet, partóque ibit regina * *triumpho?*
Coniugiúmque, domumque, patres, natósque videbit,
Iliadum turba, & Phrygiis comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine litus?
Non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
Fœmineæ in pœna est, nec habet victoria laudem,
Exstinxisse nefas tamen, & sumpsisse merenti
Laudabor pœnas: animúmque explesse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Cùm mihi se, non antè oculis tam clara, videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam, qualémq; videri
*Cœlicolis, & quanta solet: * dextráque prehensum*
Continuit, roseóque hæc insuper addidit ore:
Gnate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quónam nostri tibi cura recessit?
Non prius adspicies, ubi fessum ætate parentem
*Anquerus Anchisen? * superet coniúxne Creüsa,*
Ascaniúsque puer? quos omneis undique Græ-
Circum errant acies: &, ni mea cura resistat,

quasi de nobis dicis.

quæ Helenæ ictum minabatur.

superauat.

Iam

Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.
* Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatúsve Paris: diuom, inclementia diuom
Has euertit opes, sternitq; à culmine Troiam.
Adspice (namque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortalem hebetat visus tibi, & humida circùm
Caligat, nubem eripiam: tu ne quæ parentis
Iussa * time, neu præceptis parere recusa)
Heic, vbi disiectas moles, auulsáque saxis
Saxa vides, mistóque vndantem puluere fumum,
Neptunus muros, magnóque emota tridenti
Fundamenta quatit, totámque à sedibus vrbem
Eruit. heic * Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet, socíumque furens à nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Iam summas arces Tritonia, respice, Pallas
Insedit, nimbo effulgens, & Gorgone sæua.
Ipse pater Danais animos, virésque secundas
Sufficit: ipse deos in Dardana suscitat arma.
* Eripe gnate fugam, finémque impone labori.
Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.
Dixerat: & spissis noctis se condidit vmbris.
Apparent diræ facies, inimicáque Troiæ
Numina magna deûm.
Tum verò omne mihi visum considere in igneis
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia:
Ac veluti summis antiquam in montibus ornum,
Cùm ferro accisam, crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa vsque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paullatim euicta supremùm
Congemuit, traxitq; iugis auulsa * ruinam.

Homerus in Iliad. 32.

veretur, ne imperanti sibi fugam non pareat.

Homerus in Iliad. 129.

quæ fugam, vetarct.

cape celeriter.

Homerus in Iliad. 46, 345.

aliarum arborum.

Descendo,

Descendo, ac ducente deo flammam inter, & hostes
Expedior: dant tela locum, flammæq; recedunt.
Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquásque domos: genitor, quem tollere in altos 635
Optabam primùm montes, primúmque petebam,
Abnegat excisa vitam producere Troia,
Exsilióque pati. vos ô quibus integer æui*
Sanguis, ait, solidæq; suo stant rebore vires,
Vos agitate fugam. 640
Me si cælicolæ voluissent ducere vitam,
Has mihi seruassent sedes. satis vna, supérque
Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi.
Sic ô, sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniam, miserebitur hostis, 645
Exuuiásque petet. FACILIS *iactura sepulcri est.*
Iam pridem inuisus diuis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuûm pater, atq; hominum rex*
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.
Talia perstabat memorans, fixusq; manebat. 650
Nos contrà effusi lacrymis, coniuxq; Creusa,
Ascaniusq;, omnisq; domus, ne vertere secum*
Cuncta pater, fatóque vrgenti incumbere vellet.
Abnegat, inceptóque, & sedibus hæret in iisdem.
Rursus in arma feror, mortémque miserrimus opto. 655
Nam quod consilium, aut quæ iam fortuna dabatur?
Méne efferre pedem, genitor, te posse relicto
Speraßi? tantumq; nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta Superis placet vrbe relinqui;
Et sedet hoc animo, perituræq; addere Troiæ 660
Teque, tuósque iuuat: patet isti ianua letho:
Iámque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
Gnatum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.

quia non est integer sanguis in senibus: in quibus cum minuitur per ætatem, physici dicunt. vnde illis tremor.

de Veneris concubitu gloriantem.

pro familia posuit: vt Cicero ad Atticum: Tota domus te salutat.

Hocce

Hocce erat, alma parens, quòd me per tela, per ignes
Eripis, vt medijs hostem in penetralibus, vtq;
Ascaniúmque, patrémque meum, iuxtáque Creüsam
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma, viri, ferte arma: vocat lux vltima victos.
Reddite me Danais: sinite instaurata reuisam*
Prœlia: numquam omnes hodie moriemur inulti.
*Heic * ferro accingor rursus, clypeóque sinistram*
Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Herebat, paruúmque patri tendebat Iulum:
Si perituru abis, & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus sumtis spem ponis in armis,
*Hanc primùm tutare domum. cui * paruus Iulus,*
Cui pater, & coniux quondam tua dicta relinquor?
Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat:
Cùm subitum, dictúque oritur mirabile monstrum.
Namque manus inter, mœstorumq; ora parentum,
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lambere flamas comas, & circum tempora pasci.*
Nos pauidi trepidare metu, crinémque flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus igneis.
At pater Anchises oculos ad sidera latus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit:
Iupiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,
** Adspice nos: hoc tantum: &, si pietate meremur,*
Da deinde auxilium pater, atque hæc omina firma.
Vix ea fatus erat senior: subitóque fragore
*Intonuit * lœuum, & de cœlo lapsa per vmbras*
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam, summa super labentem culmina tecti,

quibus me mater eripuit.

Homerus in Iliad. 7o.

Homerus in Iliad. 7o.

epitheto commendat ætatem.

crescere.

intuétes enim dij iuuant.

vbi erat Aeneæ domus.

*Cernimus * Idæa claram se condere siluâ,*

scintillis relictis.

** Signantémque vias. tum longo limite sulcus*
Dat lucem, & latè circùm loca sulfure fumant.

Homerus in Iliad. 268.

Heic verò victus genitor se tollit ad auras,
Affatúrque deos, & sanctum sidus adorat.
Iamiam nulla mora est: sequor, &, quà ducitis, adsum.
Di patrij seruate domum, seruate nepotem:
Vestrum hoc augurium, vestróq; in numine Troia est.
Cedo equidem, nec gnate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille: & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiúsque æstus incendia voluunt.

quia iam consensisti.

** Ergo agè care pater ceruici imponere nostræ:*
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit:
Quò res cumq; cadent, vnum, & commune periclum,
Vna salus ambobus erit. mihi paruus Iulus
Sit comes, & longè seruet vestigia coniux.
Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite vestris.
Est vrbe egressis tumulus, templúmque vetustum

bene Cereris fanum ante vrbem facit esse: quia dea rusticorũ est.

*Desertæ * Cereris, iuxtáque antiqua cupressus*
Relligione patrum multos seruata per annos.
Hanc ex diuerso sedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape sacra manu, patriósque Penateis.
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, subiectáque colla
Veste super, fuluiq; insternor pelle leonis,
Succedóque oneri. dextra se paruus Iulus
Implicuit, sequitúrque patrem non passibus æquis:

d boribusque obtecta recessit.

*[illegible] subit coniux. ferimur per * opaca locorum:*
Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, neque aduerso glomerati ex agmine Graij.

Nunc

*Nunc omnes terrent auræ, sonus * excitat omnis* consternat.
Suspensum, & pariter comitiq́ꝫ, oneriq́ꝫ timentem.
Iámque propinquabam portis, omnémque videbar
Euasisse viam: subitò cùm creber ad aureis
Visus adesse pedum sonitus, genitórque per vmbram
Prospiciens, Gnate, exclamat, fuge gnate, propinquāt:
Ardenteis clypeos, atque æra micantia cerno.
Heic mihi nescio quod trepido malè numen amicum
Confusam eripuit mentem. namque, auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione viarum,
Heu misero coniux fatóne erepta Crëusa
Substitit, errauítne via, seu lassa resedit,
*Incertum: nec pòst oculis est * reddita nostris.* tantùm enim vmbram eius vidit.
Nec priùs amissam respexi, animúmque reflexi,
Quàm tumulum antiquæ Cereris, sedémque sacratam
Venimus: heic demum, collectis omnibus, vna
Defuit, & comites, gnatúmque, virúmque fefellit.
Quem non incusaui amens hominumq́ꝫ, deorumq́ꝫ?
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?
Ascanium, Anchisémque patrem, Teucrósq́ꝫ Penateis
*Commendo sociis, & * curua valle recondo.* sic & lib. 1. dixit, In conuexo nemorum.
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omneis, omnémque reuerti
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis.
Principiò muros, obscuráque limina portæ,
Quà gressum extuleram, repeto, & vestigia retro
*Obseruata sequor per noctem, & lumine * lustro.* oculis circumspicio.
Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent.
Inde domum si fortè pedem, si fortè tulisset,
Me refero. irruerant Danai, & tectū omne tenebant.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur: exsuperant flamæ: furit æstus ad auras.

patris Creüsæ. *Procedo ad* Priami sedes, arcémque reuiso.*
Et iam porticibus vacuis Iunonis asylo
Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses
Prædam asseruabant. huc vndique Troïa gaza
Incensis erepta adytis, mensæq; deorum,
captiuorum. *Craterésque auro solidi, * captiuáque vestis*
Congeritur: pueri, & pauida longo ordine matres
Stant circùm.
contra salutem meam, qui cuperem latere. ** Ausus quinetiam voces iactare per vmbram,*
Impleui clamore vias, mœstusq; Creüsam
Nequiquam ingeminans, iterumq;, iterumq; vocaui.
Quærenti, & tectis vrbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum, atque ipsius vmbra Creüsæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.
Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Homerus in Iliad. 51. *Quid tantum insano iuuat indulgere labori,*
O dulcis coniux? non hæc sine numine diuom
Eueniunt: nec te hinc comitem asportare Creüsam
Fas: haud ille sinit superi regnator Olympi.
Longa tibi exsilia, & vastum maris æquor arandum.
Ad terram Hesperiam venies: vbi Lydius, arua
Inter opima virûm, leni fluit agmine Thybris.
Illic res lætæ, regnumq;, & regia coniux
Parta tibi: lacrymas dilectæ pelle Creüsæ.
Non ego Myrmidonum sedes, Dolopúmve superbas
Aspiciam, aut Graiis seruitum matribus ibo,
Dardanis, & diuæ Veneris nurus:
*Sed me magna deûm genitrix his detinet * oris.*
Iamque vale, & gnati serua communis amorem.
Hæc vbi dicta dedit, lacrymantem, & multa volentem
Dicere, deseruit, tenuesq; recessit in auras.

Ter

Ter conatus ibi collo dare brachia circùm;
Ter frustrà compressa manus effugit imago,*
Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.
Sic demum socios consumta nocte reuiso;
Atque hèic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio admirans numerum, matrésque, virósque,
Collectam exsilio pubem, miserabile vulgus.
Vndique conuenêre, animis, opibusque parati,
In quascumque velim pelago deducere terras.
Iamque iugis summa surgebat Lucifer Ide,
Ducebátque diem: Danaique obsessa tenebant
Limina portarum, nec spes opis vlla dabatur.*
Cessi, & sublato montem genitore petiui.

Homerus in Iliad. 249.
* comprensa

ferundæ vocis.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. III.

ARGVMENTVM.

Quemadmodum in secũdo libro excidij Troiani seriẽ poeta narrauit; ita hoc Æneæ nauigationem; quæ alteram narrationis partem complectitur: Æneæque errores continet. In primis autem hoc considerandi sunt mores ritusque gentium.

Imperiũ Troianum, quod erat in Asia. Ilium enim in Phrygia minore.

POSTQVAM res Asiæ, Priamiq́ euertere gentem
Immeritam visum superis, ceciditq́ superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuersa exilia, & desertas quærere terras
Auguriis agimur diuũm, classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, vbi fistere detur:
Contrahimúsque viros. vix prima inceperat æstas:
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.
Litora tum patriæ lacrymans, portúsque relinquo,
Et campos vbi Troia fuit. feror exsul in altum
Cum * sociis, gnatóque, Penatibus, & magnis dis.
Terra procul vastis colitur Mauortia campis:
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,
Hospitium antiquum Troiæ, sociiq́ Penates,
Dum fortuna fuit. feror huc, & litore curuo
Mœnia prima loco: fatis ingressus iniquis,
Æneadásque meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionææ matri, diuisque ferebam
Auspicibus cœptorum opերum, superóque nitentem
Cælicolũm regi mactabam in litore taurum.

duo humana posuit, & duo diuina. patris pon sit mentio, quia non peruenit in Italiam.

Forte

Fortè fuit iuxtà * tumulus, quo cornea summo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida myrtus.
Acceſſi, viridémque ab humo conuellere ſiluam
Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras:
Horrendum, & dictu video mirabile monſtrum.
Nam, quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ,
Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidúſq; coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius * lentum conuellere vimen
Inſequor, & cauſſas penitus tentare latentes:
Ater & alterius ſequitur de cortice ſanguis.
Multa mouens animo, nymphas venerabar agreſtes,
Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis;
Ritè ſecundarent viſus, omenque * leuarent.
Tertia ſed poſtquàm maiore haſtilia niſu
Aggredior, genibuſq; aduerſæ obluctor arenæ:
(Eloquar, an ſileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures:
Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus. non me tibi Troia
Externum tulit: haud cruor hic de ſtipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum.
Nam Polydorus ego: hoc confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.
Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus
* Obſtipui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi: cùm iam diffideret armis
Dardania, cingiq; vrbem obſidione videret.
Ille, vt opes fracta Teucrûm, & fortuna receſſit,

& collis, & ſepulcrum.

molle, & flexuoſum.

bonum, ac leue, id eſt, inimicè graue, aut aduerſum, facerent.

Homerus in Iliad. 19.

imperium: vt. Postquam res Asiæ. lib. 3.

* Res Agamemnonias, victriciáque arma secutus,
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. QVID NON mortalia pectora cogis
execrabilis: vt, Sacrę panduntur portæ.
Auri * sacra fames? postquam pauor ossa reliquit,
Delectas populi ad proceres, primúmq; parentem
Monstra deûm refero, &, quæ sit sententia, posco.
Omnibus idem animus scelerata excedere terra,
pro, classem Austris.
Linquere pollutũ hospitiũ, & dare * classibus Austros.
Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ
Cæruleis mæsta vittis, atráque cupresso,
gentis, aut prælianti um.
Et circum Iliades crinem * de more solutæ,
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
de victimis sumpti.
* Sanguinis & sacri pateras, animámque sepulcro
Condimus, & magna supremum voce ciemus.
Inde, vbi prima fides pelago, placatáq; venti
Dant maria, & lenis crepitans vocat auster in Altum;
Deducunt socij naues, & litora complent.
ita nauigantibus videtur.
Prouehimur portu, terræq; vrbésque * recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri, & Neptuno Ægæo:
Quam pius Arcitenens, oras, & litora circum
Errantem, Mycone celsa, Gyaróque reuinxit,
ob terræ motum.
Immotamq; coli dedit, & contemnere * ventos.
Huc feror: hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit. egressi veneramur Apollinis vrbem.
tunc erat hic mos, vt reges essent etiam sacerdotes, vel pontifices.
Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; * sacerdos,
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit: veterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto.
Da propriam Thymbræe domum; da mœnia fessis,

Et genus,

Et genus, & mansuram vrbem; serua altera Troia
Pergama, reliquias Danaûm, atq; insontis Achilli?
Quem sequimur? quóve ire iubes? vbi ponere sedes?
* Da pater augurium, atque animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repentè,
* Liminaque, laurúsque * dei, totúsque moueri
Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis.
Subimus petimus terram, & vox fertur ad aures:
Dardanidæ duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Heic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et gnati gnatorum, & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus: mistóque ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti, quæ sint ea mœnia, quærunt,
Quò Phœbus vocet errantes, iubeátque reuerti.
Tum genitor veterum volvens monumenta virorum,
Audite ô proceres, ait, & spes discite * vestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula Ponto;
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ.
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna:
Maximus vnde pater, si rite audita recordor,
Teucrus Rhœteas primùm est aduectus ad oras,
* Optauitq; locum regno. non dum Ilium, & arces
Pergameæ steterant: habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiáque æra,
Idæumq; nemus: hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum domine subiere leones.
Ergo agitè, & diuûm ducunt quà iussa, sequamur:
Placemus ventos, & Cnossia regna petamus.
Nec longo * distant cursu: modò Iupiter adsit,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.

Homerus in Iliad. 208.

breuem syllabam, quæ, pro longa posuit, ratione finalitatis.

Homerus in Iliad. 24.

quia se moriturum sciebat.

pro, elegit: vel, Pars optare locum.

à Delo.

Sic fatus, meritos aris mactauit honores,
Homerus in Iliad. 326. Homerus in Iliad. 31. * Taurum Neptuno, taurum tibi pulcer Apollo,
Nigram hiemi pecudem, Zephyris felicibus * albam.
Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertáque litora Cretæ:
Hoste vacare domos, sedésque adstare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus,
vitibus consitam. * Bacchatámque iugis Naxon, viridémque Donysam,
Oliaron, niueámque Paron, sparsásque per æquor
præteruehimur. Cycladas, & crebris * legimus freta consita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor:
primi erant cultores Cretæ. Hortantur socij, Cretam, * proauósque petamus.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes:
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,
Pergameámque voco, & latam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcémque attollere tectis.
Iámque ferè sicco subducta litore puppes,
sacrificium fecit; quia mos erat, vt neque vxor duceretur, neque ager araretur sine sacrificiis. Connubijs, aruisq; nouis * operata iuuentus:
Iura, domósque dabam: subitò cùm tabida membris,
Corrupto cœli tractu, miserandáque vênit
Arboribúsque, satisq; lues, & lethifer annus.
Linquebant dulcis animas, aut ægra trahebant
Corpora. tum sterilis exurere Sirius agros,
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.
Rursus ad oraclum Ortygiæ, Phœbúmque, remenso
Hortatur pater ire mari, veniámque precari:
Quem fessis finem rebus ferat: vnde laborum
Tentare auxilium iubeat: quò vertere cursus.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat.
Effigies sacræ diuûm, Phrygijq; Penates,
Quos mecum à Troia, mediisq; ex ignibus vrbis
Extuleram,

Extuleram, visi ante oculos adstare iacentis
*In somnis, multo manifesti * lumine, quà se* — cum nimbo, qui circa deos videri solet.
Plena per insertas fundebat Luna fenestras.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hæc canit, & tua nos en vltro ad limina mittit:
*Nos te, Dardania incensa, tuáque * arma secuti:* — pro, tuas partes, tuum imperium.
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor:
Idem venturos tollemus in astra nepotes,
Imperiúmque vrbi dabimus. tu mœnia maquis
Magna para, longúmque fuga ne linque laborem.
Mutandæ sedes: non hæc tibi litora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
*Est locus, * Hesperiam Graij cognomine dicunt,* — ab Hespero rege.
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ.
Oenotri coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
Hæ nobis propriæ sedes; hinc Dardanus ortus,
*Iasiúsque pater, genus à * quo Principe nostrum.* — de Dardano, non de Iasio, dictum.
Surge agè, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer: Corytum, terrasq; require
Ausonias: Dictæa negat tibi Iupiter arua.
Talibus attonitus visis, ac voce deorum
(Nec sopor illud erat, sed coram agnoscere vultus, — Theocrit. 46.
Velatasq; comas, præsentiaq; ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus, tendóque supinas
Ad cælum cum voce manus, & munera libo
Intemerata focis. perfecto lætus honore
Anchisen facio certum, rémque ordine pando.
*Agnouit prolem * ambiguam, geminósque parentes,* — nõ incertam, sed duplicem.
Séque nouo veterum deceptum errore locorum.

Tum

Tum memorat: Gnate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi talis casus Cassandra canebat.
Nunc repeto hæc generi portendere debita nostro,
Et sæpè Hesperiam, sæpe Itala regna vocare.
Sed quis ad Hesperiæ venturos litora Teucros
Crederet? aut quem tum vates Cassandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait; & cuncti dicto paremus ouantes.
Hanc quoque deserimus sedem, paucisq; relictis
Vela damus, vastumq; caua trabe currimus æquor.
Postquàm altum tenuere rates, nec iam amplius vlla
Apparent terræ, cælum vndique, & vndique Pontus:
Tum mihi cæruleus supra caput adstitit imber,
Noctem, hiememq; ferens, & inhorruit vnda tenebris.
Continuò venti volvunt mare, magnæque surgunt
Æquora: dispersi iactamur gurgite vasto.
Involuêre diem nimbi, & nox humida cælum
Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu, & cæco erramus in vndo.
Ipse diem, noctemque negat discernere cælo:
Nec memminisse viæ media Palinurus in vnda.
Treis adeò incertos cæca caligine Soles
Erramus pelago: totidem sine sidere noctes.
Quarto terra die primùm se attollere tandem
Visa, aperire procul montes, ac volvere fumum.
Vela cadunt; remis insurgimus: haud mora, nauta
Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Servatum ex vndo Strophadum me litora primùm
Accipiunt. Strophades Graio stant nomine dicta
... in magno: quas dira Celæno,
Harpyiæq; colunt alia, Phinëia postquàm
Clausa domus, mensæque metu liquere priores.

Tristius

nauis definitio. Homerus in Od. 11o.

nubes caliginosa.

vide eius nor tem lib. v. in fine.

Apol. Arg. 2a.

Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Pestis, & ira deûm Stygiis sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus; fœdißima ventris
** Proluuies, vncæq́; manus, & pallida semper*
Ora fame.
*Huc vbi * delati portus intrauimus: ecce*
Læta boum paßim campis armenta videmus,
Caprigenúmque pecus, nullo custode, per herbam.
Irruimus ferro, & diuos, ipsumq́; vocamus
In prædam, partémque Iouem. tunc litore curuo
Exstruimusq́; toros, dapibusq́; epulamur opimis.
At subitò horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntq́; dapes, contactúque omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo sub rupe cauata,
Arboribus clausi circùm, atque horrentibus vmbris,
Instruimus mensas, arisq́; reponimus ignem.
*Rursum ex * diuerso cæli, cæcísque latebris*
Turba sonans prædam pedibus circumuolat vncis.
Polluit ore dapes. sociis tunc, arma capessant,
Edico, & dira bellum cum gente gerendum:
Haud secus ac iußi faciunt, tectósque per herbam
** Disponunt enses, & scuta latentia condunt.*
Ergo vbi delapsæ sonitum per curua dedêre
Litora: dat signum specula Misenus ab alta
*Ære cauo: inuadunt socij, & * noua prœlia tentant,*
Obscenas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neque vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt; celerique fuga sub sidera lapsæ
Semesam prædam, & vestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa consedit rupe Celæno

Proluuies: sordis effusio.

delati: necessitatem significat. nam sponte venimus, non deferimur.

diuerso: è secreto montium loco.

Disponunt: figura. pro disponunt, & tegunt.

noua: vel quia rarum est pugnare cum Harpyiis, vel quia vul- [illegible]

auntia infelicitatis.

*Infelix * vates, rupitq́; hanc pectore vocem:*
Bellum etiam pro cæde boum, stratiuq́; iuuencis,
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?

Neptunio.

*Et * patrio insonteis Harpyias pellere regno?*
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta:
Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis Furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis, ventisq́; vocatis
Ibitis Italiam, portúsque intrare licebit:
Sed non antè datam cingetis mœnibus vrbem,
Quàm vos dira fames, nostræq́; iniuria cædis

circumesas, id est, rotundas, puniceas scilicet: quas maiores in honore deorum habebant.

** Ambesas subigat malis absumere mensas.*
Dixit, & in siluam pennis ablata refugit.
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diriguit: cecidêre animi: nec iam ampliùs armis,
Sed votis, precibúsque iubent exposcere pacem,
Siue deæ, seu sint Diræ, obscenæq́; volucres.
Et pater Anchises, passis de litore palmis,
Numina magna vocat, meritósque inducit honores.
Di prohibete minas: di talem auertite casum,
Et placidi seruate pios. tum litore funem
Deripere, excussósque iubet laxare rudenteis.
Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis,

Homerus in Od. 92. Homerus in Iliad. 24. Homerus in Iliad. 32.

Quà cursum ventúsque, gubernatórque vocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiúmque, Saméque, & Neritos ardua saxis.
Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna,
Et terram altricem sæui execramur Vlyssis.

[illegible] locorum [illegible] sponte, sed quia tessi: est enim nantis formidatus.

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & paruæ succedimus vrbi:
Ancora de prora iacitur: stant litore puppes,

Ergo

Ergo insperata tandem tellure potiti,
Lustramurq́; Iouis, votisq́; incendimus aras,
Actiáque Iliacis celebramus litora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij: iuuat euasisse tot vrbeis
Argolicas, mediósque fugam tenuisse per hosteis.
Interea magnum Sol circumuoluitur annum,*
Et glacialis hiems Aquilonibus asperat vndas.
Ære cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Æneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris.
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,
Litóráque Epeiri legimus, portuq́; subimus
Chaonio, & celsam Buthroti adscendimus vrbem.
Heic incredibilis rerum fama occupat aureis,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbeis,
Coniugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisq́; potitum:
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstipui: miróque incensum pectus amore
Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu classeis, & litora linquens.
Sollenneis tum fortè dapes, & tristia dona,
Ante vrbem in luco falsi Simoëntis ad vndam
Libabat cineri Andromache, Maneisq́; vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,
Et geminas, caussam lacrymis, sacrauerat aras.*
Vt me conspexit venientem, & Troïa circum
Arma amens vidit: magnis exterrita monstris
Diriguit visu in medio: calor ossa reliquit.
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur:

* addidit, magnum, ne lunaris annus, qui est triginta dierum, intelligeretur. addidit, Sol, ne, quia dixerat, magnum, de illo omnis planetarum anno, qui fuit annorum 36 millia, acciperetur.

vnâ marito, alteram filio.

obstupuit.

Veráne

Veráne te facies, verus mihi nuntius affers
Nate dea? viuísne? aut, si lux alma recessit,
Hector vbi est? dixit, lacrymásque effudit, & omnem
impatienter dolenti. *Impleuit clamore locum. vix pauca furenti*
Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco.
Viuo equidem, vitámque extremæ per omnia duco:
Ne dubita: nam vera vides.
Heu, quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?
Deiecit vultum, & demissa voce locuta est:
quia virgo extincta est. *O felix vnx* ante alias Priameia virgo,*
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile!
Nos, patria incensa, diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenémque superbum
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secutus
Ledęneptem. *Ledæam Hermionen, Lacedæmóniósque Hymenæos,*
Me famulã, famulóq; Heleno transmisit habendam.
Ast illum ereptæ magno inflamatus amore
ob interfectã matrem. *Coniugis, & * scelerum Furiis agitatus Orestes,*
Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit
Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit,
Pergamáque, Iliacámque iugis hanc addidit arcem.
id est, tam prosperi. *Sed tibi qui * cursum venti, quæ fata dedêre?*
Quisnam ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superátne, & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia.
non Creusæ, quã mortuam *Ecquæ iam puero est amissæ cura* parentis?*

Ecquid

Ecquid in antiquam virtutem animósque virileis
Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat lacrymans, longoſq; ciebat
Incaſſum fletus: cùm ſeſe à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus offert,
Agnoſcitq; ſuos, lætúſque ad mœnia ducit,
Et multum lacrymas verba inter ſingula fundit.
Procedo, & paruam Troiam, ſimulataq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco, Sceaq; amplector limina portæ.
Necnon & Teucri ſocia ſimul vrbe fruuntur.
*Illos porticibus rex * accipiebat in amplis.*
Aulæ in medio libabant pocula Bacchi,
Impoſitis auro dapibus; paterasq; tenebant.
Iamq; dies, alterque dies proceſſit, & auræ
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbaſus Auſtro.
His vatem aggredior dictis, ac talia quæſo:
Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
*Qui tripodas, * Clarij lauros, qui ſidera ſentis,*
Et volucrum linguas, & præpetùm omina pennæ:
Fare age (namque omnem curſum mihi proſpera dixit
Religio, & cuncti ſuaſerunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repoſtas:
Sola nouum, dictúque nefas Harpyia Celæno
*Prodigium canit, & triſteis denuntiat * iras,*
Obſcenámque famem) quæ prima pericula vito,
Quidve ſequens tantos poſſim ſuperare labores.
Hanc Helenus, caſis primùm de more iuuencis,
Exorat pacem diuûm, vittaſq; reſoluit
[illegible]eptis, meque ad tua limina, Phœbe,
*Ipſe manu multo * ſuſpenſum numine ducit:*
Atque hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos:

Andromache ſcire non poterat, ſed patriæ, quæ communis omnium eſt parens.

de conuiuio intellige: ſic Terétius, Accipit homo melius nemo.

Apollinis, ab oppido Clario, ſito in finibus Colophoniorum.

deorum, ob iniurias ſibi illatas.

ſollicitum, attentum.

Nate dea (nam te maioribus ire per altum
Auspiciis manifesta fides: sic fata deûm rex
Sortitur, voluitq́; vices: is vertitur ordo)
vicina, exponit Seruius. *Pauca tibi è multis, quò tutior* * *hospita lustres*
Æquora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis. prohibent nam cetera Parcæ
Scire Helenum, fariq́; vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinósque ignare paras inuadere portus,
Homer. II. 5. * *Longa procul longis via diuidit inuia terris.*
flectendus: vt, lentũ vimen. *Antè & Trinacria* * *lentandus remus in vnda,*
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor,
Inferniq́; lacus, Ææq́; insula Circes,
Quàm tuta possis vrbem componere terra.
Homer. II. 4. * *Signa tibi dicam: tu condita mente teneto.*
Cùm tibi sollicito secreti ad fluminis vndam,
Litoreis ingens inuenta sub ilicibus sus
quo prodigio, regnaturum triginta annis Ascanium, significabatur. * *Triginta capitum fetus enixa iacebit,*
Alba, solo recubans, albi circum vbera gnati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros:
Fata viam inuenient, aderitq́; vocatus Apollo.
ostendẽtis est. nam Calabria non longe distat ab Epiro. * *Has autem terras, Italiq́; hanc litoris oram,*
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graiis.
Heic & Narycij posuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus: heic illa ducis Melibœi
Parua Philocteta subnixa Petilia muro.
[illegible] transmissæ steterint trans æquora classes,
Et positis aris iam vota in litore solues:
Imperatiuus passiuus. *Purpureo* * *velare comas adopertus amictu,*

Ne qua

Ne qua inter sanctos igneis in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omina turbet.
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in religione nepotes.
Ast vbi digressum Siculæ te admouerit oræ
*Ventus, & * angusti rarescent claustra Pelori:* quia à continenti tribus passuum millibus distat.
Læua tibi tellus, & longo læua petantur
Æquora circuitu: dextrum fuge litus, & vndas.
Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
(TANTVM *æui longinqua valet mutare vetustas*)
Dissiluisse ferunt: cùm protinus vtraque tellus
*Vna foret, venit * medio vi Pontus, & vndis* proin mediũ: vt, It clamor cælo.
Hesperium Siculo latus abscidit, aruáque, & vrbeis
Litore diductas angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis Homerus in Od. 117.
Obsidet, atque imo Barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursúsque sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exsertantem, & naueis in saxa trahentem.
** Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo* primæ corporis partes.
Pube tenus: postrema immani corpore pristis,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.
Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni
** Cessantem, longos & circumflectere cursus,* immorãtem.
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.
Præterea, si qua est Heleno prouentia, vati
Si qua fides, animum si veris implet Apollo,
[illegible] tibi nate dea, próque omnibus vnum
Prædicam, & repetens iterúmque, iterúmq; monebo:
Iunonis magnæ primùm prece numen adora:

Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem
compos. *Supplicibus supera doniis: sic denique * victor*
Trinacria finis Italos mittere relicta.
Huc vbi delatus Cumæam acceſſeris vrbem,
Auernum, & Lucrinum. diuinos autem, id eſt conſecratos. *Diuinoſque * lacus, & Auerna ſonantia ſiluis;*
Inſanam vatem adſpicies: quæ rupe ſub ima
Fata canit, foliisq; notas, & nomina mandat.
Quæcumque in foliis deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro ſeclusa reliquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
Verùm eadem, verſo tenuis cum cardine ventus
non ianua, ſed ventus per ianuam ingreſſus. *Impulit, & teneras turbauit * ianua frondes:*
Numquam deinde cauo volitantia prendere ſaxo,
Nec reuocare ſitus, aut iungere carmina curat.
Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sibyllæ.
Heic tibi ne quæ mora fuerint diſpendia tanti:
Quamuis increpitent ſoci, & vi curſus in altum
Vela vocet, poſſisq; ſinus implere ſecundos:
Quin adeas vatem, precibuſque oracula poſcas:
Ipſa canat, vocemque volens, atque ora reſoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturaq; bella,
Et quo quemque modo fugiasq;, ferasq; laborem,
Expediet, curſuſque dabit venerata ſecundos.
Hæc ſunt, quæ noſtra liceat te voce moneri.

Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Troiam.
Quæ poſtquàm vates ſic ore effatus amico eſt,
vltima ſyllaba cõtra conſuetudinem producitur, ratione finalis. *Dona dehinc auro * grauia, ſectoq; elephanto*
Imperat ad nauem ferri, ſtipatque carinis
Ingens argentum, Dodonæique lebetes,
Loricam conſertam hamis, auróque trilicem,
Et conum inſignis galeæ, criſtaſque comantes,
Arma Neoptolemi. ſunt & ſua dona parenti.

Addit

Addit equos, additque duces.
Remigium supplet: socios simul instruit armis.
Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora ne qua * ferenti. flanti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore:
Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,
* Cura deûm, bis Pergameis erepte ruinis, amor: vt illud, Veneris iustissima cura.
Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc arripe velis:
Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est.
Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, ô felix gnati pietate. quid vltrà
Prouehor, & fando surgentes demoror Austros?
* Nec minùs Andromache, digressu mœsta supremo, Homerus in Od. 130.
Fert picturatas auri subtemine vestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem: * nec cedit honori, nec munera dat inferiora meritis.
Textilibúsque onerat donis, ac talia fatur:
Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumẽta mearum Homerus in Od. 130.
Sint, puer, & longũ Andromaches testentur amorem
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat: Homerus in Od. 29.
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis:
VIVITE felices, quibus est * fortuna peracta aduersa.
Iam sua: nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies: nullum maris æquor arandum:
Arua neque Ausoniæ, semper cedentia * retro, vt illud, Italiæ fugientis prendimus oras.
Quærenda. effigiem Xanthi, Troiámque videtis.
Quam vestra fecere manus, melioribus opto
Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graio.
Si quando Thybrim, vicináque Thybridis arua
Intraro, gentiq; meæ data mœnia cernam,

Cognatas vrbeis olim, populósque propinquos
Epeiro Hesperia, quibus idem Dardanus auctor,
Atque idem casus: vnam faciemus vtramque
Troiam animis. maneat nostros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
Vnde iter Italiam, cursúsque breuissimus vndis.

Homerus in Iliad. 118.

Sol ruit intereà, & montes vmbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam.

officia remigandi.

*Sortiti * remos, passimq́, in litore sicco*
Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat:
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat ventos, atque auribus aëra captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia cælo,

Homerus in Od. 46.

Arcturum, pluuiásque Hyadas, geminósque Triones,
Armatúmque auro circumspicit Oriona.
Postquàm cuncta videt cælo constare sereno:

faculam extulit: vt illud, Flammas cùm regia puppis Extulerat.

*Dat clarum è puppi * signum: nos castra mouemus,*
Tentamúsque viam, & velorum pandimus alas.
Iámque rubescebat stellis Aurora fugatis,
Cùm procul obscuros colleis, humilémque videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achatès:
Italiam læto socij clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratêra corona
Induit, impleuitq́, mero, diuósque vocauit
Stans celsa in puppi.

maris, quod nauigo, terræ, quo sum iturus.

*Di * maris, & * terræ, tempestatúmque potentes,*
Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebescunt optatæ auræ, portúsque patescit
[illegible] apparet in arce Minerua.
Vela legunt socij, & proras ad litora torquent.
Portus ab Eoo fluctu curuatur in arcum,

Obiectæ

Obiectæ salsa spumant adspergine cautes.
Ipse latet, gemino demittunt brachia muro* — procul intuentibus.
Turriti scopuli, refugitq́; à litore templum.
Quatuor heic, primùm omen, equos in gramine vidi
Tondenteis campum latè, candore niuali.
Et pater Anchises: Bellum ô terra hospita portas:
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen iidem olim curru succedere sueti
Quadripedes, & frena iugo concordia ferre.
Spes est pacis, ait. tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouanteis.
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu:
Præceptisq́; Heleni, dederat quæ maxima; ritè* — quia dixerat, Præque omnibus vnum Prædicant.
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.
Haud mora: continuò perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum,
Graiugenûmq́; domos, suspectáque linquimus arua.
Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contrà,
Caulonisq́; arces, & naufragum Scylacæum.
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulsatáque saxa
Audimus longè, fractásque ad litora voces;* — quæ reddunt percultu fluctuti ad saxa.
Exsultántque vada, atque æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises: nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.
Eripite ô socij, paritérque insurgite remis.
Haud minùs ac iußi faciunt: primúsque rudentem
Contorsit læuas [illegible] Palinurus ad vndas.
Læuam cuncta cohors remis, ventisq́; petiuit.
Tollimur in cælum curuato gurgite, & iidem
Subducta ad Manes imos descendimus vnda.

Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere:
Homerus in Od. 105. pro irrorata. *Ter spumam elisam, & * rorantia vidimus astra.*
Intereà fessos ventus cum Sole reliquit,
Ignariq; viæ, Cyclopum allabimur oris.
Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse; sed horrificis iuxtà tonat Ætna ruinis,
euomit. *Interdumq; atram * prorumpit ad æthera nubem.*
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla,
Attollitq; globos flamarum, & sidera lambit:
partes. nam & ossa terræ dicuntur. *Interdum scopulos, auulsáque * viscera montis*
Erigit eructans, liquefactáque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundóque exæstuat imo.
Fama est, Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentémque insuper Ætnam
fornacibus. *Impositam, ruptis flamam exspirare * caminis;*
Et, fessum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.
Noctem illam tecti siluis immania monstra
Perferimus: nec, quæ sonitum det caussa, videmus.
per ætheris splendorem. *Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus * æthra*
Siderea polus; obscuro sed nubila cælo,
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.
Postera iámque dies primo surgebat Eoo,
Humentémque Aurora polo dimouerat vmbram:
Cùm subito è siluis, macie confecta suprema,
Ignoti noua forma viri, miserandáque cultu
Procedit, suppléxque manus ad litora tendit.
Respicimus: dira illu[illegible]ies, immissáque barba,
illigatum. **Consertum tegme[illegible]pinis: at cetera Graius,*
[illegible] Troi[illegible] missus in armis.
Isq; vbi Dardanios habitus, & Troïa vidit
Arma procul; paullùm adspectu conterritus hæsit,

Con-

Continuitq́ gradum: mox sese ad litora præceps
Cum fletu precibúsque tulit. per sidera testor,
Per Superos, atque hoc cæli spirabile lumen,
Tollite me Teucri: quascumque abducite terras.
* Hoc sat erit. scio me Danaïs è classibus vnum, vitasse Cyclopas.
Et bello Iliacos fateor petiisse Penateis.
Pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
* Spargite me in fluctus, vastóque immergite Ponto. dilaceratum.
Si pereo, manibus hominum periisse iuuabit.
Dixerat: * & genua amplexus, genibúsque volutans Homerus in Iliad. 11.
Hærebat. quis sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur; quæ deinde agitet fortuna, fateri.
Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus, Homerus in Iliad 271.
Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:
Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyssei,
Nomine Achæmenides, Troïam genitore Adamasto
Paupere (mansissétque vtinam fortuna) profectus.
Heic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socij vasto Cyclopis in antro
Deseruere: domus sanie, dapibúsque cruentis
Intus opaca, ingens: ipse arduus, altaq́ pulsat
Sidera (di talem terris auertite pestem)
Nec * visu facilis, nec dictu affabilis vlli: cuius etiã adspectus metum inferret.
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cùm corpora nostro,
Prensa manu magna, medio re[illegible]pinus in antro,
Frangeret ad saxum, saniéque adspersa natarent exspersa, magis placet Ser[illegible]io, id est ma-
Limina: vidi [illegible] cùm membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus:
Haud impune quidem: nec talia passus Vlysses,
Oblitúsve sui est Ithacus discrimine tanto.

Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus,
Ceruicem inflexam posuit, iacuitq; per antrum
Immensum, saniem eructans, ac frusta cruento
Per somnum commista mero: nos magna precati
Numina, sortitiq; vices, vna vndique circùm
*Fundimur, & telo lumen * terebramus acuto*
*Ingens, quod torua solum sub fronte * latebat,*
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar;
Et tandem læti sociorum vlciscimur Vmbras.
Sed fugite ô miseri, fugite, atque ab litore funem
Rumpite.
Nam, qualis, quantúsque cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque vbera pressat,
Centum alij curua hæc habitant ad litora vulgò.
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent,
Cùm vitam in siluis, inter deserta ferarum
Lustra, domósque traho, vastósque ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitúmque pedum, vocémque tremisco:
*Victum infelicem * baccas, lapidosáque corna*
Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia collustrans, hanc primùm ad litora classem
Conspexi venientem: huic me, quæcumque fuisset,
Addixi: satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potiùs quocumque absumite letho.
Vix ea fatus erat: summo cùm monte videmus
Ipsum inter pecudes [illegible]sta se mole mouentem
Pastorem Polyphem[illegible]m, & litora nota petentem.
Monstrũ horrendũ, in[illegible]orme, ingẽs, cui [illegible]mẽ adem[illegible]:
[illegible] pinus regit, & vestigia firmat:
Lanigeræ comitantur oues: ea sola voluptas,
** Solaménque mali, de collo fistula pendet.*

terebrando obcæcamus. oculo per somnum clauso, quem comparat clypeo, ob magnitudinem, soli, ob splendorem.

agrestium arborum fructus.

[illegible] bro Colotiano non additur, De collo fistula pendet.

Postquam

Postquàm altos tetigit fluctus, & ad æquora venit:
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem,
Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
Supplice, sic merito; taciti q; incidere funem:
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
*Sensit, & ad sonitum * vocis vestigia torsit.* remigii, non hominum. dixit enim, Tacitiq. incidere funem.
Verùm vbi nulla datur dextram affectare potestas,
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo:
Clamorem immensum tollit: quo Pontus, & omnes
Intremuere vndæ, penitúsque exterrita tellus
Italiæ, curuis q; immugiit Aetna cauernis.
At genus è siluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & litora complent.
*Cernimus adstanteis * nequiquam lumine toruo* quia longinqui nocere nō poterant.
Aetnæos fratres, cælo capita alta ferenteis;
Concilium horrendum: quales cùm vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, silua alta Iouis, lucúsve Dianæ.
Præcipites metus acer agit quocumque rudenteis
Excutere, & ventis intendere vela secundis.
Cōtrà, iussa monent Heleni, Scyllam, atq; Charybdim
Inter vtramque viam lethi discrimine paruo,
Ni teneant cursus: certum est dare lintea retro.
Ecce autem Boreas angusta à sede Pelori
** Missus adest: viuo præteruehor ostia saxo* fauore numinum, quæ suprà rogauerat Anchises: Ferte viam ...ic.
Pantagiæ, Megarósque sinus, T... súmque iacentem.
Talia monst... relegens err... retrorsum
[illegible]
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores

Ortygiam.

Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare: qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis
Numina magna loci iussi veneramur: & inde
campis enim superfunditur, vt Nilus. Exsupero praepingue solum * stagnantis Elori.
Hinc altas cautes, projectaq; saxa Pachyni
Radimus, & fatis numquam concessa moueri
Apparet Camarina procul, campiq; Geloi,
Immanisq; Gela fluuij cognomine dicta.
moris muro cinctus, in cuius summa parte oppidū. Arduus inde * Acragas ostentat maxima longè
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum.
Teque datis linquo ventis palmosa Selinis,
Et vada dura lego saxis Lilybeia caecis.
Hinc Drepani me portus, & illaetabilis ora
Accipit. heic, pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem, omnis curae casusque leuamen
Amitto Anchisen. heic me pater optime fessum
Deseris, heu, tantis nequidquam erepte periclis.
Homerus in Iliad. 195. * Nec vates Helenus, cùm multa horrenda moneret,
Hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
Hic labor extremus, longarum haec meta viarum.
cõfirmat animum Didonis, cùm se ad eam deorum voluntate dicit accessisse. Hinc me digressum vestris * deus appulit oris.
Sic pater Æneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat Diuum, cursúsque docebat.
Conticuit tandem, factóque hic fine quieuit.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. IIII.

ARGVMENTVM.

In hoc libro plus est elegantiæ, quàm eruditionis (In quinto & sexto plus eruditionis) & totus affectibus constat. Vim enim amoris in persona Didonis, graphicè depingit, & ratione variorum affectuũ in hoc libro docetur. Exordio insinuationem vtitur, qua Æneã laudat. Æquius igitur censet, vt talem amet.

AT regina graui iam dudum saucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa virì virtus animo, multusq; recurſat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus,
Verbáque: nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phœbea* lustrabat lampade terras, illustrabat.
Humentémque Aurora polo dimouerat vmbram;
Cùm sic vnanimem alloquitur malè sana sororem:
Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent!
Quis nouus hic nostris succesit sedibus hospes!
Quem sese* ore ferens! quàm forti pectore, & armis! vnde illud supra, Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido.
Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.
DEGENERES animos timor arguit. heu, quibus ille
Iactatus fatis! quæ bella exhausta canebat!
Si mihi non animo fixum, immotúmque sederet,
Ne cui me vinculo vellem sociare iugali,
Postquàm primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset,
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sichæi
Coniugis, & sparsos fraterna cæde Penates,

Solus

pro, impulsu labare fecit.

Solus hic * *inflexit sensus, animúmque labantem*
Impulit: agnosco veteris vestigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad Vmbras,
Pallenteis Vmbras Erebi, noctémque profundam;

vincla iugalia.

Antè pudor quàm te violo, aut tua * *iura resoluo.*
Ille meos, primus, qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum, seruétque sepulcro.
Sic effata, sinum lacrymis impleuit obortis.
Anna refert: O luce magis dilecta sorori,
Soláne perpetua mærens carpêre iuuenta?

Homerus in Iliad. 3. δῶρα ἀφροδίτης.

Nec dulceis gnatos, * *Veneris nec præmia noris?*
Id cinerem, aut Maneis credis curare sepultos?
Esto, ægram nulli quondam flexere mariti,

rex Libyæ.

Non Libyæ, non antè Tyro despectus * *Iarbas,*
Ductoresque alij, quos Africa terra triumphis
Diues alit: placitóne etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum consederis aruis?
Hinc Gætulæ vrbes, genus insuperabile bello,

vel, sæui: vel, qui equis vtũtur sine frenis.

Et Numidæ * *infreni cingunt, & inhospita Syrtis:*
Hinc deserta siti regio, latéque furentes
Barcæi. quid bella Tyro surgentia dicam,
Germaniq; minas?
Dis equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Quam tu vrbem soror hanc cernes! quæ surgere regna
Coniugio tali! Teucrûm comitantibus armis,
Punica se quantis attollet gloria rebus!
Tu modò posce deos veniam, sacrísque litatis

d. a operã..., in vulgez vi... [illegible]

* *Indulge hospitio, causásque innecte morandi:*
Dum pelago desæuit hiems, & aquosus Orion,
Quassatæq; rates, & non tractabile cælum.

Hic

His dictis incensum animum inflamauit amore,
Spémque dedit dubiæ menti, soluitq́; pudorem.
Principiò delubra adeunt, pacémque per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœbóque, patrіq́; * Lyæo:
Iunoni ante omneis, cui vincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextra pateram pulcerrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit:
Aut ante ora deûm pingueis spatiatur ad aras,
Instauratq́ue diem donis, pecudúmque reclusis
Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.
HEV VATVM ignaræ mentes, quid vota furentem,
Quid delubra iuuant; est mollis flamma medullas
Intereà, & tacitum viuit sub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido; totáque vagatur
Vrbe furens: qualis conjecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquitq́; volatile ferrum
* Nescius: illa fuga siluas, saltúsque peragrat
Dictæos: hæret lateri letalis arundo.
Nunc media Æneam secum, per mœnia ducit,
Sidoniáſque ostentat opes, vrbémque paratam.
Incipit effari, mediáque in voce resistit.
Nunc eadem, labente die, conuiuia quærit,
Iliacósque iterum * demens audire labores
Expoſcit, pendétque iterum narrantis ab ore.
Pòſt, vbi digressi, lumenque obſcura vicissim
Luna premit, suadéntque cadentia sidera somnos:
Sola domo mœsta vacua, stratis relictis
[illegible]
Aut gremio Ascanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum si fallere possit amorem.

qui aptæ vtribus libertatis est deus.

Homerus in Iliad. 12.

ignoratus à cerua, nõ qui ceruam ipse nesciret.

quæ vellet eadem, quæ noluerat, audire.

Non

Non cœpta assurgunt turres; non arma iuuentus
Exercet, portúsve, aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæq;
** Murorum ingentes, æquatáque machina cælo.*

qui videntur minari pinnarum altitudine.

Quam simul ac tali persensit peste teneri
Cara Iouis coniux, nec famam obstare furori:
** Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:*

Homerus in Iliad.73. 154.

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis
Túque, puérque tuus: magnū, & memorabile nomen,
** Una dolo diuûm si femina victa duorum est.*

singula verba in hoc versu habent emphasim.

Nec me adeò fallit, veritam te mœnia nostra,
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quò nunc certamine tanto?
Quin potiùs pacem æternam, pactósque Hymenæos
Exercemus? habes, tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.
Communem hunc ergo populum, paribusq; regamus
Auspiciis: liceat Phrygio seruire marito,
Dotalesq; tuæ Tyrios permittere dextræ.
Olli (sensit enim simulata mente locutam,
Quò regnum Italiæ Libycas auerteret oras)

Homerus in Iliad.155.

Sic contrà est ingressa Venus: Quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello?
Si modò, quod memoras, factum fortuna sequatur.*
Sed fatis incerta feror, si Iupiter vnam
Esse velit Tyriis vrbem, Troiáque profectis,
Miscerive probet p[illegible]los, aut fœdera iungi.
Tu coniux: tibi fas [illegible]imum tentare precando.
Perge, sequar: tum [illegible] excepit regi[illegible]
Mecum erit [illegible], quâ ratione, quod inst.

tangit tria, fortunam, id est casum, fata, voluntatem deorum.

ut explicemus à Ioue.

Confieri possit, paucis, aduerte, docebo.
Venatum Æneas, vnáque miserrima Dido,

In nemus

In nemus ire parant, vbi primos crastinus ortus
*Extulerit Titan, radiisq; * retexerit orbem:* aperuerit, nocte tectum.
His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.
*Diffugient comites, & * nocte tegentur opaca:* nubium caligine.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
*Deuenient. adero, & * tua si mihi certa voluntas,* eadem verba 198.
Connubio jungam stabili, propriámque dicabo.
Hic Hymenæus erit. non aduersata petenti,
Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum intereà surgens Aurora reliquit,
*It portis * iubare exorto delecta iuuentus,* lucifero.
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro;
*Massyliq; ruunt equites, & odora canum * vis.* plus significat, quã multitudo, vt ait Seruius.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum exspectant, ostróque insignis, & auro
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur, magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:
Quoi pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
*Nec non & Phrygij comites, & * lætus Iulus* more puerorum.
Incedunt: ipse ante alios pulcerrimus omneis
Infert se socium Aeneas, atque agmina iungit.
** Qualis, vbi hibernam Lyciam, Xanthiq; fluenta* Apoll. Arg. 10.
Deserit, ac Delum maternam [illegible]uisit Apollo,
Instauratque choros, mistiq; [illegible] [illegible]ia circum
Cretésque, [illegible] [illegible]ésque fremu[illegible], pictiq; Agathyrsi:
[illegible] [illegible]
Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
*Tela sonant humeris. haud illo * segnior ibat* deformior, nã virtus, & pul-

critudo inuicem vsurpantur, quod notauit Seruius.

Æneas: tantum egregio decus enitet ore,
Postquam altos ventum in monteis, atq; inuia lustra:
Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ
Decurrêre iugis: alia de parte, patenteis
Transmittunt cursu campos, atque agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, monteisq; relinquunt.
At puer Ascanius medijs in vallibus acri
Gaudet equo, iámque hos cursu, iam præterit illos,
Spumantémque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem,
Intereà magno misceri murmure cælum
Incipit: insequitur commistà grandine nimbus.
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniúsque nepos Veneris, diuersa per agros
Tecta metú petiere: ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & tellus, & pronuba Iuno
Dant signum: fulsere ignes, & conscius æther
Connubij, summóque* vlularunt vertice nymphæ.
Ille dies primus lethi, primúsque malorum
Caussa fuit. neque enim specie, famáve mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.
Extemplò Libyæ magnas it fama per vrbeis,
Fama* malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, virésque acquirit eundo.
Parua metu primò,* mox sese attollit in auras,
Ingreditúrque solo, [illegible] caput inter nubila condit.
Illam Terra parens [illegible] irritata deorum
[illegible] Enceladoque sorore.
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrũ horrẽdũ, ingẽs: cui quot sunt* corpore plumæ,

vt in iis nuptiis quas mors secutura esset.

definitio famæ.

Homerus in Iliad. 15. & Callimachus.

Tot

Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aureis.
Nocte volat cæli medio, terræq; per vmbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbeis;
Tam ficti, prauiq; tenax, quàm nuntia veri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, & pariter facta atque infecta canebat:
Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum,
*Cui se pulcra viro * dignetur iungere Dido:*
Nunc hiemem inter se luxu quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpiq; Cupidine captos.
Hæc passim dea fœda virûm diffundit in ora.
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam,
Incenditq; animum dictis, atque aggerat iras.
Hic Ammone satus, rapta Garamantide nympha,
*Templa Ioui * centum, latis immania regnis,*
Centum aras posuit, vigilémque sacrauerat ignem,
Excubias diuûm æternas, pecudúmque cruore
Pingue solum, & variis florentia limina sertis.
*Isq; * amens animi, & rumore accensus amaro,*
Dicitur ante aras, media inter numina diuûm,
** Multa Iouem manibus supplex orasse supinis:*
** Iupiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis*
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,
Adspicis hæc? an te, genitor, cùm [illegible]lmina torques,
Nequiquam bor[illegible]mus? cæciq; [illegible]bibus ignes
[illegible]

Femina, quæ nostris errans in finibus, [illegible]
Exiguam pretio posuit, cui litus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra

corporibus: vt si diceret, quot sunt arenæ.

quasi superior inferiori.

finitus numerus pro infinito.

vt & amator, & barbarus.

Homerus in Iliad. 8.
Homerus in Iliad. 81.

inuidis dulcerit à sexu.

Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.
Et nunc ille* Paris cum semiuiro comitatu
Mœonia mentum mitra, crinémque madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famámque fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, arásque tenentem
Audiit omnipotens, oculósque ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade agè gnate, voca* Zephyros, & labere pennis,
Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Exspectat, fatisque datas non respicit vrbes,
* Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcerrima talem
Promisit, Graiúmque ideò bis vindicat armis:
Sed fore, qui* grauidam Imperiis, belloque frementem
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec super ipse sua molitur laude laborem:
Ascanióne pater Romanas inuidet arces;
Quid struit; aut qua spe inimica in gente moratur?
Nec prolem Ausoniam, & Lauinia respicit arua?
Nauiget. hæc summa est: hic nostri nuntius esto.
* Dixerat: ille patris magni parére parabat
Imperio: & primùm pedibus talaria nectit
Aurea: quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum* virgam capit, hac animas ille [illegible]
[illegible]
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat.

Inuidiã quærit à personis.

Homerus in Iliad. 86.

Qui Mercurius vehant.

Homerus in Iliad. 14.

quæ aliquãdo multa pareret imperia.

Homerus in Od. 12.

caduceum ei ab Apolline donatum.

Nubila:

Nubila: iámq; volans, apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit,
Atlantis, cinctum aßiduè cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulsatur & imbri:
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
*Heic primùm * paribus nitens Cyllenius alis* leni volatu.
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad undas
*Misit, * aui similis, quæ circum litora, circum* aut mergo.
Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter, cælúmque volabat,
Litus arenosum Libyæ, ventósque secabat
** Materno veniens ab auo Cyllenia proles.* natus enim Maia, Atlantis filia.
Vt primùm alatis tetigit magalia plantis:
Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem
Conspicit: atque illi stellatus iaspide fulua
*Ensis erat, Tyrioque ardebat murice * læna* toga duplex, amictus auguralis.
Demissa ex humeris: diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuò inuadit: Tu nunc Carthaginis altæ
*Fundamenta locas, pulcrámque * uxorius urbem* uxori seruiés.
Exstruis, heu regni, rerúmque oblite tuarum.
** Ipse deum tibi me claro demittit Olympo* Homerus in Il. 117. 163.
Regnator, cælum & terras qui numine torquet:
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
Si te nulla mouet tantarum glo[illegible]rum,
Nec super ipse tu[illegible] moliris laude[illegible]rem;

Aspice, cui regnum Italiæ, Romanáque tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore locutus, Homerus in Iliad. 271.
Mortalem visus medio sermone reliquit,

Et proculin tenuem ex oculis euanuit auram.
At vero Æneas aspectu obmutuit amens,
Arrectæq; horrore coma, & vox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga, dulceq; relinquere terras,
Attonitus tanto monitu, imperioque deorum.
Heu quid agat? quo nunc reginam * ambire furentem
Audeat affatu? quæ prima exordia sumat?
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesq; rapit varias, perque omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est:
Mnesthea, Sergestúmq; vocat, fortémq; Cluanthum:
Classem aptent taciti, socios ad litora cogant,
Arma parent, & quæ sit rebus causa nouandi,
Dissimulent: sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, qui rebus * dexter modus. ocyùs omnes
Imperio læti parent, ac iussa facessunt.
At regina dolos (QVIS fallere possit amantem?)
Præsensit, motúsque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens, * eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursúmque parari.
Sæuit inops animi, totámque incensa per vrbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyias, vbi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnúsque vocat clamore Cithæron.
Tandem hic Æneam compellat vocibus vltrò:
* Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas? tacitus, te meâ decedere terrâ?
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hiberno moliris sidere classem,

blanditiis circumuenire.

Homerus in Iliad. 14.

optimus rebus euentus.

quæ & turbæ nuntiauerat.

Apoll. Arg. 3.

Et mediis

Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
* Crudelis? quid, si non arua aliena, domósque
Ignotas peteres, & Troia antiqua maneret,
Troia per vndosum peteretur classibus æquor?
Mène fugis? per ego has lacrymas, dextramque tuam te,
(Quando aliud mihi iam miseræ nihil ipsa * reliqui)
Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum: miserere domus labentis, & istam
Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.
Te propter Libyæ gentes, Nomadúmque tyranni
Odêre, infensi Tyrij: te propter eundem
Exstinctus pudor, & qua sola sidera adibam
Fama prior. cui me moribundam deseris hospes?
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater
Destruat? aut captam ducat Gætulus Iarbas?
Saltem, si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam suboles, si quis mihi paruulus aula
Luderet Æneas, qui te * tantùm ore referret;
Non equidem omnino capta, ac deserta viderer.
Dixerat. ille Iouis monitu immota tenebat
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.
Tandem pauca refert: Ego te, quæ plurima fando
Enumerare vales, numquam regina negabo
Promeritam: nec me meminisse pigebit Elissæ,
*Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
Pro re pauca loquar. nec ego [illegible] abscondere furto
Speraui, ne [illegible] fugam; ne [illegible] quemquam

Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas:

in telpsum odio mei.

iam enim & pudorem, & regnum neglexi.

quasi dicat, Vt si te non possum, tui saltē imaginem haberem.

Homerus in Iliad. 102. subaudiri profectionem, ait Seruius.

Vrbem Troianam primum, dulcesq; meorum
Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerent:
post casum reſtituta. *Et * recidiua manu posuissem Pergama victis.*
Sed nunc Italiam magnum Gryneus Apollo, 345
Italiam Lycia iussere capessere sortes.
Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces
Phœnissam, Libycaq; adspectus detinet vrbis:
quandoquidem fatis promittitur. *Qua tandem, Ausonia Teucros * considere terra,*
Inuidia est, & nos fas extera quærere regna? 350
Me patris Anchisæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago:
quam illi infero. *Me puer Ascanius, capitisq; * iniuria cari,*
et debito. *Quem * regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis.* 355
Nunc etiam interpres diuûm Ioue missus ab ipso,
Testor vtrumque caput, celeres mandata per auras
Detulit: ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemque his auribus hausi:
Homerus in Iliad. 20. * *Desine meque tuis incendere teque querelis:* 360
Italiam non sponte sequor.
irata. *Talia dicentem iam dudum * auersa tuetur,*
Huc illuc volues oculos, totumque pererrat
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur:
Homerus in Iliad. 174. * *Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,* 365
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.
Nam quid dissimulo, aut quæ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem?
quid prius, quid posterius dicam. *[illegible] nec maxima Iuno,*
Nec Saturnius hæc oculis pater adspicit æquis.
NVSQVAM tuta fides. eiectum litore, egentem
Excepi,

Excepi, & regni demens in parte locaui:
Amissam classem, socios à morte reduxi.
Heu, Furiis incensa feror: nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuûm fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est: ea cura quietos
*Sollicitat. * neque te teneo, neque dicta refello.* Hom. Iliad. 5.
I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas:
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
*Supplicia * hausurum scopulis, & nomine Dido* Iuiturum.
Sæpè vocaturum. sequar atris ignibus absens;
Et, cùm frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus Vmbra locis adero: dabis improbe pœnas.
Audiam, & hæc Manes veniet mihi fama sub imos.
*His * medium dictis sermonem abrumpit, & auras* cùm Aeneas multa dicere pararet.
Ægra fugit, seque ex oculis auertit, & aufert
Linquens multa metu cunctantẽ, & multa parantem
Dicere. suscipiunt famulæ, collapsaque membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisq; reponunt.
At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, magnóque animum labefactus amore;
Iussa tamen diuûm exsequitur, classemque reuisit.
** Tum verò Teucri incumbunt, & litore celsas* ob regis præsentiam.
Deducunt toto naues: natat vncta carina:
Frondentesq; ferunt remos, & robora siluis
Infabricata, fugæ studio.
Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes:

Cùm populant, hiemis memores, tectoque reponunt:
*It * nigrum campis agmen, prædámque per herbas* hemistichium Ennij de elephantis aît Seruius esse.
Conuectant calle angusto: pars grandia trudunt

Obhixa frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Castigantq; moras: opere omnis semita feruet.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quósve dabas gemitus, cùm litora feruere latè
Prospiceres arce ex summa, totúmque videres
Miscerí ante oculos tantis clamoribus æquor?
Apoll. Arg. 4. *IMPROBE amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & supplex animos submittere amori:
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.
Anna, vides toto properari litore circum:
Vndique conuenere: vocat iam carbasus auras:
Puppibus & lati nautæ imposuere coronas.
pro, timere; vt suprà. Hunc ego si potui tantum * sperare dolorem,
Et perferre soror potero: miseræ hoc tamen vnum
Exsequere Anna mihi. solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus:
facies. vt, Et quæ mollissima tempora fandi. Sola viri * molles aditus, & tempora noras.
I soror, atque hostem supplex affare superbum:
Non ego cum Danais Troianam exscindere gentem
Aulide iurauí, classémque ad Pergama misi:
Nec patris Anchisæ cineres, Manésve reuelli.
Cur meá dicta negat duras demittere in aures?
Quò ruit? extremum hoc miseræ dei munus amantí:
Exspectet facilémque fugam, ventósque ferenteis.
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro;
quod illi pulcrum videtur. Nec * pulcro vt Latio careat, regnumque relinquat.
Tempus inane peto, requiem spatiumque furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.

sola morte. Quam mihi cũ dederis, cumulatã morte relinquam.
Talibus orabat, talesq; miserrima fletus
Feriq;

Fertq; refertq; soror: sed nullis ille mouetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obstant, placidásque viri deus obstruit aureis.
Ac veluti annosam valido cùm robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perstrepit pectore curas.
Mens immota manet: * lacrymæ volvuntur inanes.
Tum verò infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat: tædet cæli conuexa tueri.
Quò magis inceptum peragat, lucémque relinquat:
Vidit, turicremis cùm dona imponeret aris,
Horrendum dictu, latices nigrescere sacros,
Fusáque in obscenum se vertere vina cruorem.
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & * festa fronde reuinctum.
Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
Visa viri, nox cùm terras obscura teneret:
Soláque culminibus ferali * carmine bubo
Sæpè queri, & longas in fletum ducere voces.
Multáque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant. Agit ipse furentem
In somnis Æneas: semper relinqui

Ire viam, & Tyrios deserta quærere terra;
* Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,

Et Solem

ipsius, nō Annæ, aut Didonis.

diuina, ve si numen coleret.

nam tacentis bubonis felix omen est.

Homerus in Iliad. 13.

Euripides Bacchis, & Aeschylus Eumenidib.

Et Solem geminum, & duplices se ostendere Thebas:
*Aut Agamemnonius * scenis agitatus Orestes,*
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris,
Cùm fugit, vltricésque sedent in limine Diræ.
Ergo vbi concepit Furias, euicta dolore,
Decreuitq́, mori; tempus secum ipsa, modúmque
Exigit, & mæstam dictis aggressa sororem,
Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat:
Inueni germana viam (gratare sorori)*
Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat, amantem.
Oceani finem iuxta, Solémque cadentem,
Vltimus Aethiopum locus est, vbi maximus Atlas
*Axem humero * torquet stellis ardentibus aptum.*
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos, epulásque Draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferúmque papauer.
Hæc se carminibus promittit soluere menteis
Quas velit: ast aliis duras immittere curas:
Sistere aquam fluuiis, & vertere sidera retro:
Nocturnósque ciet Maneis. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Testor, cara, deos, & te, germana, tuúmque
Dulce caput, magicas inuitam accingier arteis.
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras
*Erige, & * arma viri, thalamo quæ fixa reliquit*
Impius, exuuiásque [illegible]neis, lectúmque iugalem,
Quo perij, superim[illegible]s. abolere ne[illegible]ndi
Cunct[illegible] viri [illegible]
Hæc e[illegible] pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris
Germanam credit, nec tantos mente furores

tragœdiis celebratus, frequéter actus.

antiquè, pro gratulari.

sustinet, regit. vt suprà, Cælum, & terras qui numine torquet.

gladium.

Concipit,

*Concipit, aut grauiora timet, * quàm morte Sichæi.* subaudi, quã contigerint morte Sichęi.
Ergo iussa parat.
At regina pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti, tedis, atque ilice secta,
*Intenditq; locum sertis, & * fronde coronat* cupresso.
Funerea: super exuuias, ensemq; relictum,
Effigiémque toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circùm, & crineis effusa sacerdos
** Ter centum tonat ore deos, Erebúmque, Chaósque,* refertur ad verbum, tonat; non ad, Deos.
Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni:
Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur aënis
*Pubentes herbæ, nigri cum * lacte veneni:* succũ nigrum intelligit, qui exprimitur ex illis herbis.
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.
Ipsa mola, manibúsque piis altaria iuxta
Vnum exuta pedem vinclis, in veste recincta
Testatur moritura deos, & conscia fati
Sidera: tum, si quod non æquo fœdere amanteis
Curæ Numen habet, iustúmque memórque precatur.
** Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem.* Apoll. Arg.
Corpora per terras; siluæq;, & sæua quierant
Æquora: cùm medio voluuntur sidera lapsu,
Cùm tacet omnis ager: pecudes, pictæq; volucres,
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aspera dumis
** Rura tenent, somno posita sub nocte silenti* Homerus in Iliad. 204.
Lenibant curas, & corda oblit[illegible]borum.
At non infelix animi Phœnissa [illegible]ymquam
[illegible]
Accipit. ingeminant cura, rursusque resurgens
Sæuit amor, magnóque irarum fluctuat æstu.
Sic adeò insistit, secúmque ita corde volutat:

En quid

non iterum, sed, vicissim.

*En quid ago? * rursúsne procos irrisa priores*
Experiar? Nomadúmque petam connubia supplex,
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classeis, atque vltima Teucrûm
Iussa sequar? quiáne auxilio iuuat antè leuatos?
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autem, fac velle, sinet? ratibúsque superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, necdum

quia per iusiurandũ Laomedon fefellit Neptunũ & Apollinem, qui Troiam illi conuiderant.

*Laomedontea sentis * periuria gentis?*
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouanteis?
An Tyriis, omniq; manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rursus agam pelago, & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, vt merita es, ferrôque auerte dolorem.
Tu lacrymis euicta meis; tu prima furentem
His germana malis oneras, atque obiicis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere more feræ? taleis nec tangere curas?

Sichæi coniugis. est enim Sichæo, pro Sichæio.

*Non seruata fides, cineri promissa * Sichæo?*
Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Æneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam ritè paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursúsque ita visa monere est,
Omnia Mercurio similis, vocémque colorêmque,
Et crineis flauos, & membra decora iuuentæ:

Iliad. 14.264.

** Nate dea, potes h[illegible] sub casu ducere somnos?*
Nec, quæ circumst[illegible]e deinde peric[illegible]la cernis
[illegible]

pro quolibet vento. nã Zephyris de Africa nauig. ari non potest.

Illa dolos, dirumque nefas in pectore versat,
Certa mori, variôque irarum fluctuat æstu.

festinus.

*Non fugis hinc * præceps, dum præcipitare potestas?*

Iam

Iam mare turbari trabibus, sæuásque videbis
Collucere * faces, iam feruere litora flamis,
Si te his attigerit terris Aurora morantem.
Eia age rumpe moras: VARIVM, & mutabile semper
Femina. sic fatus, nocti se immiscuit atræ.
Tum vero Aeneas subitis exterritus vmbris,
* Corripit è somno corpus, sociósque fatigat:
Præcipites vigilate viri, & considite transtris:
Soluite vela citi deus æthere missus ab alto,
Festinare fugam, tortósque incidere funeis
Ecce iterum stimulat. sequimur te sancte deorum,
Quisquis es, imperióque * iterum paremus ouantes.
Adsis ó, placidúsque iuues, & sidera cælo
Dextra feras: dixit: vaginaque eripit ensem
Fulmineum, strictóque ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntq́; ruuntq́;
Litora deseruere: latet sub classibus æquor:
Annixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Et * iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina è speculis, vt primùm * albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis,
Littoráque, & vacuos sensit sine remige portus:
Terque, quaterque manu pectus percussa decorum,
Flauenteusq́; abscissa comas, Prò Iupiter, ibit
Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient, totáque e[illegible]rbe sequentur?
Diripientq́; rates alij nauali[illegible]
Fer[illegible] [illegible]te vela, [illegible] [illegible]te remos
[illegible] loquor? aut vbi sum? [illegible] mente insania mutat?
Infelix Dido, num te facta impia tangunt?
Tum decuit, cùm sceptra dabas. en dextra, fidésque,

Quem

ob illud quod est infrà: Ferte citi flãmas.

Homerus in Iliad. 14.

iam enim paruerat præparatione nauigiorum.

Homerus in Iliad. 114.

figura hypallage: nõ enim albescit lux, sed luce albescunt omnia.

Quem secum patrios aiunt portare Penates:
Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere? non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium, patriosq; epulandum apponere mensis?
Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna. fuisset,
Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessémque foros flamis, gnatúmque, patrémque
Cum genere exstinxem: memet super ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flamis opera omnia lustras,
Túque harum interpres curarum, & conscia luno,
Nocturnisq; Hecate triuiis vlulata per vrbes,
Et Diræ vltrices, & di morientis Elissæ,
Accipite hæc, meritúmque malis aduertite numen,
Et nostras audite preces. si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est,
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret, videátque indigna suorum
Funera: nec, cùm se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur,
Sed cadat ante diem, mediáque inhumatus arena.
Hæc precor: hanc vocẽ extremã cum sanguine fundo.
Tum vos ô Tyrij, stirpem, & genus omne futurum
Exercete odiis, cinerique hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis *nostris ex ossibus vltor,*
Qui face Dardanos, ferroque sequare colonos,
Litora litoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsi, q; nepotes.

Homerus in Iliad. 38.

classem, vt, Non castra mouemus.

à matronis in eius sacris.

Homerus in Od. 81.

implorauit ab Euandro, & Tarchonte.

quasi ad posteros loquitur. infert enim, genus omne futurum.

* Hannibalem intelligit, qui vastauit, multisque cladibus Italiam afflixit.

Hæc

Hæc ait, & parteis animum verſabat in omneis,
Inuiſam quærens quàm primùm abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi;
Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat:
Annam cara mihi nutrix huc ſiſte ſororem:
Dic corpus properet fluuiali * ſpargere lympha, quia diis inferis ſacrificantes aſpergebãtur aqua: vt lib. vi. Spargens rore leui.
Et pecudes ſecum, & monſtrata piacula ducat:
Sic veniat: túque ipſa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ rité incepta parauí,
Perficere eſt animus, finémque imponere curis,
Dardaniíq; rogum capitis permittere flamæ.
Sic ait: illa gradum ſtudio celerabat anili.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido
Sanguineam volues aciem, maculíq; trementeis
Interſuſa genas, & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conſcendit furibunda rogos, enſemq; recludit
Dardanium, * non hos quæſitum munus in vſus. non enim ideo reliquerat eũ Aeneas, vt eo in ſuam necem vteretur Dido.
Hæc poſtquam Iliacas veſteis, notúmque cubile
Conſpexit, paullùm lacrymis, & mente morata,
Incubuit toro, dixitq; nouiſſima verba:
Dulces exuuiæ, dum fata, deúſque ſinebant,
Accipite hanc animam, méque his exſoluite curis.
Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit * imago. vmbra corporis poſt obitum.
Vrbem præclaram ſtatui; mea mœnia vidi:
Vlta virum, * pœnas inimico à ſ[illegible]ce recepi.
Felix, heu nimium felix, ſi lito[illegible]antùm
N[illegible] nulla enim auari pœna grauior, quàm amittere pecuniam, cuius cauſſa ſcelus commiſerat.
[illegible]xit, & os impreſſa[illegible], moriemur inultæ:
Sed moriamur, ait. ſic? ſic iuuat ire ſub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto

Dardanus, & noſtræ ſecum ferat omina mortis.
Dixerat: atque illam media inter talia ferro
Collapſam adſpiciunt comites, enſémque cruore
Spumantem, ſparſáſque manus. it clamor ad alta
Atria: concuſſam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis, gemituq3, & femineo vlulatu
Tecta fremunt: reſonat magnis plangoribus æther:
Homerus in Iliad. 200. * Non aliter, quàm ſi immiſſu ruat hoſtibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros; flammaq3 furentes
Culmina pérq. hominum voluantur, pérque deorum.
Audit exanimis, trepidoque exterrita curſu
cruentans. Vnguibus ora ſoror * fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes, araq3 parabant?
Quid primùm deſerta querar? comitémne ſororem
Sprenuiſti moriens? eadem me ad fata vocaſſes:
Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tuliſſet.
ſubàndi, rogos. His etiam * ſtruxi manibus, patriósque vocanti
Voce deos, ſic te vt poſita crudelis abeſſem?
Exſtinxi te, méque ſoror populumq3, patréſque
permittite, aut, date aquam. Sidonios, vrbémque tuam. * date, vulnera lymphis
Abluam, &, extremus ſi quis ſuper halitus errat,
rogi. Orè legam. ſic fata, * gradus euaſerat altos,
Semianimémque ſinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atque atros ſiccabat veſte cruores.
Illa graueis oculos c[illegible]ta attollere, rurſus
Deficit: inſixum ſi[illegible]et ſub pectore volnus.
Ter ſe attollens, [illegible]itoque innix[illegible]dit:
[illegible]
Quæſiuit cælo lucem, ingemuitq3 reperta.
Tum Iuno omnipotens longum miſerata dolorem,

* Diffici-

*Difficilesq; obitus, Irim demisit Olympo,
Quæ luctantem animam, nexosque resolueret artus.
Nam, quia nec * fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoque accensa furore,
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cælum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso Sole colores,
Deuolat, & supra caput adstitit: Hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo.
Sic ait, & dextra crinem secat: omnis & vnà
Dilapsus * calor, atque in ventos * vita recessit.

quia non natura, non fato, sed casu perierat. Seruij error.

Homerus in Iliad. 16.

anima recedente, corpus friget. vitam autē pro anima posuit, vt lib. 4. Georg. Tenues nascentem accersere vitas.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. V.

ARGVMENTVM.

Totam AEneæ nauigationem hoc libro exsequitur, ab Africa vsquè in Italiam.

INTEREA medium Æneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctúsque atros Aquilone secabat,
ob Aquilonis flatum. Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flamis. quæ tantum accenderit ignem
Caussa latet: duri magno sed amore dolores
Polluto, notumq́, furens quid femina possit,
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
impropriè. nō enim sunt naues. Vt pelagus tenuere * rates, nec iam amplius vlla
Occurrit tellus, maria vndique, & vndique cælum:
Olli cæruleus supra caput adstitit imber,
Noctem, hiememq́, ferēs, & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidve pater Neptune paras? sic deinde locutus,
vela contrahere, non penitus deponere. infert enim, Obliquatque sinus in ventum. Colligere * arma iubet, validúsq́, incumbere remis;
Obliquat q́, sinus in ventum, ac talia fatur:
Magnanime Æne[illegible]non, si mihi Iupiter auctor
Spondeat, hoc sper[illegible]aliam conti[illegible]cælo.

Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aer.
Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur:

Quoq́,

Quóque vocat, vertamus iter. nec litora longè
Fida reor * fraterna Erycì, portúsque Sicanos:
Si modò ritè memor seruata remetior astra.
Tum pius Æneas: Equidem sic poscere ventos
Iam dudum, & frustrà cerno te tendere contrà:
Flecte viam velis. an sit mihi gratior vlla,
Quóque magis fessas optem dimittere naueis,
Quàm quæ * Dardanium tellus mihi seruat Acesten,
Et patrij Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela secundi.
Intendunt Zephyri. fertur cita gurgite classis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelso miratus vertice montis
Aduentum, sociásque rates, occurrit Acestes,
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ:
Troïa Crinisо conceptum flumine mater
Quem genuit. veterum non immemor ille parentum,
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
Postera cùm primo stellas oriente * fugarat
Clara dies: socios in cœtum litore ab omni
Aduocat Æneas, tumuliq; ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine diuûm,
Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias, diuiniq; ossa parentis
Condidimus terra, mæstáque sacrauimus aras.
Iámque dies, * ni fallor, adest, [illegible] semper acerbum,
Semper honorat[illegible], sic di voluistis, habebo.
[illegible]

Eryx enim Veneris filius.

natum Egesta, Hippotis Troiani filia.

effecerat, vt abiisse viderentur: quæ tamen semper fixæ sunt.

ob confusionem anni, quę erat apud maiores.

[illegible] Argolicóve mari deprens[illegible], & vrbe Mycenæ:
Annua vota tamen, sollemnesq; ordine pompas
Exsequerer, strueréque * suis altaria donis:

congruis.

Nunc vltrò ad cineres ipsius, & ossa parentis,
Haud equidem sine mente, reor, sine numine diuûm
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem,*
Poscamus ventos, atque hæc me sacra quotannis
Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naueis: adhibete Penateis
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.
Præterea, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisq́ retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina classis:
Quiq́ pedum cursu valet, & qui viribus audax,
Aut iaculo incedit melior, leuibúsve sagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu:*
Cuncti adsint, meritæq́ exspectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Sic fatus, velat materna tempora myrto:*
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Acestes,
Hoc puer Ascanius: sequitur quos cetera pubes.
Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
** Heic duo ritè mero libans carchesia Baccho,*
Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro,*
Purpureósque iacit flores, ac talia fatur:
Salue sancte parens: iterum saluete recepti
Nequiquam cinere[illegible] animæq́, Vmbræq́ paternæ.
Non licuit fineis [illegible], fataliáque [illegible].
[illegible]
Dixerat hæc: [illegible] ab imis
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras:

non dicit, exequias. vult enim quasi à numine ventos posci.

duro.

Veneri dicata.

Homerus in Iliad. 250. victimarum.

quatuor enim esse in homine animas, vegetatiuam, vitalem, sensualem, intellectualē, philosophi dixe-

Cæruleæ

Caruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerso Sole colores.
Obstupuit visu Æneas. ille agmine longo
Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens,
** Libauitq́; dapes, rursúsque innoxius imo* — leuiter gustauit.
Succeßit tumulo, & depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
Incertus Geniúmne loci, famulúmne parentis
*Esse putet. cædit * quinas de more bidenteis,* — Homerus in Iliad. 250.
Tótque sues, totidem nigranteis terga iuuencos:
Vináque fundebat pateris, animámque vocabat — Homerus in Iliad. 251.
Anchisæ magni, Maneisq́; Acheronte remissos.
Necnon & socij, quæ cuique est copia, lati
Dona ferunt, onerántque aras, mactantq́; iuuencos.
Ordine aëna locant alij, fusiq́; per herbam
Subiiciunt veribus prunas, & viscera torrent.
Exspectata dies aderat, nonámque serena
Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant:
** Famáque finitimos, & clari nomen Acestæ* — Homerus in Iliad. 252.
Excierat: læto complerant litora cœtu,
Visuri Æneadas: pars & certare parati.
Munera principiò ante oculos, circóque locantur
*In medio, * sacri tripodes, viridésque coronæ,* — quales sacrati solent.
Et palmæ, pretium victoribus, armáque, & ostro
Perfusæ vestes, argenti, auriq́; talenta:
*Et tuba * commissos medio can[illegible]aggere ludos.* — inceptos. sic, pugnam committere.
Prima pares ineunt grauibus [illegible]mina remis
[illegible] delectæ [illegible]arinæ.
[illegible]elocem Mnestheus [illegible]
Mox Italus Mnestheùs genus à quo nomine Memn[illegible],
Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram,

Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt: terno consurgunt ordine remi.
Sergestúsque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scyllâque Cloanthus
nigra. nam cæruleum ad nigrum vergit.
* *Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti:*
Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Litora, quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hiberni condunt vbi sidera Cori:
Tranquillo silet, immotáque attollitur vnda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Heic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis, pater: vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.
Tum loca sorte legunt, ipsíq; in puppibus auro
non gubernatores, sed domini.
* *Ductores longè effulgent, ostróque decori.*
Cetera populea velatur fronde iuuentus,
Nudatósque humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentáque brachia, remis
Intenti, exspectant signum, exsultantiáque haurit
Corda pauor pulsans, laudúmque arrecta cupido.
Inde, vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes;
Haud mora, prosiluere suis: ferit æthera clamor
Nauticus: adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos, totúmque dehiscit
Conuolsum remis, rostrisq; tridentibus æquor.
Homerus in Iliad. 256.
* *Non tam præcipites biiugo certamine campum*
Corripuere, ruúntq; effusi carcere currus:
Largè effusa.
Nec sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussere iugis, pronique in verbera pendent:

Consonat omne nemus: vocémque inclusa volutant
Litora: pulsati colles clamore resultant.

Effugit

Effugit ante alios, primúsque elabitur vndis
*Turbā inter, fremitumq́; Gyas: quē deinde Cloāthus
Consequitur, melior remis: sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine Pristis,
Centaurúsque locum tendunt superare * priorem.
Et nunc Pristis habet, nunc victam præterit ingens
Centaurus: nunc vnà ambæ, iunctisq́; feruntur
Frontibus, & longa sulcant vada salsa carina.
Iámque propinquabant scopulo, metámque tenebant:
Cùm princeps, medióque Gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menœten:
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,
Litus ama, & læuas stringat sine palmula cautes:
Altum alij teneant. dixit. sed * cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuersus abis? iterum! pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauémque Gyæ, scopulósque * sonanteis,
Radit iter læuum interior, subitúsque priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens:
Nec lacrymis caruere genæ: segnémque Menœten,
Oblitus decorisq́; sui, * sociumque salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister:
Hortatúrque viros, clauúmqu[illegible]d litora torquet.
At grauis, vt fundo vix tand[illegible]dditus imo est
[illegible]
Summa petit scopuli, siccáque in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri, & risere natantem:
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.

id est, in ipso principio.

id est, tertiū. nā Gyas primus, Cloanthus secūdus.

Homerus in Iliad. 255.

Homerus in Iliad. 254.

quorum salus agebatur, defecto gubernatore.

Heic læta extremis spes est accensa duobus
Sergesto, Mnestheóque, Gyan superare morantem.*
Sergestus capit antè locum, scopulóque propinquat:
Nec tota tamen ille prior præeunte carina:
Parte prior: partem rostro premit æmula Pristis.
** At media socios incedens naue per ipsos*
Hortatur Mnestheùs: Nunc nunc insurgite remis
Hectorei socij, Troiæ quos sorte suprema
*Delegi comites: * nunc illas promite vires,*
Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus vsi,
** Ionióque mari, Maleæq́ sequacibus vndis.*
Non iam prima peto Mnestheùs; neq́ vincere certo:
(Quamquã ô) sed superent, quib. hoc Neptune dedisti.
Extremos pudeat rediisse. hoc vincite ciues,
*Et prohibete nefas. * Olli certamine summo*
*Procumbunt: vastis tremit ictibus * ærea puppis,*
Subtrahiturq́ solum. tum creber anhelitus artus,
Aridáque ora quatit: sudor fluit vndique riuis.
Attulit ipse viris optatum casus honorem.
Namque furens animi, dum proram ad saxa suburget
Interior, spatióque subit Sergestus iniquo:
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
*Concussæ cautes, & acuto in * murice remi*
Obnixi crepuere, illisaq́ prora pependit.
*Consurgunt nautæ, & magno clamore * morantur,*
Ferratasq́ sudes, & acuta cuspide contos
Expediunt: fractósq[illegible] legunt in gurgite remos.
At lætus Mnestheù[illegible] [illegible]ccessuq́ acrior ipso,
Agmine remorum [illegible] ventisq́.
** Pro[illegible] [illegible] apertis.*
Qualis spelunca subitò commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,

Inscitia gubernantis.

Homerus in Iliad. 254.

Homerus in Iliad. 182.

iuxta Charybdim.

Homerus in Iliad. 255. non re vera ærea, sed firma, fortis. vt, Iunctos temo trahat æreus orbes.

saxi acumini.

retro agunt.

vicina litoribus. vnde altum est longè positum.

Fertur

Fertur in arua volans, plausúmque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre lapsa quieto
** Radit iter liquidum, celereis neque commouet alas.* secat purum aërem.
Sic Mnestheùs, sic ipsa fuga secat vltima Pristis
Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primùm in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibúsque vadis, frustraq́ vocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsámque ingenti mole Chimæram
Consequitur. cedit, quoniam spoliata magistro est.
Solus iámque ipso superest in fine Cloanthus:
Quem petit, & summis annixus viribus vrget.
** Tum verò ingeminat clamor, cunctiq́ sequentem* Homerus in Iliad. 260.
Instigant studiis: resonat clamoribus æther.
Hi proprium decus, & partum indignantur honorem,* quasi iam certum, victoria parta.
Ni teneant: vitámque volunt pro laude pacisci.
Hos successus alit: possunt, quia posse videntur.
Et fors æquatis cepissent præmia rostris,
*Ni * palmas Ponto tendens vtrasque Cloanthus,* pro, palmam vtramque.
Fudissétque preces, diuósque in vota vocasset:
Di, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in litore taurum
*Constituam ante aras voti * reus, exstaq́ salsos* * debitor. vnde vota soluẽtes, dicimus absolutos. hinc illud in Bucol. Dãnabis tu quoque votis, id est, reos facies.
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Dixit, eumq́ imis sub fluctibus audiit omnis
Nereïdum, Phorciq́ chorus, Panopeaque virgo,
Et pater ipse manu magna Po[illegible]nus euntem
Impulit. illa N[illegible]o citius, volu[illegible] sagitta
[illegible]
[illegible] Anchisa, [illegible]
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridíque aduelat tempora lauro,

Muneráque

Muneráque in naueis ternos aptare iuuencos,
Homerus in Iliad. 238. *Vináque, & argenti magnum dat ferre talentum.*
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit:
Homerus in Iliad. 223. * *Intextúsque puer frondosa regius Ida*
Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat,
volans. *Acer, anhelanti similis: quem * præpes ab Ida*
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequiquam ad sidera tendunt
Custodes, sæuitq; canum latratus in auras.
At qui deinde locum tenuit virtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auróque trilicem
Homerus in Iliad. 261. *Loricam, * quam Demoleo detraxerat ipse*
Victor, apud rapidum Simoënta sub Ilio alto,
Donat habere viro decus, & tutamen in armis.
Homerus in Iliad. 53. 270. * *Vix illam famuli Phegeùs, Sagarisq; ferebant*
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus cursu palantes Troas agebat.
Homerus in Iliad. 258. * *Tertia dona facit geminos ex ære lebetas,*
Cymbiáque argento perfecta, atque aspera signis.
Homerus in Iliad. 257. * *Iámque adeò donati omnes, opibúsque superbi,*
Puniceis ibant euincti tempora taniis:
id est, virtute. *Cùm sæuo è scopulo multa vix * arte reuolsus,*
Amissis remis, atque ordine debilis vno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Qualis sæpè via depr[illegible]sus in aggere serpens,
Ærea quem obliq[illegible]rota transiit aut grauis ictu
Semineco[illegible]liquit l[illegible]

Nequiquam longos fugien[illegible]at corpore tortus,
Parte ferox, ardensq; oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat

Nexantem

Nexantem nodos, seque in sua membra plicantem.
Tali remigio nauis se tarda mouebat:
** Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.* Homerus in Iliad. 11.
Sergestum Aeneas promisso munere donat,
Seruatam ob nauem lætus, sociósque reductos.
** Olli serua datur, operum haud ignara Mineruæ,* Homerus in Iliad. 256.
Cressa genus Pholoë, geminiq́ sub vbere gnati.* Græca figura: vt illud lib. 8. Qui genus, vnde domo.
Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit
Gramineum in campum, quem collibus vndiq́ curuis
Cingebant siluæ: mediáque in valle theatri
Circus erat, quò se multis cum millibus heros
Consessu medium tulit, exstructóque resedit.
** Heic, qui fortè velint rapido contendere cursu,* Homerus in Iliad. 252.
Inuitat pretiis animos, & præmia ponit.
Vndique conueniunt Teucri, mistiq́ Sicani:
Nisus & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis, viridiq́ iuuenta,
Nisus amore pio pueri. quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores.
Hunc Salius, simul & Patron: quorũ alter Acarnan,* Epirota. Acarnania enim pars Epiri.
Alter ab Arcadia Tegeææ sanguine gentis.
Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopésque,
Assueti siluis, comites senioris Acestæ.
Multi prætereà, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in mediis sic deinde locutus:
Accipite hæc animis, lætásque aduertite menteis:
Nemo ex hoc numero mihi no[illegible]natus abibit.
** Cnossia bi[illegible] leuato luc[illegible]erro* Cretensia. Cnossos enim ciuitas Cretæ.
Omnibus hic erit vnus honos: tres præmia primi
Accipient, flauáque caput nectentur oliua.
** Primus equum phaleris insignem victor habeto:* Homerus in Iliad. 252.

Alter

quasi Amazoniam. vsitata figura.

*Alter * Amazoniam pharetram, plenámque sagittis*
Threiciis: lato quam circùm amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.

Il. 254. 260.

Hæc vbi dicta, locum capiunt, signóque repentè
Corripiunt spatia audito, liménque relinquunt

intuentur: auiditate vincendi.

*Effusi nimbo similes: simul vltima * signant.*
Primus abit, longéque ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.

sic Cic. locutus in Bruto.

*Proximus huic, * longo sed proximus interuallo,*
Insequitur Salius; spatio pòst deinde relicto
Tertius Euryalus.

Homerus in Iliad. 254.

*Euryalúmque Helymus sequitur: * quo deinde sub ipso*
Ecce volat, calcémque terit iam calce Diores,

flexo humero.

*Incumbens * humero: spatia & si plura supersint,*
Transeat elapsus prior, ambiguúmve relinquat.
Iámque ferè spatio extremo, fessiq; sub ipsam
Finem aduentabant: leui cùm sanguine Nisus
Labitur infelix: cæsis vt fortè iuuencis
Fusus humum, virideisq; super madefecerat herbas.
Heic iuuenis iam victor ouans vestigia presso
Haud tenuit titubata solo: sed pronus in ipso
Concidit, immundóque fimo, sacróque cruore.

turpitudinem plurali numero Seruius ait significari: sed errat. nam legimus in Cicerone, Pompeius, amores nostri: &, Est mihi in amoribus.

*Non tamen Euryali, non ille oblitus * amorum:*
Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens:
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus, & [illegible]unere victor amici
Prima tenet, plausú[illegible] volat, fremitúque secundo.
Pòst Helymus subit[illegible] nunc tertia [illegible] Di[illegible]
Heic [illegible] ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet,
Ereptúmque dolo reddi sibi poscit honorem.

Tutatur

Tutatur fauor Euryalum, lacrymaq́; decoræ,
Gratior & pulcro veniens in corpore virtus.
Adiuuat, & magna proclamat voce Diores:
Qui subiit palmæ, frustráque ad præmia vênit
Vltima, si primi Salio redduntur honores.
Tum pater Aeneas, Vestra, inquit, munera vobis
Certa manent pueri, & palmam mouet ordine nemo:
Me liceat casum miserari insontis amici.
*Sic fatus, * tergum Gætuli immane leonis* — pro, tergus.
*Dat Salio, villis * onerosum, atque vnguibus aureis.* — plus est, quã, oneratum.
Heic Nisus, si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso
*Digna dabis? primam merui qui * laude coronam:* — id est, virtute.
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset.
Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo
*Turpia membra fimo. * risit pater optimus olli,* — Homerus in Iliad. 257.
Et clypeum efferri iussit Didymaonis arteis,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
** Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.* — Homerus in Iliad. 257.
** Pòst vbi confecti cursus, & dona peregit:* — Homerus in Iliad. 259.
Nunc si cui virtus, animusq́; in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
*Victori velatum * auro, vittisq́; iuuencum:* — solent etiam habere laminas quasdam auratas. vnde illud Aurata iuuencum.
Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.
Nec mora; continuò vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnóque virûm [illegible] murmure tollit:
Solus qui Paridem solitus com[illegible]ere contra:
Idémque a[illegible]lum, quo m[illegible]ius occubat Hector,
[illegible]
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
*Perculit, & fulua * moribundum extendit arena.* — morienti similem.

Talis

Talis prima Dares caput altum in prœlia tollit,
Ostenditq́; humeros latos, alternáque iactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibúsque inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctósque putans excedere palma,
** Æneæ stetit ante pedes: nec plura moratus,*
Tum læua taurum cornu tenet, atque ita fatur:
Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ,
Quæ finis standi? quò me decet vsque teneri?
Ducere dona iube. cuncti simul ore fremebant
*Dardanidæ, * reddiq́; viro promissa iubebant.*
Heic grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proxumus vt viridante toro conſederat herbæ:
Entelle, heroum quondam fortissime frustrà,
Tantáne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? vbi nunc nobis deus ille magister
Nequiquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
*Trinacriam, & * spolia illa tuis pendentia tecta?*
Ille sub hæc: Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentq́; effetæ in corpore vires.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quáque improbus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidem pretio inductus, pulcróque iuuenco
Venissem: nec dona moror. sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit: quibus acer Eryx in prœlia suetus
Ferre manum, duro [illegible]
Obstupuere animis [illegible]
Terga boum plumbo insuto, ferróque rigebant.
Ante omneis stupet ipse Dares, longéque recusat:

Homerus in Iliad. 75.
Homerus in Iliad. 37.
quasi debita. Homerus in Iliad. 75.
Homerus in Iliad. 141.
Homerus in Iliad. 75.
Seruius ait ad homines referri, & ideo distinguendū, nō ad boues.

Magna-

Magnanimusq; Anchisiades & pondus, & ipsa
Huc illuc vinctorum immensa volumina versat.
Tum senior talem referebat pectore voces:
Quid, si quis cæstus ipsius & Herculis arma
Vidisset, tristémque hoc ipso in litore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:
** Sanguine cernis adhuc, sparsóque infecta cerebro.* Erycis, & Herculis decisi.
His magnum Alciden contra stetit: his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed, si nostra Dares hæc Troius arma recusat,
*Idq; pio sedet Æneæ, probat * auctor Acestes,* huius certaminis.
Æquemus pugnas: Erycis tibi terga remitto,
Solue metus, & tu Troianos exue cæstus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosq;
Exuit, atque ingens media consistit arena.
Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplò arrectus uterque,
** Brachiaq; ad superas interritus extulit auras.* Homerus in Iliad. 23.
Abduxere retrò longè capita ardua ab ictu:
Immiscent q; manus manibus, pugnamq; lacessunt.
Ille pedum melior motu, fretusq; iuuenta:
*Hic * membris, & * mole valens; sed tarda trementi* pro, membrorum mole: vt molemque, & moutes.
Genua labant: vastos quatit æger anhelitus artus.
*Multa viri nequiquam inter se * uera iactant,*
*Multa cauo lateri ingeminant, * pectore vastos*
[illegible]
[illegible] grauis Entellus, nisúque immotus eodem,
*Corpore * tela modò, atque oculis vigilantibus exit.* ictus

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. V.

ARGVMENTVM.

Totam AEneæ nauigationem hoc libro exsequitur, ab Attica vsquè in Italiam.

ab Aquilonis flatum.

INTEREA medium Æneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctúsque atros Aquilone secabat,
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elissæ
Collucent flamis. quæ tantum accenderit ignem
Caussa latet: duri magno sed amore dolores
Polluto, notumq́; furens quid femina possit,
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
Impropriè. nõ enim sunt naues. Vt pelagus tenuere * rates, nec iam amplius vlla
Occurrit tellus, maria vndique, & vndique cælum:
Olli cæruleus supra caput adstitit imber,
Noctem, hiememq́; ferẽs, & inhorruit vnda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidve pater Neptune paras? sic deinde locutus,
vela contrahere, non penitus deponere. infert enim, Obliquatque sinus in ventum. Colligere * arma iubet, validisq́; incumbere remis;
Obliquat q́; sinus in ventum, ac talia fatur:
Magnanime Æne[illegible]non, si mihi Iupiter auctor
Spondeat, hoc sper[illegible]taliam conti[illegible]er cælo.

Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum
Sufficimus. superat quoniam fortuna, sequamur:

Quoq́;

Quóque vocat, vertamus iter: nec litora longè
*Fida reor * fraterna Erycis, portúsque Sicanos:* Eryx enim Veneris filius.
Si modò ritè memor seruata remetior astra.
Tum pius Æneas: Equidem sic poscere ventos
Iam dudum, & frustrà cerno te tendere contrà:
Flecte viam velis. an sit mihi gratior vlla,
Quóque magis fessas optem dimittere naueis,
*Quàm quæ * Dardanium tellus mihi seruat Acesten,* natum Egesta, Hippotis Troiani filia.
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hæc vbi dicta, petunt portus, & vela secundi.
Intendunt Zephyri. fertur cita gurgite classis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelso miratus vertice montis
Aduentum, sociásque rates, occurrit Acestes,
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ:
Troïa Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit. veterum non immemor ille parentum,
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
*Postera cùm primo stellas oriente * fugarat* effecerat, vt abiisse viderentur: quæ tamen semper fixæ sunt.
Clara dies: socios in cœtum litore ab omni
Aduocat Æneas, tumuliq; ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine diuûm,
Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias, diuiniq; ossa parentis
Condidimus terra, mæstásque sacrauimus aras.
*Iámque dies, * ni fallor, adest, [illegible]m semper acerbum,* ob confusionem anni, quę erat apud maiores.
Semper honorat[illegible]m, sic di vol[illegible] habebo.
[illegible]

Argolicóve mari deprensus, & vrbe Mycenæ:
Annua vota tamen, sollemneisq; ordine pompas
*Exsequerer, struerémque * suis altaria donis.* congruis.

Nunc vltrò ad cineres ipsius, & ossa parentis,
Haud equidem sine mente, reor, sine numine diuûm
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Ergo agite, & cuncti laetum celebremus * *honorem,*
Poscamus ventos, atque haec me sacra quotannis
Vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naues: adhibete Penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.
Praeterea, si una diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisq; retexerit orbem,
Prima citae Teucris ponam certamina classis.
Quiq; pedum cursu valet, & qui viribus audax,
Aut iaculo incedit melior, leuibúsve sagittis,
Seu * *crudo fidit pugnam committere caestu*
Cuncti adsint, meritaq; exspectent praemia palmae.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Sic fatus, velat * *materna tempora myrto.*
Hoc Helymus facit, hoc aui maturus Acestes,
Hoc puer Ascanius: sequitur quos cetera pubes.
Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Heic duo rite mero libans carchesia Bacchi,
Fundit humi, duo lacte nouo, duo * *sanguine sacro,*
Purpureósque iacit flores, ac talia fatur:
Salue sancte parens: iterum saluete recepti
Nequiquam cineres animaq; Vmbraq; paterna.
Non licuit finis [illegible] fataliáque mea.
[illegible]
Dixerat haec: adytis cum [illegible]
Septem ingens gyros, septena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapsúsque per aras:

Carulea

non dicit, exequias. vult enim quasi à numine ventos petit.

duro.

Veneri dicata.

Homerus in Iliad. 23. victimarum.

quatuor enim esse in homine animas, vegetatiuam, vitalem, sensualem, intellectualé, philosophi dixe-

Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerso Sole colores.
Obstupuit visu Æneas. ille agmine longo
Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens,
** Libauitq; dapes, rursúsque innoxius imo* leuiter gustauit.
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
Incertus Geniúmne loci, famulúmne parentis
*Esse putet. cædit * quinas de more bidenteis,* Homerus in Iliad. 250.
Tótque sues, totidem nigranteis terga iuuencos:
Vináque fundebat pateris, animámque vocabat Homerus in Iliad. 251.
Anchisæ magni, Manesq; Acheronte remissos.
Necnon & socij, quæ cuique est copia, læti
Dona ferunt, onerántque aras, mactantq; iuuencos.
Ordine aëna locant alij, fusiq; per herbam
Subiiciunt veribus prunas, & viscera torrent.
Exspectata dies aderat, nonámque serena
Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant:
** Famáque finitimos, & clari nomen Acestæ* Homerus in Iliad. 252.
Exciuerat: læto complerant litora cœtu,
Visuri Æneadas: pars & certare parati.
Munera principiò ante oculos, circóque locantur
*In medio, * sacri tripodes, viridésque coronæ,* quales sacrari solent.
Et palmæ, pretium victoribus, armáque, & ostro
Persusæ vestes, argenti, auriq; talenta:
*Et tuba * commissos medio can[illegible] aggere ludos.* inceptos. sc. pugnam committe.
Prima pares ineunt grauibus c[illegible]amina remis
[illegible] e[illegible] delectæ c[illegible] arinæ.
[illegible]
Mox Italus. Mnestheus genus à quo nomine Memm[illegible],
Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram,

Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt: terno consurgunt ordine remi.
Sergestúsque, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scyllâque Cloanthus
nigra. nam cæruleum ad nigrum vergit. * Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti:
Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Litora, quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hiberni condunt vbi sidera Cori:
Tranquillo silet, immotáque attollitur vnda
Campus, & apricus statia gratissima mergis.
Heic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit, signum nautis, pater: vnde reuerti
Scirent, & longas vbi circumflectere cursus:
Tum loca sorte legunt, ipsíq; in puppibus auro
non gubernatores, sed domini. * Ductores longè effulgent, ostróque decori.
Cetera populea velatur fronde iuuentus,
Nudatósque humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentáque brachia, remis
Intenti, exspectant signum, exsultantiáque haurit
Corda pauor pulsans, laudúmque arrecta cupido.
Inde, vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes;
Haud mora, prosiluere suis: ferit aethera clamor
Nauticus: adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos, totúmque dehiscit
Conuolsum remis, rostrisq; tridentibus aequor.
Homerus in Iliad. 23. * Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuere, ruúntq; effusi carcere currus:
largè effusa. Nec sic immissis aurigæ * vndantia lora
Concussere iugis, pronique [illegible] verbere [illegible]
[illegible]
Consonat omne nemus: vocémque inclusa volutant
Litora: pulsati colles clamore resultant.

Effugit

Effugit ante alios, primúsque elabitur vndis
**Turbã inter, fremitumq; Gyas: quẽ deinde Cloãthus* id est, in ipso principio.
Consequitur, melior remis: sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine Pristis,
*Centaurúsque locum tendunt superare * priorem.* id est, tertiũ. nã Gyas primus, Cloanthus secũdus.
Et nunc Pristis habet, nunc victam præterit ingens
Centaurus: nunc vnà ambæ, iunctisq; feruntur
Frontibus, & longa sulcant vada salsa carina.
Iámque propinquabant scopulo, metámque tenebant:
Cùm princeps, medióque Gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menœten:
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,
Litus ama, & læuas stringat sine palmula cautes:
*Altum alij teneant. dixit. sed * cæca Menœtes* Homerus in Iliad. 255.
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quò diuersus abis? iterum! pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
*Ille inter nauémque Gyæ, scopulósque * sonanteis,* Homerus in Iliad. 254.
Radit iter læuum interior, subitúsque priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens:
Nec lacrymis caruere genæ: segnémque Menœten,
*Oblitus decorisq; sui, * sociumque salutis,* quorum salus agebatur, deiecto gubernatore.
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse gubernaclo rector subit; ipse magister:
Hortatúrque viros, clauúmque ad litora torquet.
At grauis, vt fundo vix tandem redditus imo est
[illegible]
Summa petit scopuli, siccáque in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri, & risere natantem:
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.

Heic læta extremis spes est accensa duobus
Sergesto, Mnestheóque, Gyan superare * morantem.
Sergestus capit antè locum, scopulóque propinquat:
Nec tota tamen ille prior præeunte carina:
Parte prior: partem rostro premit æmula Pristis.
* At media socios incedens naue per ipsos
Hortatur Mnestheus: Nunc nunc insurgite remis
Hectorei socij, Troiæ quos sorte suprema
Delegi comites: * nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus vsi,
* Ionióque mari, Maleæq; sequacibus vndis.
Non iam prima peto Mnestheus; neq; vincere certo:
(Quamquã ô) sed superent, quib. hoc Neptune dedisti.
Extremos pudeat rediisse. hoc vincite ciues,
Et prohibete nefas. * Olli certamine summo
Procumbunt: vastis tremit ictibus * ærea puppis,
Subtrahiturq; solum. tum creber anhelitus artus,
Aridáque ora quatit: sudor fluit vndique riuis.
Attulit ipse viris optatum casus honorem.
Namque furens animi, dum proram ad saxa suburget
Interior, spatióque subit Sergestus iniquo:
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
Concussæ cautes, & acuto in * murice remi
Obnixi crepuere, illisáq; prora pependit.
Consurgunt nautæ, & magno clamore * morantur,
Ferratasq; sudes, & acuta cuspide contos
Expediunt: fractósq; [illegible] legunt in gurgite remos.
At lætus Mnestheus [illegible]ccessuq; acrior ipso,
Agmine remorum [illegible]i ventisq; [illegible]
* Pro[illegible]
Qualis spelunca subitò commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,

inscitia gubernantis.

Homerus in Iliad. 254.

Homerus in Iliad. 182.

iuxta Charybdim.

Homerus in Iliad. 255. non re vera ærea, sed firma, fortis. vt, Iunctos temo trahat æreus orbes.

saxi acumini.

retro agunt.

vicina litoribus. vnde altum est longe positum.

Fertur

Fertur in arua volans, plausúmque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: mox aëre lapsa quieto
** Radit iter liquidum, celereis neque commouet alas.* secat purum aërem.
Sic Mnestheùs, sic ipsa fuga secat vltima Pristis
Æquora, sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primùm in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibúsque vadis, frustraq́ vocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsámque ingenti mole Chimæram
Consequitur. cedit, quoniam spoliata magistro est.
Solus iámque ipso superest in fine Cloanthus:
Quem petit, & summis annixus viribus vrget.
** Tum verò ingeminat clamor, cunctiq́ sequentem* Homerus in Iliad. 260.
Instigant studiis: resonat clamoribus æther.
Hi proprium decus, & partum indignantur honorem,* quasi iam certum, victoria parta.
Ni teneant: vitámque volunt pro laude pacisci.
Hos successus alit: possunt, quia posse videntur.
Et fors æquatis cepissent præmia rostris,
*Ni * palmas Ponto tendens vtrasque Cloanthus,* pro, palmam vtramque.
Fudissétque preces, diuósque in vota vocasset:
Di, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in litore taurum
*Constituam ante aras voti * reus, exstaq́ salsos* * debitor. vnde vota soluẽtes, dicimus absolutos. hinc illud in Bucol. Dãnabis tu quoque votis, id est, reos facies.
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.
Dixit, eumq́ imis sub fluctibus audiit omnis
Nereidum, Phorciq́ chorus, Panopeaque virgo,
Et pater ipse manu magna Po[illegible]nus euntem
Impulit. illa N[illegible]o citius, volu[illegible] sagitta
[illegible] addidit alta.
[illegible]
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridíque aduelat tempora lauro,

Muneráque

Muneráque in naueis ternos aptare iuuencos,
Homerus in Iliad.258. *Vináque, & argenti magnum dat ferre talentum.*
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit:
Homerus in Iliad.223. ** Intextúsque puer frondosa regius Ida*
Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat,
volans. *Acer, anhelanti similis: quem * præpes ab Ida*
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequiquam ad sidera tendunt
Custodes, sæuitq́ canum latratus in auras.
At qui deinde locum tenuit virtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auróque trilicem
Homerus in Iliad.261. *Loricam, * quam Demoleo detraxerat ipse*
Victor, apud rapidum Simoënta sub Ilio alto,
Donat habere viro decus, & tutamen in armis.
Homerus in Iliad.53.270. ** Vix illam famuli Phegeùs, Sagarisq́ ferebant*
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus cursu palanteis Troas agebat.
Homerus in Iliad.258. ** Tertia dona facit geminos ex ære lebetas,*
Cymbiáque argento perfecta, atque aspera signis.
Homerus in Iliad. 257. ** Iámque adeò donati omnes, opibúsque superbi,*
Puniceis ibant euincti tempora tæniis:
id est, virtute. *Cùm sæuo è scopulo multa vix * arte reuolsus,*
Amissis remis, atque ordine debilis vno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Qualis sæpè viæ depr[illegible]sus in aggere serpens,
Ærea quem obliq[illegible] rota transiit aut grauis ictu
Semiuocem liquit [illegible]
Nequiquam longos fugien[illegible] corpore tortus,
Parte ferox, ardensq́ oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat

Nexantem

Nexantem nodos, ſeque in ſua membra plicantem.
Tali remigio nauis ſe tarda mouebat:
* *Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia velis.* Homerus in Iliad. 11.
Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat,
Seruatam ob nauem lætus, ſociósque reductos.
* *Olli ſerua datur, operum haud ignara Mineruæ,* Homerus in Iliad. 256.
Creſſa genus Pholoë, geminiq; ſub vbere gnati.* Græca figura: vt illud lib. 8. Qui genus, vnde domo.
Hoc pius Aeneas miſſo certamine, tendit
Gramineum in campum, quem collibus vndiq; curuis
Cingebant ſiluæ: mediáque in valle theatri
Circus erat, quò ſe multis cum millibus heros
Conſeſſu medium tulit, exſtructóque reſedit.
* *Heic, qui fortè velint rapido contendere curſu,* Homerus in Iliad. 252.
Inuitat pretiis animos, & præmia ponit.
Vndique conueniunt Teucri, miſtiq; Sicani:
Niſus & Euryalus primi.
Euryalus forma inſignis, viridiq; iuuenta,
Niſus amore pio pueri. quos deinde ſecutus
Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.
Hunc Salius ſimul & Patron: quorũ alter Acarnan,* Epirota. Acarnania enim para Epiri.
Alter ab Arcadia Tegeæa ſanguine gentis.
Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopéſque,
Aſſueti ſiluis, comites ſenioris Aceſtæ.
Multi præterea, quos fama obſcura recondit.
Aeneas quibus in mediis ſic deinde locutus:
Accipite hæc animis, lætáſque aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non ornatus abibit.
* *Cnoſſia b[illegible] leuato lu[illegible]* Cretenſia. Cnoſſos enim ciuitas Cretæ.

Omnibus hic erit vnus honos: tres præmia primi
Accipient, flauáque caput nectentur oliua.
* *Primus equum phaleris inſignem victor habeto:* Homerus in Iliad. 252.

Alter

quasi Amazoniam. vsitata figura.

*Alter * Amazoniam pharetram, plenámque sagittis*
Threiciis: lato quam circùm amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.

Il.254.260.

Hæc vbi dicta, locum capiunt, signóque repentè
Corripiunt spatia audito, liménque relinquunt

intuentur: auiditate vincendi.

*Effusi nimbo similes: simul vltima * signant.*
Primus abit, longéque ante omnia corpora Nisus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.

sic Cic. locutus in Bruto.

*Proximus huic, * longo sed proximus interuallo,*
Insequitur Salius; spatio pòst deinde relicto
Tertius Euryalus.

Homerus in Iliad.254.

*Euryalúmque Helymus sequitur: * quo deinde sub ipso*
Ecce volat, calcémque terit iam calce Diores,

flexo humero.

*Incumbens * humero: spatia & si plura supersint,*
Transeat elapsus prior, ambiguúmve relinquat.
Iámque ferè spatio extremo, feßiq; sub ipsam
Finem aduentabant: leui cùm sanguine Nisus
Labitur infelix: cæsis vt fortè iuuencis
Fusus humum, virideisq; super madefecerat herbas.
Heic iuuenis iam victor ouans vestigia presso
Haud tenuit titubata solo: sed pronus in ipso
Concidit, immundóque fimo, sacróque cruore.

turpitudinem plurali numero Seruius ait significari: sed errat. nam legimus in Cicerone, Pompeius, amores nostri: &, Est mihi in amoribus.

*Non tamen Euryali, non ille oblitus * amorum:*
Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens:
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus, & [illegible]unere victor amici
Prima tenet, plausu[illegible] volat, fremitúque secundo.
Pòst Helymus subit[illegible] [illegible]nunc tertia [illegible] Di[illegible]
Hei[illegible] [illegible] ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet,
Ereptúmque dolo reddi sibi poscit honorem.

Tutatur

Tutatur fauor Euryalum, lacrymaq́ decoræ,
Gratior & pulcro veniens in corpore virtus.
Adiuuat, & magna proclamat voce Diores:
Qui subiit palmæ, frustráque ad præmia vênit
Vltima, si primi Salio redduntur honores.
Tum pater Aeneas, Vestra, inquit, munera vobis
Certa manent pueri, & palmam mouet ordine nemo:
Me liceat casum miserari insontis amici.
*Sic fatus, * tergum Gætuli immane leonis* — pro, tergus.
*Dat Salio, villis * onerosum, atque vnguibus aureis.* — plus est, quã, oneratum.
Heic Nisus, si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso
*Digna dabis? primam merui qui * laude coronam:* — id est, virtute.
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset.
Et simul his dictis faciem ostentabat, & vdo
*Turpia membra fimo. * risit pater optimus olli,* — Homerus in Iliad. 257.
Et clypeum efferri iussit Didymaonis arteis,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
** Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.* — Homerus in Iliad. 257.
** Pòst vbi confecti cursus, & dona peregit:* — Homerus in Iliad. 259.
Nunc si cui virtus, animusq́ in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
*Victori velatum * auro, vittisq́ iuuencum:* — solent etiam habere laminas quasdam auratas. vnde illud: Aurata iuuencum.
Ensem, atque insignem galeam, solatia victo.
Nec mora; continuò vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnóque virûm [illegible] murmure tollit:
Solus qui Paridem solitus cont[illegible]ere contra:
Idémque a[illegible]ulum, quo m[illegible]mus occubat Hector,
[illegible]
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
*Perculit, & fulua * moribundum extendit arena.* — morienti similem.

Talis

Talis prima Dares caput altum in prœlia tollit,
Ostenditq; humeros latos, alternáque iactat
Homerus in Iliad.75. *Brachia protendens, & verberat ictibus auras.*
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibúsque inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctósque putans excedere palma,
Homerus in Iliad.37. ** Aeneæ stetit ante pedes: nec plura moratus,*
Tum læua taurum cornu tenet, atque ita fatur:
Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ,
Quæ finis standi? quò me decet vsque teneri?
Ducere dona iube. cuncti simul ore fremebant
quasi debita. Homerus in Iliad.75. *Dardanidæ, * reddiq; viro promissa iubebant.*
Heic grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus vt viridante toro consederat herbæ:
Entelle, heroum quondam fortissime frustrà,
Tantáne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? vbi nunc nobis deus ille magister
Nequiquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Homerus in Iliad.141. *Trinacriam, & * spolia illa tuis pendentia tectis?*
Ille sub hæc: Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu: sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentq; effetæ in corpore vires.
Homerus in Iliad.75. *Si mihi, quæ quondam fuerat, quáque improbus iste*
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta:
Haud equidem pretio inductus, pulcróque iuuenco
Venissem: nec dona moror. sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit: quibus acerr[illegible] Eryx in prœlia suetus
Ferre manum, duro[illegible] intendere tergo.
Seruius ait ad homines referri, & ideo distinguendu, nõ ad boues. *Obstupuere [illegible]*
Terga boum plumbo insuto, ferróque rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares, longéque recusat:

Magna-

Magnanimusq́ Anchisiades & pondus, & ipsa
Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.
Tum senior taleis referebat pectore voces:
Quid, si quis cæstus ipsius & Herculis arma
Vidisset, tristémque hoc ipso in litore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:
** Sanguine cernis adhuc, sparsóque infecta cerebro.* Erycis, ab Hercule decisi.
His magnum Alceiden contra stetit: his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed, si nostra Dares hæc Troius arma recusat,
*Idq́ pio sedet Æneæ, probat * auctor Acestes,* huius certaminis.
Aequemus pugnas: Erycis tibi terga remitto,
Solue metus, & tu Troianos exue cæstus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosq́
Exuit, atque ingens media consistit arena.
Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplò arrectus vterque,
** Brachiaq́ ad superas interritus extulit auras.* Homerus in Iliad. 259.
Abduxere retrò longè capita ardua ab ictu:
Immiscentq́ manus manibus, pugnamq́ lacessunt.
Ille pedum melior motu, fletusq́ iuuenta:
*Hic * membris, & * molè valens; sed tarda trementi* pro, membrorum mole: vt molemque, & montes.
Genua labant: vastos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri nequiquam inter se [illegible]nera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, [illegible] pectore vastos
D[illegible]
[illegible]
[illegible]at grauis Entellus, nisúque immotus eodem,
*Corpore * tela modò, atque oculis vigilantibus exit.* ictus.

Ille, velut celsam oppugnat qui molibus vrbem,
pro, circumsidet. *Aut montana * sedet circum castella sub armis,*
Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus vrget,
Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Homerus in Iliad.743. ** Præuidit, celeriq; elapsus corpore cessit.*
Entellus vires inventum effudit: & vltrò
Ipse grauis, grauitérque ad terram pondere vasto
Homerus in Iliad,181. *Concidit: *vt quondam caua cōcidit aut Erymantho,*
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Consurgunt studiis Teucri, & Trinacria pubes:
It clamor cælo, primusque accurrit Acestes,
Aequauúmque ab humo miserans attollit amicum.
Homerus in Iliad.52. ** At non tardatus casu, neque territus heros,*
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus:
motu celerē. ** Præcipitémque Daren ardens agit æquore toto,*
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
Nec mora, nec requies. quàm multa grandine nimbi
Culminibus crepitant: sic densis ictibus heros
Creber vtraque manu pulsat, versatque Dareta.
Homerus in Iliad.260. ** Tum pater Aeneas procedere longiùs iras,*
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit pugnæ, fessumque Dareta
Eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur:
Homerus in Iliad.75. ** Infelix, quæ tant[illegible]nimum dementia cepit?*
Non vires alias, co[illegible]rsaque numina sentis?
Cede deo: dixitq[illegible] prælia voce [illegible]
Ast illum fidi æquales genua ægra trahentem,
Iactantémque vtroque caput, craßúmque cruorem
Ore reiectantem, mistósque in sanguine denteis,

Ducunt

*Ducunt ad naueis: galeámque, ensémque * vocati* — sponte enim non veniebat, pudore Daretis victi.
Accipiunt: palmam Entello, taurúmque relinquunt.
Heic victor superans animis, tauróque superbus,
Nate dea, vósque hæc, inquit, cognoscite Teucri,
*Et mihi quæ fuerint * iuuenili in corpore vires,* — Carisius legendum ait, iuuenali.
Et quà seruetis reuocatum à morte Daretæ.
Dixit, & aduersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ, durósque reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus
Arduus, effractóque illisit in ossa cerebro.
** Sternitur, exanimisq; tremens procumbit humi bos.* — Homerus in Iliad. 34.
Ille super taleis effudit pectore voces:
Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis
Persoluo: heic victor cæstus, artémque repono.
** Protinus Æneas celeri certare sagitta* — Homerus in Iliad. 262.
Inuitat, qui fortè velint, & præmia ponit,
Ingentiq; manu malum de naue Serésti
*Erigit, & volucrem * traiecto in fune columbam,* — pro extenso.
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
*Conuenêre viri: * deiectámque area sortem* — Homerus in Iliad. 262.
Accepit galea: & primus clamore secundo
Hyrtacidæ antè omneis exit locus Hippocoontis:
Quem modò nauali Mnestheùs certamine victor
Consequitur; viridi Mnestheùs euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ô clarissime frater
*Pandare: qui quondam * iussus confundere fœdus,* — à Minerua.
In medios telum torsisti primus [illegible] hiuos.
Extremus, galeáque ima subsedi[illegible]estes,
[illegible]
[illegible] valida flexos [illegible] viribus arcus — Incuruos flectunt, debuit dicere.
[illegible]ro se quisque viri, & depromunt tela pharetris.
[illegible]rimáque per cælum, neruo stridente, sagitta

Hyrtacidæ iuuenis volucreis diuerberat auras:
Et venit, aduersiq; infigitur arbore mali.
Intremuit malus, timuitq; exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Homerus in Iliad, 261. — * Pòst acer Mnestheùs adducto constitit arcu
Alta petens, pariterque oculos, telúmque tetendit.
quia victoria caruit. — Ast ipsam * miserandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos, & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa Notos, atque atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iam dudum arcu contenta parato
nam apud Lycios colebatur quasi heros. — Tela tenens, fratrem Eurytion in * vota vocauit:
Iam vacuo lætam cælo speculatus, & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, vitámque reliquit in astris
Aëriis, fixámque refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes:
Qui tamen ætherias telum contorsit in auras,
in gestu manifestam. — Ostentans * artem pariter, arcúmque sonantem.
Heic oculis subitò obiicitur, magnóque futurum
Augurio monstrum: docuit pòst exitus ingens;
grauia: vt Salustius, Serum bellum in angustiis futurũ. — * Seráque terrifici cecinerunt omina vates.
Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo,
Signauitq; viam flammis, tenuesq; recessit
Consumta in ventos: cælo ceu sæpè refixa
Transcurrunt, crinémque volantia sidera ducunt.
Attonitis hæsere a[illegible]nis, Superósque precati
Trinacrij, Teucri[illegible]ri: nec maximus omen
[illegible]
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur:
percipe. — * Sume pater: nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspiciis exsortem ducere honorem:

Ipsius

Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis,
** Cratera impressum signis: quem Thracius olim* Homerus in Iliad. 67.
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumentum, & pignus amoris.
*Sic fatus, cingit * viridanti tempora lauro;* participium sine verbi origine.
Et primùm ante omneis victorem appellat Acesten.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori:
Quamuis solus auem calo deiecit ab alto.
*Proximus ingreditur * donis, qui vincula rupit;* ad dona.
Extremus, volucri qui fixit arundine malum.
At pater Æneas non dum certamine misso,
Custodem ad sese, comitémque impubis Iuli
Epytiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem:
Vade agè, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursúsque instruxit equorum,
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis,
Dic, ait. ipse omnem longo decedere circo
*Infusum populum, & campos * iubet esse patenteis.* iubet populum discedere, vt campus pateat.
Incedunt pueri, paritérque ante ora parentum
Frenatis lucent in equis: quos omnis eunteis
Trinacriæ mirata fremit Troiæq; iuuentus.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro:
Pars leueis humero pharetras. it pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, terniq; vagantur
Ductores: pueri bis seni quemq; secuti;
*Agmine parti[illegible] [illegible]lgent; paribu[illegible] * magistris* equitum enim dicebantur magistri.

[illegible]omen aui referens Priamus, tua [illegible]
[illegible]rogenies, auctura Italos: quem Thracius albis
*Portat equus bicolor maculis, * vestigia primi* Homerus in Iliad. 255.

Alba pedis, frontémque ostentans arduus albam.
Alter Atys, genus vnde Atyi duxere Latini:
Paruus Atys, pueróque puer dilectus Iulo.

ordine extremus, forma primus.

** Extremus, formáque ante omneis pulcer Iulus*
Sidonio est inuectus equo: quem candida Dido
Esse sui dederat monumentum & pignus amoris.
Cetera Trinacriis pubes senioris Acestæ
Fertur equis.

gloriæ cupiditate.

*Excipiunt plausu * pauidos, gaudéntque tuentes*
Dardanidæ, veterúmque agnoscunt ora parentum.
Postquàm omnem læti consessum, oculósque suorum
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Epytides longè dedit, insonuitq́; flagello,
Olli discurrêre pares, atque agmina terni

aciebus. vocati autem; ictu flagelli, id est, virgæ, in morem flagelli sonantis.

*Diductis soluêre choris, rursúsque * vocati*
Conuertêre vias, infestáque tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliósque recursus
Aduersis spatiis, alternósque orbibus orbeis
Impediunt, pugnæq́; cient simulacra sub armis.
Et nunc terga fugæ nudant; nunc spicula vertunt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.

Homerus in Iliad. 143.

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitémque
Mille viis habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error:
Haud aliter Teucrûm gnati vestigia cursu

implicant, intexunt.

** Impediunt; text[illegible]q́; fugas, & prœlia ludo,*
Delphinum simil[illegible]ui per maria [illegible]da nando
[illegible]
Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina prim[illegible]
Ascanius, longam muris cùm cingeret Albam,
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos:

Que

Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troïa pubes,
Albani docuere ſuos. hinc maxima porrò* — post longum interuallum.
Accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem:
Troiáque nunc pueri Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus ſancto certamina patri.
*Heic primùm fortuna fidem * mutata nouauit.* — ſequitur enim Palinuri mors.
Dum variis tumulo referunt ſollemnia ludis,
** Irim de cælo miſit Saturnia Iuno* — Homerus in Iliad. 53. 204.
Iliacam ad claſſem, ventóſque adſpirat eunti,
Multa mouens, nec dum antiquũ exſaturata dolorem.
** Illa viam celerans per mille coloribus arcum,* — Homerus in Iliad. 19.
Nulli viſa cito decurrit tramite virgo.
Conſpicit ingentem concurſum, & litora luſtrat,
Deſertóſque videt portus, claſſémque relictam.
*At procul in * ſola ſecreta Troades acta* — deſerta, ſic Terentius: Venit meditatus è ſolo loco.
Amiſſum Anchiſen flebant, cunctáq; profundum
Pontum adſpectabant flentes, heu, tot vada feſſis.
Et tantum ſupereſſe maris. vox omnibus vna:
Vrbem orant: tædet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias ſeſe haud ignara nocendi
Coniicit, & faciémque deæ, veſtémque reponit.
Fit Beroë, Iſmarij coniux longæua Dorycli,
Cui genus, & quondam nomen, gnatíq; fuiſſent:
Ac ſic Dardanidûm mediam ſe matribus infert:
O miſeræ, quas non manus, inquit, Achaïca bello
Traxerit ad lethum patriæ ſub mœnibus! ô gens
Infelix, cui te exitio fortuna ſeruat?* — nõ regno, ſed exitio.
*Septima poſt Troiæ excidium * vertitur æſtas,*
[illegible]
ſideráque emenſæ ferimur, dum per mare magnum
Italiam ſequimur fugientem, & voluimur vndis.* — alibi, Iã tandem Italiç fugientis prendimus oras.
Heic Erycis fines fraterni, atque hoſpes Aceſtes.

Quid prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem?
O patria, & rapti nequiquam ex hoste Penates,
Nullane iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amneis, Xanthum, & Simoënta videbo?
Quin agitè, & mecum infaustas exurite puppes.
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardenteis dare visa faces: Heic quærite Troiam,
Heic domus est, inquit, vobis: nunc tempus agi res:
in bonam partem vsurpatur. *Nec tantis mora * prodigiis. en quatuor aræ*
Neptuno. deus ipse faces, animúmque ministrat.
Hæc memorans, prima infensum vi corripit ignem,
Sublatáque procul dextra connixa coruscat,
Et iacit. arrectæ mentes, stupefactáque corda
Iliadum. heic vna è multis, quæ maxima natu,
quinquaginta. *Pyrgo, * tot Priami gnatorum regia nutrix:*
Non Beroë vobis, non hæc Rhœteia, matres,
Est Dorycli coniux: diuini signa decoris,
odor: vt, Diuinum vertice odorem Spirauere. *Ardenteisq; notate oculos, qui * spiritus illi,*
Qui voltus, vocisq; sonus, vel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui
Aegram, indignantem tali quòd sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata.
ante cognitum numen. *At matres * primò ancipites, oculisq; malignis*
Ambiguæ spectare rateis, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisq; vocantia regna:
Homerus in Iliad. 204. *Cùm dea se paribus [illegible] cælum sustulit * alis,*
Ingentémque fuga [illegible] sub nubibus arcum.
T[illegible]
Conclamant, rapiuntque [illegible] penetralibus ignem:
Pars spoliant aras, frondem, ac virgulta, facésque
Coniiciunt: furit immissis Volcanus habenis

Transtra

Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes.
Nuntius Anchisæ ad tumulum, cuneósque theatri
Incensas perfert naueis Eumelus: & ipsi
Respiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Ascanius, cursus vt lætus equestreis
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
** Castra, nec exanimes possunt retinere magistri.* classem: vt lib. 3. Nos castra mouemus.
Quis furor iste nouus? quò nunc, quò tenditis, inquit,
Heu miseræ ciues? non hostem, inimicáque castra
Argiuûm, vestras spes vritis. en ego vester
Ascanius: galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
Accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrûm.
Ast illæ diuersa metu per litora passim
Diffugiunt, siluásque, & sicubi concaua furtim
Saxa petunt. piget incepti, lucisq́; suósque
*Mutatæ agnoscunt, excussaque pectore * Iuno est.* furoris caussa.
Sed non iccirco flamæ, atque incendia vires
*Indomitas posuere: * vdo sub robore viuit* aquis vicino.
** Stipa vomens tardum fumum, lentusque carinas* antiquè dixit, est enim à stipando.
Est vapor, & toto descendit corpore pestis:
Nec vires heroum, infusaque flumina prosunt.
** Tum pius Aeneas humeris abscindere vestem,* Homerus in Iliad. 27.
Auxilióque vocare deos, & tendere palmas:
*Iupiter omnipotens, si non dum * exosus ad vnum* antiquè, pro, odisti.
Troianos, si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, da flamam e[illegible]dere classi
Nunc pater, [illegible]nueis Teucrû[illegible]s eripe letho.
[illegible]
[illegible]t mereor, demitte, tuaque heic obrue dextra.
Vix hæc ediderat, cùm, effusis imbribus, atra
*Tempestas * sine more furit, tonitrúque tremiscunt* sine exemplo.

Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisq; nigerrimus Austris,
Implentúrque super puppes; semiusta madescunt
Robora, restinctus donec vapor omnis, & omnes,
Quatuor amissis, seruata à peste carina.
At pater Æneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingenteis, nunc illuc pectore curas
Mutabat, versans Siculisne resideret aruis,
braculorum. *Oblitus * fatorum, Italásne capesseret oras.*
Tum senior Nautes, vnum Tritonia Pallas
virtute. *Quem docuit, multáque insignem reddidit * arte,*
Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
Magna deûm, vel quæ fatorum posceret ordo.
Isq; his Æneam solatus vocibus infit:
Nate dea, quò fata trahunt retrahuntq;, sequamur:
Quidquid erit, SVPERANDA omnis fortuna ferendo est.
natus enim Crinisso fluuio. *Est tibi Dardanius * diuinæ stirpis Acestes:*
Hunc cape consiliis socium, & coniunge volentem:
Huic trade, amissis superant qui naubus, & quos
Pertæsum magni incepti, rerumque tuarum est:
Longæuósque senes, ac fessas aquore matres,
Et quidquid tecum inualidum, metuensq; periclist,
Delige, & his habeant terris sine mœnia fessi:
ab ipso Aceste. *Vrbem appellabunt * permisso nomine Acestam.*
Talibus incensus dictis senioris amici,
Tum verò in curas animus diducitur omneis:
quasi maior cauſa cogitationis. ** Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.*
Visa dehinc cælo f delapsa pater
Gnate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
Care magis, gnate Iliaci exercite fati;
Homerus in Iliad. 15. ** Imperio Iouis huc venio: qui classibus ignem*

Depulit, & cælo tandem miseratus ab alto est.
Consiliis pare, quæ nunc pulcerrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes, fortissima corda,
Defer in Italiam. gens dura, atque* aspera cultu
Debellanda tibi Latio est. Ditis tamen antè
Infernas accede domos, & Auerna per alta
Congressus pete gnate meos. non me impia namque
Tartara habent, tristésque Vmbræ: sed amœna piorum
Concilia, Elysiúmque colo. huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
Tum genus omne tuũ, &, quæ dentur mœnia, discès.
Iámque vale: torquet medios nox humida cursus:
Et me sæuus equis Oriens afflauit anhelis.
Dixerat, & tenuem fugit, ceu fumus, in auras.
Æneas, quò deinde ruis? quò proripis? inquit.
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet;
Hæc memorans, cinerem, & sopitos suscitat igneis,
Pergameúmque Larem, & * cana penetralia Vestæ
Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.
Extemplò socios, primúmque arcessit Acestem,
Et Iouis imperium, & cari præcepta parentis
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consiliis, nec iussa recusat Acestes:
* Transcribunt vrbi matres, populúmque volentem
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.
Ipsi transtra nouant, flamiúq; ambesa reponunt
Robora nauigiis: aptant remós, rudentesq;,
Exigui numero, sed bello viuidi virtus.

vnde lib. 9. Natos ad flumina primum Deferimus, sæuoque gelu duramus, & æstu.

Homerus in Od. 96.

antiquæ, aut ob ignis facultas. Homerus in Iliad. 266.

respexit ad morem Romanũ. transcripti enim in colonias deducebãtur.

Sortitúrque domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes,
Indicitq; * forum, & patribus dat iura vocatis.

locũ, & tempus agendorũ negotiorum: cõuentus qui dicitur.

Tum

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ, tumulóque sacerdos
Et lucus latè sacer additur Anchiseo.
Iámque dies epulata nouem gens omnis & aris
Factus honos: placidi strauerunt æquora venti:
Creber & adspirans rursus vocat Auster in altum.
Exoritur procurua ingens per litora fletus:
Complexi inter se noctémque, diémque morantur.

Homerus in Iliad. 114.

Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam*
Visa maris facies, & non tolerabile numen,

profectionis.

Ire volunt, omnémque fugæ perferre laborem.*
Quos bonus Æneas dictis solatur amicis,
Et consanguineo lacrymans commendat Acestæ.
Treis Eryci vitulos, & tempestatibus agnam

referri ad illud, cædere, ait Seruius.

Cædere deinde iubet, soluiq́; ex ordine funeis.*
Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ,
Stans procul in prora pateram tenet, exstáque salsos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.

Homerus in Iliad. 11.

** Prosequitur surgens à puppi ventus eunteis:*
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
At Venus intereà Neptunum exercita curis

id est, cum dolore: vt illud, lib. 6. Fuditque preces rex pectore ab imo.

Alloquitur, taleisq́; effundit pectore questus:*
Iunonis grauis ira, & inexsaturabile pectus
Cogunt me, Neptune, preces descendere in omneis:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla,
Nec Iouis imperio, fatisve infracta quiescit.
Non media de gente [illegible]hrygum exedisse nefandis
Vrbem odiis satu[illegible] pœnam tr[illegible] per omnem
Re[illegible]

eæ sunt, quas Iuno exsequitur lib. 10.

Insequitur. caussas tanti sciat illa furoris.*
Ipse mihi nuper Libycis tu testis in vndis
Quam molem subitò excierit. maria omnia cælo

Miscuit,

Miscuit, Æoliis nequiquam freta procellis,
In regnis hoc ausa tuis.
*Prô scelus. ecce etiam Troianis matribus * actis* — in furorem.
Exussit fœdè puppes, & classe subegit
*Amissa socios * ignotæ linquere terræ.* — pro, ignobili. non enim ignota, ad quam bis Troiani venerant.
Quod superest, oro, liceat dare tuta per vndas
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Thybrim:
Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.
Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti:
Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis: merui quoque: sæpè furores
Compressi, & rabiem tantam cæliq́, marisq́.
** Nec minor in terris (Xanthum, Simoëntáque testor)* — Homerus in Iliad. 224.
Æneæ mihi cura tui, cùm Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris,
** Millia multa daret letho, gemeréntque repleti* — Homerus in Iliad. 232.
Amnes, nec reperire viam, atque euoluere posset
In mare se Xanthus Peleida tunc ego forti
Congressum Æneam, nec dis, nec viribus æquis,
Nube caua eripui: cuperem cùm vertere ab imo
** Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.* — Homerus in Iliad. 136.
Nunc quoq́ mens eadem perstat mihi: pelle timores:
Tutus, quos optas, portus accedet Auerni.
*Vnus erit tantùm, amissum * quem gurgite quæret:* — de Miseno loquitur: vnde illud lib. 6. Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.
Vnum pro multis dabitur caput.
His vbi læta deæ permulsit pectora dictis:
Iungit equos curru genitor, spumantiáque addit
Frena feris, manibúsque omnem [illegible] habenas.
*[illegible] * curru* — Homerus in Iliad. 137.
[illegible] vndæ, [illegible] tenanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vasto æthere nimbi.
Tum variæ comitum facies, immania cete,

Et senior

Et senior Glauci chorus, Inoúsque Palæmon,
Tritonésque citi, Phorciq́ exercitus omnis.
** Læua tenent Thetis, & Melite, Panopeáque virgo,*
Nesæe, Speióque, Thaleiáque, Cymodocéque.
Heic patris Æneæ suspensam blanda vicissim
Gaudia pertentant mentem: iubet ocyùs omneis
Attolli malos, intendi brachia velis.
*Vnà omnes fecere * pedem; paritérque sinistros,*
Nunc dextros soluêre sinus: vnà ardua torquent
Cornua, detorquéntque: ferunt sua flamina classem.
Princeps ante omneis densum Palinurus agebat
Agmen: ad hunc alij cursum contendere iussi.
Iámque ferè mediam cæli nox humida metam
Contigerat: placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ:
Cùm leuis ætheriis delapsus Somnus ab astris
*Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit * vmbras,*
Te Palinure petens, tibi tristia somnia portans
Insonti: puppiq́ deus consedit in alta,
Phorbanti similis, fuditq́ has ore loquelas:
Iaside Palinure, ferunt ipsa æquora classem;
** Æquatæ spirant auræ: datur hora quieti.*
Pone caput, fessósque oculos furare labori:
Ipse ego paullisper pro te tua munera inibo:
Cui vix attollens Palinurus lumina fatur:
Méne salis placidi voltum, fluctúsque quietos
Ignorare iubes; méne [illegible] confidere monstro;
Aenean credam quid[illegible]im fallacibus Austris,
Et cæli toties decept[illegible] [illegible]ude sereni?
Talia [illegible], & [illegible]
Nusquam amittebat, oculósque sub astra tenebat.
Ecce deus ramum Lethæo rore madentem,

sexum imbecillíorem sinistræ parti prudenter applicat.

funem, quo velum tenditur.

suas, nã semper deos ambit nimbus.

prosperæ: vt lib. 3. Aequatis classem procedere velis.

Vique

Vique soporatum Stygia, super vtraque quassat
*Tempora, * cunctantique natantia lumina soluit.* quasi relu-ctanti.
Vix primos inopina quies laxauerat artus:
Et super incumbens, cum puppis parte reuulsa,
Cúmque gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem, ac socios nequiquam sæpè vocantem.
Ipse volans tenuem se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum non secius æquore classis, Neptuni præ-sidio.
Promissisq; patris Neptuni interrita fertur.
Iámque adeò scopulos Sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam, multorúmque ossibus albos.
Tum rauca assiduo longè sale saxa sonabant:
*Cùm * pater amisso fluitantem errare magistro* Aeneas.
Sensit, & ipse ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens, casúque animum concussus amici nomen pro aduerbio, vt alibi.
O nimium cælo, & pelago confise sereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIB. VI.

ARGVMENTVM.

Hoc libro Poeta describit Æneæ iter ad antrum Sibyllæ: vbi & instantia pericula, futuriq; belli euentum perdiscit.

ad Aeneæ desiderium retulit, cupientis ad Italiam peruenire.

SIC *fatur lacrymans, classiq; immittit habenas,*
*Et * tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.*
Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Ancora fundabat naueis, & litora curuæ
Prætexunt puppes, iuuenum manus emicat ardens
Litus in Hesperium: quærit pars semina flamæ
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum

definitio siluæ.

* *Tecta rapit, siluas, inuentáque flumina monstrat.*
At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo

venerandę vt, Horrendum siluis, & religione parentum.

*Præsidet, * horrendæq; procul secreta Sibyllæ*
Antrum immane petit: magnã cui mẽtem, animumq;
Delius inspirat vates, aperitq; futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atque aurea tecta.
Dædalus, vt fama est, fugiens Minoïa regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cælo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicáque leuis tandem super astitit arce.
Redditus his primùm terris, tibi Phœbe sacrauit

quia & nauium, & volucrum sunt alæ: vnde illud lib. 3. Velorum pandimus alas.

* *Remigium alarum, posuitq; imm[illegible] empl[illegible]*
In foribus, [illegible] pendere pœnas
Cecropidæ iussi, miserùm, septena quotannis
Corpora gnatorum. stat ductis sortibus vrna.

Contrà

Contrà elata mari respondet Cnoßia tellus:
Heic crudelis amor tauri, suppostáque furto
Pasiphaë, mistúmque genus, prolésque biformis
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.
Heic labor ille domus, & inextricabilis error.
*Magnum * reginæ sed enim miseratus amorem* Ariadnes, regis filiæ.
Dædalus, ipse dolos tecti, ambagésque resoluit,
Cæca regens filo vestigia: tu quoque magnam
Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare haberes.
Bis conatus erat casus effingere in auro:
Bis patriæ cecidere manus. quin protinus omnia
Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates
Afforet, atque vnà Phœbi, Triuiæq; sacerdos
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia regi:
Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit:
*Nunc * grege de intacto septem mactare iuuencos* impropriè, pro armento. nam de iuuencis dicturus est.
Præstiterit, totidem lectas de more bidenteis.
Talibus affata Æneam (nec sacra morantur
Iussa viri.) Teucros vocat alta in templa sacerdos.
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum:
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Vnde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, cùm virgo poscere fata
*Tempus ait: * deus ecce, deus. cui talia fanti* iam afflata est numine.
Ante fores subitò non vultus, non color vnus,
Non comtæ mansere comæ; sed pectus anhelum,
*Et rabie fera corda tument: ma[illegible]rque * videri,* pro, videbatur.
Nec mortale sonans: afflata est n[illegible]mine quando
Iam [illegible]iore [illegible] céssas in vota [illegible]ecésque
[illegible]os, ait, Ænea, [illegible]. [illegible] enim ante dehiscent
Attonitæ magna ora domus. & talia fata, facientis attonitos.
Conticuit: gelidus Teucris per dura cucurrit

Ossa tremor, fuditq́ preces rex pectore ab imo:
Phœbe graueis Troiæ semper miserate labores,
Homerus in Iliad. 52. ** Dardana qui Paridis direxti tela, manúsque*
Corpus in Æacidæ; magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te, penitúsque repostas
pro Africæ. posuit enim speciem pro genere, quia Massyla Africæ mediterranea pars est, ad quam Aeneas classe peruenire nõ potuit. ** Massylûm genteis, prætentáque Syrtibus arua:*
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti
Diq́, Deæq́ omnes, quibus obstitit Ilium, & ingens
Gloria Dardaniæ. túque ô sanctissima vates
Præscia venturi, da, non indebita posco
Regna meis fatis, Latio considere Teucros,
Erranteisq́ deos, agitatáque numina Troiæ.
Tum Phœbo, & Triuiæ solido de marmore templa
Instituam, festósque dies de nomine Phœbi.
Te quoque magna manent regnis penetralia nostris.
Heic ego namque tuas sorteis, arcanáque fata
Dicta meæ genti ponam, lectósque sacrabo
palmæ: in quibus scribebant. *Alma viros.* foliis tantùm ne carmina manda,*
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipsa canas, oro, finem dedit ore loquendi.
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
bacchãtis more furit: vel, quia idem est Apollo, qui Liber, qui Sol. ** Bacchatur vates, magnum si pectore possit*
Excussisse deum. tantò magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitq́ premendo.
Ostia iámque domus patuere ingentia centum
Sponte sua, vatisq́ f[illegible]nt responsa per auras.
O tandem magnis [illegible] defuncte pe[illegible]
Sed [illegible]
Dardanidæ venient: (mitte hanc de pectore curam)
Sed non & venisse volent: bella, horrida bella,

Et

Et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra*
Defuerint. alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse dea. nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit: cùm tu supplex in rebus egenis,
Quas genteis Italûm, aut quas non oraueris vrbeis!
Caussa mali tanti coniux iterum hospita Teucris,
Externíq; iterum thalami.

* Tiberinus, inquit, & Numicus, in quẽ cecidit Aeneas, pro Simoi, Xanthoque aderunt.

Tu ne cede malis: sed contrà audentior ito,
Quà tua te fortuna sinet. via prima salutis,
Quod minimè reris, Graia pandetur ab vrbe.
Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antróque remugit,
Obscuris vera inuoluens. ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.
*Vt primùm * cessit furor, & rabida ora quierunt:*
Incipit Aeneas heros: Non vlla laborum,
O virgo, noua mi facies, inopináve surgit:

* non penitus recessit, sed cœpit imminui.

*Omnia * præcepi, atque animo mecum antè peregi.*

* Aeschylus Prometheo.

Vnum oro (quando hîc inferni ianua regis
*Dicitur, & tenebrosa * palus Acheronte refuso)*
Ire ad conspectum cari genitoris, & ora
Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.

* pro lacu posuit, nam Auernum significat.

Illum ego per flamas, & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medióque ex hoste recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omneis pelagíq; minas, cæl[illegible]q; ferebat
*Inualidus, vires v[illegible]ra, * fortémq[illegible] senectæ.*
[illegible]
[illegible]em orans mandata dabat: gnatíq;, patrúq;
[illegible]lma precor miserere. potes namque omnia: nec te
[illegible]equiquam lucis Hecate præfecit Auernis.

* fors enim senectæ quies est, atq. otiũ: vt pueritiæ ludus.

 Si potuit

Si potuit Manes arcessere conjugis Orpheus,
Threicia fretus cithara, fidibusque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Homerus in Iliad. 5. *Itq; reditq; viam toties.* * *quid Thesea, magnum*
Quid memorem Alcidem? & mi genus ab Ioue summo.
Talibus orabat dictis, arasque tenebat.
Tum sic orsa loqui vates: Sate sanguine diuûm
Tros Anchisiade, FACILIS descensus Auerni:
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras,
tria genera hominũ tangit, dilectos à Ioue, præditos virtute, diis genitos. *Hoc opus, hic labor est.* * *pauci, quos æquus amauit*
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dij geniti, potuere. tenent media omnia silua,
Cocytusque sinu labens circumfluit atro.
Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, & insano iuuat indulgere labori:
Accipe, quæ peragenda prius. latet arbore opaca
Aureus & foliis, & lento vimine ramus,
id est, Proserpinæ. *Iunoni* * *infernæ dictus sacer. hunc tegit omnis*
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.
Sed non ante datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fetus.
sibi carum. *Hoc sibi pulcra* * *suum ferri Proserpina munus*
Instituit. primò auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo altè vestiga oculis, & rite repertum
Carpe manu. namq; ipse volens facilisq; sequetur,
Si te fata vocant. aliter non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,

Heu

Heu nescia, totámque incestat funere classem,
Dum consulta petis, nostróque in limine * pendes:
Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulcro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios, regna inuia * vitis
Adspicies. dixit, pressóque obmutuit ore.
Æneas mæsto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antrum, cæcósque volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone ferebant:
Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum
Diceret. atque illi Misenum in litore sicco;
Vt venêre, vident indigna morte peremtum;
Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter
Aere ciere viros, * Martémque accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.
Postquam illum victor vita * spoliauit Achilles,
Dardanio Aeneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora secutus.
* Sed tum, forte caua dum personat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina diuos:
Aemulus * exceptum Triton (si credere dignum est)
Inter saxa virum spumosa immerserat vnda.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
Præcipuè pius Aeneas. tum iussa Sibyllæ,
Haud mora, festinant flentes, aramque sepulcri

solicitus es.

exceptis tamē tribus hominum generibus, quos nominauit.

hoc hemistichium dicitur addidisse, dum Augusto recitaret.

ad bellum retulit, in quo victis auferūtur exuuiæ.

Homerus in Iliad. 24.

insidiis oppressum: quasi virtute vinci non posset.

Itur in antiquam siluam, stabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ: sonat icta securibus ilex:
Fraxineæq; trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur:

Homerus in Iliad. 23.

Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.
Necnon Aeneas opera inter talia primus
instruitur officiis. Hortatur socios, paribúsque * accingitur armis.
Atque hæc ipse suo tristi tum corde volutat,
Adspectans siluam immensam, & sic forte precatur:
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto: quando omnia verè
Heu nimium de te vates Misene locuta est.
quasi à Venere, Aeneæ matre, missæ. sunt enim in eius deæ tutela. Vix ea fatus erat, geminæ cùm forte * columbæ
Ipsa sub ora viri cælo venêre volantes,
Et viridi sedere solo. tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, latúsque precatur:
Este duces, ô si qua via est, cursúmque per auras
Dirigite in lucos, vbi pinguem dives opacat
Ramus humum. túque ô dubiis ne defice rebus
Diua parens, sic effatus, vestigia pressit,
Obseruans quæ signa ferant, quò tendere pergant.
optimum augurium, quia pascebant. * Pascentes illæ tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde, vbi venêre ad fauces grauis olentis Auerni,
Tollunt se celeres, liquidúmque per aëra lapsæ,
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt:
splendor. Discolor vnde auri per ramos * aura refulsit.
Quale solet siluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo fetu teretes circumdare truncos,
Talis erat speciès auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitat * bractea vento.
Corripit extemplò A[illegible] auidus
ad Ipsius auiditatem respexit. * Cunctantem, & vatis por[illegible]at iub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Misenum in litore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.

* Principiò

* Principiò pinguem tedâ, & robore sæclo
Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & feraleis antè cupressos
Constituunt, decorántque super fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & aëna vndantia flamis
Expediunt, * corpúsque lauant frigentu, & vngunt.
* Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
* Purpureásque super vestes, velamina nota,
Coniiciunt. pars ingenti subiere pheretro
Triste ministerium, & subiectam * more parentum
Auersi tenuere facem. congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.
Postquàm collapsi cineres, & flamma quieuit;
* Reliquias vino, & bibulam lauêre fauillam:
* Ossáque lecta cado texit Chorineus aëno.
Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Lustrauitq; viros, dixitq; nouissima verba.
At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
Imponit, suáque arma viro, remúmque, tubámque
Monte sub aërio: qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, aternúmque tenet per sæcula nomen.
His actis, properè exsequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmque tenebris:
Quam super haud vlla poterant impunè volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens, supera ad conuexa ferebat:
Quatuor hic primùm nigrantes terga iuuencos
Constituit, * frontiq; inuergit vina sacerdos,
Et summas carpens media inter cornua setas,

Homerus in Iliad. 250.

Homerus in Iliad. 273.
Homerus in Iliad. 276.
Homerus in Iliad. 276.

propinquioribus enim virili sexus hoc dabatur officium.

Homerus in Iliad. 276.
Homerus in Iliad. 276.

Homerus in Iliad. 276. & Od. 103.

ad cæli curuitatem.

lib. 4. ait: Media inter cornua fundit.

Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten, cælóque, Erebóque potentem.
Supponunt alij cultros, tepidúmque cruorem
al. *suscipiunt.* Homerus in Iliad. 23. * Suscipiunt pateris. ipse atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum, magnæq; sorori
Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam.
perficit, exponit Seruius, & ait esse verbū sacrorum. Tum Stygio regi nocturnas * inchoat aras,
Et solida imponit taurorum viscera flamis,
Pingue superque oleum fundens ardentibus exstis.
Ecce autem primi sub lumina Solis, & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cæpta moueri
furiæ. Lucanus, Stygiasque canes in luce superna Detituam. Siluarum, visæq; * canes vlulare per vmbram,
Aduentante dea. Procul ô, procul este profani,
Conclamat vates, totóque abstinete luco:
Túque inuade viam, vaginaque eripe ferrum:
Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducem haud timidis vadentem passibus aquat.
Di, quibus imperium est animarum, Vmbræq; silentes,
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia latè,
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res alta terra & caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per Vmbras,
simulacra enim illic sunt: quæ inania esse dubiū non est. Pérque domos Ditis * vacuas, & inania regna.
Quale per incertam Lunam sub luce maligna
Est iter in siluis: vbi cælum condidit vmbra
Iupiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulum ante ipsum, primis in faucibus Orci
Luctus, & vltrices posuere cubilia Curæ:
Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus,
Homerus in Iliad. 15. & Od. 12. Et Metus, & malesuada Fames, & turpis Egestas,
Terribiles visu formæ, Letúmque, Labósque.

Tum

Tum consanguineus Lethi Sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque aduerso in limine Bellum,
Ferreique Eumenidum thalami, & Discordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
*In * medio ramos, annosaque brachia pandit* — vestibulo. aut absolutè est: & intelligitur de porta eburnea.
Vlmus opaca, ingens: quam sedem Somnia vulgò
Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus hærent.
Multáque præterea variarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes,
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ — Homerus in Iliad. 9.
Horrendum stridens, flammisque armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæque, & forma tricorporis vmbræ.* — Erili, & Geryonis.
Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Æneas, strictámque aciem venientibus offert.
** Et, ni docta comes tenuem sine corpore vitam* — Homerus in Iliad. 249.
Admoneat volitare, caua sub imagine formæ,
Irruat, & frustrà ferro diuerberet Vmbras.
Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas:
Turbidus hic cœno, vastáque voragine gurges
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.* — in Cocytum, id est, per Stygem.
Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squalore Charon: cui plurima mento
*Canities inculta iacet: * stant lumina flamma:* — Homerus in Iliad. 4.
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velóque ministrat,
*Et * ferruginea subuectat corpora cymba* — nigra, trist. alibi: Cùm caput obscura nitidum ferrugine texit.
Iam senior: sed cruda deo, viridique senectus.
Hic omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres atque [illegible] defunctáque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæque puellæ,
Impositique rogis iuuenes ante ora parentum.
Quam multa in siluis autumni frigore primo* — ergo vltima autumni parte.

Lapſa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
*Trans Pontum fugat, & terris immittit * apricis.*
Stabant orantes, primi tranſmittere curſum,
Tendebántque manus ripæ vlterioris amore.
Nauita ſed triſtis nunc hos, nunc accipit illos:
Aſt alios longè ſummotos arcet arena.
Æneas (miratus enim, motúſque tumultu)
Dic, ait, ô virgo, quid vult concurſus ad amnem?
Quídve petunt animæ? vel quo diſcrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt?
Olli ſic breuiter fata eſt longæua ſacerdos:
*Anchiſa generate, deûm * certiſſima proles,*
Cocyti ſtagna alta vides, Stygiámque paludem,
Di cuius iurare timent, & fallere numen.
*Hæc omnis, quã cernis, inops, * inhumatáq. turba eſt:*
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, ſepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſportare priùs, quàm ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos, volitántque hæc litora circum:
Tum demum admiſſi, ſtagna exoptata reuiſunt.
Conſtitit Anchiſa ſatus, & veſtigia preſſit,
*Multa putans, ſortémque animo miſeratus * iniquam.*
Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes,
Leucaſpim, & Lyciæ ductorem claſſis Orontem:
Quos ſimul à Troia ventoſa per æquora vectos,
Obruit Auſter, aqua inuoluens nauémque, viróſque.
Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat,
Qui Libyco nuper cursu, dum ſidera ſpectat,
Excíderat puppi, medijs effuſus in vndis:
Hunc vbi vix multa mœſtum cognouit in vmbra,
Sic prior alloquitur: Quis te Palinure deorum

Eripuit

sine frigore, in Africa.

ex eo, quòd ſubire inferos potuit.

quæ neque legitimam habuit, neque imaginariam ſepulturam.

quid enim iniquius, quã ob alterius negligentiam puniri nemo enim culpa ſua caret ſepulcro.

Eripuit nobis, medióque sub æquore mersit?
*Dic agè, * namque mihi fallax haud antè repertus,* Homerus in Iliad. 131.
Hoc vno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te Ponto incolumem, fineisq́; canebat
Venturum Ausonios. en hæc promissa fides est?
Ille autem: Neque te Phœbi cortina fefellit,
Dux Anchisiade, nec me: deus æquore mersit.
Namque gubernaclum multa vi fortè reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursúsque regebam,
Præcipitans traxi mecum: maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
*Quàm tua ne spoliata * armis, excussa magistro* gubernaculo.
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.
*Treis Notus * hibernas immensa per æquora noctes* asperas.
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Prospexi Italiam summa sublimis ab vnda.
Paullatim adnabam terræ, iam tuta tenebam:
*Ni * gens crudelis madida cum veste grauatum* Lucanorum.
Prensantémque vncis manibus capita aspera montis,
Ferro inuasisset, prædámque ignara putasset.
** Nunc me fluctus habet, versántque in litore venti.* Homerus in Od. 39.
Quod te per cæli iucundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
*Eripe me his * inuicte malis: aut tu mihi terram* qui etiam ad inferos descẽderis.
Iniice, (namque potes) portúsque require Velinos.
Aut tu, si qua via est, si quam tibi diua creatrix
Ostendit, (neque enim credo, sine numine diuûm
Flumina tanta p[illegible]ras, Stygiamq́ innare paludem)
D[illegible]das,
[illegible]edibus vt saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, cœpit cùm talia vates:
Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?

Id est, tristem.

*Tu Stygias inhumatus aquas, amnémque * seuerum*
Eumenidum adspicies, ripámve iniussus abibis?
Desine fata deûm flecti sperare precando:
Sed cape dicta memor duri solatia casus.

de historia ductum. Lucanis enim pestilentia laborantibus, respōdit oraculum, manes Palinuri placandos.

*Nam tua finitimi longè latéque per * vrbeis*
Prodigiis acti cælestibus, ossa piabunt,
Et statuent tumulum, & tumulo sollemnia mittent,
Aeternúmque locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curæ emotæ, pulsúsque parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra
Ergo iter inceptum peragunt, fluuióque propinquant.
Nauita quos iam inde vt Stygia prospexit ab vnda
Per tacitum nemus ire, pedémque aduertere ripæ;
Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltrò:

quasi dicat, nihil pium molitur armatus.

*Quisquis es, * armatus qui nostra ad flumina tendis;*
Fare agè quid venias, iam istinc & cōprime gressum.
Vmbrarum hic locus est, Somni, Noctisq́; sopora:
Corpora viua nefas Stygia vectare carina.
Nec verò Alceiden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Peirithoúmque:
Dis quamquam geniti, atque inuicti viribus essent.

Homerus in Iliad. 88.

Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit
Ipsius à solio regis, traxitq́; trementem:

ipsius Charōtis. non enim coniungendū est, Dominam ditis.

*Hi * dominam Ditis thalamo deducere adorti.*
Quæ contra breuiter fata est Amphrysia vates:
Nullæ heic insidiæ tales: absiste moueri:
Nec vim tela ferunt: licet ingens ianitor antro
Aeternùm latrans exsangueis terreat vmbras:
Casta [illegible]

pars est inferorum, vbi sedes eorum qui bene vixerunt.

Troius Aeneas, pietate insignis, & armis,
*Ad genitorem, imas * Erebi descendit ad Vmbras.*
Si te nulla mouet tanta pietatis imago:

At ramum

At ramum hunc (aperit ramum qui veste latebat)
Agnoscas. tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his. ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ, longo pòst tempore visum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
*Deturbat, * laxátque foros: simul accipit alueo*
*Ingentem Aeneam. * gemuit sub pondere cymba*
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
Tandem trans fluuium incolumem, vatemq; virúmq;
Informi limo, glaucáque exponit in vlua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.
*Cui vates horrere videns iam colla * colubris,*
Melle soporatam, & medicatis frugibus offam
Obiicit: ille, fame rabida tria guttura pandens,
Corripit obiectam, atque immania terga resoluit
Fusus humi, totóque ingens extenditur antro.
*Occupat Aeneas aditum custode * sepulto,*
Euaditq; celer ripam irremeabilis vndæ.
Continuò audite voces, vagitus & ingens,
Infantúmque animæ flentes in limine primo:
Quos dulcis vitæ exsortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Hos iuxta falso damnati crimine mortis.
Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.
Quæsitor Minos vrnam mouet: ille Silentum
Concilium vocat, vitásque, & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemque perosi
Proiecere animas, quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!

multitudine enim remota, quasi laxantur spatia. Homerus in Iliad. 62.

fingit enim pro pilis habere serpentes.

dormiente, sine pulsu, id est, motu.

quæsitores sunt, qui exercendis quæstionibus præsunt.

Fata

Fata obſtant, triſtiq; palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.
ostendit plures esse, in quibus libido dominatur. *Nec procul hinc partem fusi monſtrantur in* omnem*
Lugentes campi. ſic illos nomine dicunt:
Heic, quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circùm
Silua tegit: curæ non ipſa in morte relinquunt.
His Phædram, Procrinq; locis, maſtámque Eriphylen
Crudelis gnati monſtrantem vulnera cernit,
Euadnénque, & Paſiphaën: his Laodameia
It comes, & iuuenis quondam, nunc femina, Caneùs,
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœniſſa recens à vulnere Dido
Errabat ſilua in magna: quam Troïus heros,
Vt primùm iuxtà ſtetit, agnouitq; per vmbram
secti morte. ** Obſcuram, qualem primo qui ſurgere menſe*
Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila Lunam,
Demiſit lacrymas, dulciq; affatus amore eſt:
Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
Venerat exſtinctam, ferróque extrema ſecutam.
Funeris heu tibi cauſſa fui. per ſidera iuro,
apud inferos enim promiſſa non habent exitum. *Per ſuperos, & ſi qua fides * tellure ſub ima eſt,*
Inuitus regina tuo de litore ceſſi.
Sed me iuſſa deûm, quæ nunc has ire per Vmbras,
Per loca ſenta ſitu cogunt, noctémque profundam,
Imperiis egêre ſuis: nec credere quiui,
Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem.
abibat enim vt irata. *Siſte * gradum, téque adſpectu ne ſubtrahe noſtro.*
Quem fugis? extremum fato quod te [illegible]
Talibus Æneas ardentem, & torua tuentem
id est, ciere poterat. nec tamen illam placauit. *Leneibat dictis animum, lacrymáſque * ciebat.*
Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat:

Nec

Nec magis incepto voltum sermone mouetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese, atque inimica refugit
In nemus vmbriferum: coniux vbi pristinus illi
Respondet curis, æquátque Sichæus amorem.
Nec minùs Aeneas casu percussus iniquo,
Prosequitur lacrymans longè, & miseratur euntem.
*Inde * datum molitur iter: iámque arua tenebant* — ratione fati, aut oblatum fortuito.
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.
Heic illi occurrit Tydeùs, heic inclytus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.
Heic multùm fleti ad superos, bellóque caduci
Dardanidæ: quos ille omneis longo ordine cernens
*Ingemuit, * Glaucumq́, Medontáq́, Thersilochúmq́,* — Homerus in Iliad. 192.
Treis Antenoridas, Cereriq́ sacrum Polybuten,
Idæúmque etiam currus, etiam arma tenentem. — Priami enim fuerat auriga.
Circumstant animæ dextra lauáque frequentes.
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsque morari,
Et conferre gradum, & veniendi discère caussas.
At Danaûm proceres, Agamemnoniæq́ phalanges
Vt videre virum, fulgentiáque arma per vmbras,
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
Ceu quondam petiere rateis: pars tollere vocem
** Exiguam: inceptus clamor frustrátur hianteis.* — vt fit in metu.
Atque heic Priamiden laniatum corpore toto
** Deiphobum vidit; lacerum crudeliter ora,* — qui Helenam duxerat, mortuo Paride.
Ora manúsque ambas, populatáque tempora raptis
*Auribus, & truncas * inhonesto vulnere nareis.* — turpi: vt Terentius, Illum ne, obsecro, inhonestum hominem.
Vix adeò agnoscit pauitantem, & [illegible]
[illegible]cia, & notis compellat vocibus vltrò:
Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri,
Quis tam crudeleis optauit sumere pœnas?

Cui

Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit, sessum vasta te cæde Pelasgûm
Procubuisse super confusæ stragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rhœteo in litore inanem
Constitui, & magna Manes ter voce vocaui.
tuum corpus. *Nomen & arma locum seruant: * te amice nequiui*
Conspicere, & patria decedens ponere terra.
Atque hæc Priamides: Nihil ô tibi amice relictum:
nõ funeri, sed vmbris funeris. non enim funus ibi potuit esse, vbi nec cadauer fuerat. *Omnia Deiphobo soluisti, & funeris * vmbris.*
Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
His mersêre malis: illa hæc monumenta reliquit.
Namque vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti; & nimium meminisse necesse est:
Cùm fatalis equus saltu super ardua vênit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
bacchantes: à Libero, qui Euan dicitur. *Illa chorum simulans, * euanteis Orgia circum*
Ducebat Phrygias: flammam media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.
Tum me, confectum curis, somnóque grauatum,
Infelix habuit thalamus, pressúq; iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti.
Helena, quæ, occiso Paride, Deiphobo nupsit eius fratri. *Egregia interea * coniux arma omnia tectis*
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem:
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit.
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam exstingui veterum sic posse malorum.
Quid moror? irrumpunt thalamo: comes additur vnà
Vlysses, Aeoli nepos, Autolyæ filius, quæ ante Lærtis nuptias cum Sisypho Aeoli filio cõcubuit: vnde Vlyssis na- *Hortator scelerum * Aeolides. di talia Graiis*
Instaurate. dic si damnas ore reposco
Sed te qui vinum casus, age fare vicissim,
Attulerint. pelagine venis erroribus actus,
An monitu diuûm? an qua te fortuna fatigat;

Vt trifles

Vt tristeis sine Sole domos, loca turbida adires?
Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio cursu traiecerat axem:
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit, breuitérque affata Sibylla est:
Nox ruit, Aenea: nos flendo ducimus horas.
Heic locus est, parteis vbi se via findit in ambas:
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit:
Hàc iter Elysium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.*
Deiphobus contrà: Ne sæui magna sacerdos:
*Discedam, * explebo numerum, reddarq́ tenebris.*
I decus, i, nostrum; melioribus vtere fatis.
Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.
Respicit Aeneas subitò, & sub rupe sinistra
Mœnia lata videt, triplici circumdata muro:
Quæ rapidus flamis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquétque sonantia saxa.
Porta aduersa ingens, solidóque adamante columnæ:
*Vis vt nulla * virûm, non ipsi exscindere ferro*
Cælicolæ valeant. stat ferrea turris ad auras:
Tisiphonéque sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctésque, diésque.
Hinc exaudiri gemitus, & saua sonare
Verbera, tum stridor ferri, tractaq́ catenæ.
Constitit Aeneas, strepitúmque exterritus hausit:
Quæ scelerum facies? ô virgo, effare: quibúsve
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
T[illegible] Dux [illegible] Teuerûm,
Nulli fas casto sceleratum insistere limen:
Sed me, cùm lucis Hecate præfecit Auernis,
*Ipsa * Deûm pœnas docuit, pérque omnia duxit.*

tus, quod ei apud Ouidiũ etiam Aiax obiicit.

vbi puniũtur impij.

minuam vestrum numerum. Ennius: Nauibus explebant sese.

nõ ad sexum, sed ad virtutem retulit: vt Cic. Virũ res illa quærebat.

quas dij nocentibus statuerunt.

Cnoßius hæc Rhadamanthus habet durißima regna,
Castigátque auditq́; dolos; subigitq́; fateri,
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Continuò sonteis vltrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, toruósque sinistra
Intentans angueis, vocat agmina sæua sororum.
Tum * demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ. cernis, custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra
Sæuior intus habet sedem. * tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantum, tenditq́; sub Vmbras,
Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum.
Heic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
* Heic & Aloïdas geminos, immania vidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cælum
Aggreßi, superiq́; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,
Dum flamas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graiûm populos, mediæq́; per Elidis * vrbem
Ibat ouans, diuómque sibi poscebat honorem
Demens: qui nimbos, & non imitabile fulmen
Ære, & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, nec fumea tedis
Lumina, præcipitémque immani tu. bi e adegit.
* Nec non & [illegible] omniparentis alumnum,
Cernere erat; per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostróque immanis voltur obunco

mittũtur, ait, post verbera ad supplicium æternum.

Homerus in Iliad. 82.

Homerus in Od. 97.

in qua ipse Iupiter præcipuè colebatur.

Homerus in Od. 102.

Immor-

Immortale iecur tundens, fecundáque pœnis
*Viscera, * rimatúrque epulas, habitátque sub alto*
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Peirithoúmque?
Quos super atra silex iam iam lapsura, cadentiq́;
Imminet assimilis: lucent Genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulaq́; ante ora paratæ
*Regifico luxu. Furiarum * maxima iuxtà*
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas:
Exsurgitq́; facem attollens, atque intonat ore.
Heic, quibus inuisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatúsve parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitiis soli incubuêre repertis,
Nec partem posuere suis: quæ maxima turba est:
*Quiq́; ob * adulterium cæsi, quiq́; arma secuti*
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Inclusi pœnam exspectant. ne quære doceri
Quam pœnã, aut quæ forma viros, fortunáve mersit:
Saxum ingens voluunt alij, radiisq́; rotarum
Districti pendent. sedet, æternúmque sedebit
*Infelix * Theseùs: Phlegyásque miserrimus omneis*
Admonet, & magna testatur voce per Vmbras:
DISCITE *iustitiam moniti, & non temnere diuos.*
Vendidit hic auro patriam, dominúmque potentem
Imposuit: fixit leges pretio, atque refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, veritósque Hymenæos.
Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti.
* *Non, mihi si linguæ centum sint, oráque centum,*
Ferre vox omneis scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos:
*Sed iam agè carpe viam, & susceptum * persice munus:*

pascitur: vt, Rimantur prata Caystri.

fames: vt, Vobis furiarum ego maxima pando.

vt Aegisthus, qui commisit adulterium cum Clytemnæstra, Agamemnonis vxore.

cõtra opinionem. nam fertur ab Hercule liberatus.

Homerus in Iliad. 222.

id est, redde ramum.

magna. sic enim cuiuslibet rei significatur magnitudo.

Acceleremus, ait: Cyclopum * educta caminis
Mœnia conspicio, atque aduerso fornice portas:
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere donu.
Dixerat, & pariter gressi per opaca viarum
Corripiunt spatium medium, foribúsque propinquant.
Occupat Aeneas aditum, corpúsque recenti
Spargit aqua, ramúmque aduersa in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere diuæ,
Deuenere locos lætos, & amœna virecta
Fortunatorum nemorum, sedésque beatas.

quàm est in cetera inferorum parte.

* Largior hèic campos æther, & lumine vestit
Purpureo, Solémque suum, sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris:
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Necnon Threïcius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum,
Iámque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hèic genus antiquum Teucri, pulcerrima proles,
Magnanimi heroës, nati melioribus annis,
Ilúsque, Assaracúsque, & Troia Dardanus auctor.
Arma procul, currúsque virûm miratur inanes.
Stant terra defixæ hastæ, passimq; soluti

pro, curruum, licentia poëtica.

Per campos pascuntur equi. quæ gratia * currûm,
Armorúmque fuit viuis, quæ cura nitentes:
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit ecce alios dextrà lætúsque per herbam

laudes Apollinis.

Vescentes, lætúmque choro * pæana canentes
Inter odoratum lauri nemus: vnde superne
Plurimus Eridani per siluam voluitur amnis.
Hèic manus ob patriam pugnando vulnera passi,
Quique sacerdotes casti, dum vita manebat,

Quique

Quique pij vates, & Phœbo digna locuti,* id est, vera, quæ Apollinem decerét.
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes,
Quique sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.
Quos circumfusos sic est affata Sibylla:
** Musæum ante omneu: medium nam plurima turba* theologus fuit post Orpheum.
Hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis.
Dicite felices animæ, tuque optime vates,
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergò
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amneu.
Atque huic responsum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis,
*Riparúmque toros, & prata recentia * riuis* virentia riuorum causſa.
Incolimus. sed vos, si fert ita corde voluntas,
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
Dixit, & ante tulit gressum, campóſque nitenteis
Desuper ostentat: dehinc summa cacumina linquunt.
At pater Anchises penitus conualle virenti
** Inclusas animas, superúmque ad lumen ituras,* à multitudine separatas, quo facilius agnoscerentur.
Lustrabat studio recolens, omnémque suorum
Forte recensebat numerum, carósque nepotes,
Fatáque, fortunásque virúm, moresque, manúsque.
Isq; vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Æneam, alacris palmas vtraſque tetendit;
*Effusæq; genis lacrymæ; & vox * excidit ore:* quasi senſ.
Venisti tandem, tuáque spectata parenti
*Vicit * iter durum pietas: datur ora tueri* ad inferos.
Gnate tua, & notas audire, & reddere voces.
Sic eq[illegible] futurum,
*Tempora dinumerans: nec me, * mea cura, fefellit.* id est, tu. mea cura: vt illud, Veneris ſuiſſima cura. ſic exponit Seruius.
Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum
Accipio! quantis iactatum gnate periclis!

Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent!
Ille autem: Tua me, genitor, tua tristis imago,
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes. da iungere dextram,
Da genitor, téque amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Homerus in Od. 96. ** Ter conatus ibi collo dare brachia circùm:*
Ter frustrà comprensa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique simillima somno.
Interea videt Æneas in valle reducta
Secluſum nemus, & virgulta ſonantia ſiluis,
Elyſios campos. *Lethæumque, * domos placidas qui prænatat, amnem.*
Hunc circum innumeræ gentes, populique, volabant.
Ac veluti in pratis, ubi apes æſtate ſerena
Floribus inſidunt variis, & candida circum
ſpeciem pro genere poſuit. ** Lilia funduntur: ſtrepit omnis murmure campus.*
Horreſcit viſu ſubito, cauſſáſque requirit
Inſcius Æneas quæ ſint ea flumina porrò,
Quíve viri tanto complerint agmine ripas.
Tum pater Anchiſes: Animæ quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndam
qui ſecuros faciunt, vt morbi pallidi, qui pallidos faciunt. ** Securos latices, & longa obliuia potant.*
Has equidem memorare tibi, atque oſtendere coram,
Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum,
Quò magis Italia tandem lætêre reperta.
O pater, an'ne aliquas ad cælum hinc ire putandũ eſt
Sublimeis animas, iterúmque ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miſeris tam dira cupido?
Dicam equidem. nec te ſuſpenſum gnate tenebo,
Suſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.
pro ære, & æthere poſuit. *Principio * cælum, ac terras, campóſque liquentes,*
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque aſtra

Spiritus

*Spiritus intus alit, totamque infusa per * artus* elemẽta, quæ membra sunt mundi.
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore Pontus.
Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuũt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras
*Respiciunt clausa tenebris, & * carcere cæco.* corpus intelligit.
Quin, & supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitusque necesse est
*Multa diu * concreta modis inolescere miris:* conglutinata.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
*QVISQVE suos patimur * Manes: exinde per amplum* supplicia, quæ sunt apud manes.
Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumq; reliquit
Æthereum sensum, atque aurai simplicis ignem.
Has omneis ubi mille rotam voluere per annos,
Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno
*Scilicet * immemores supera vt conuexa reuisant,* vel præteritorum, vel futurorum.
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.
Dixerat Anchises: natumq; vnaq; Sibyllam
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem,
*Et tumulum capit, vnde * omneis longo ordine posse* considerare.
Aduersos legere, & veientum discere vultus.
Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itali de gente nepotes,

Illustreis animas, nostrúmque in nomen iturus,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille, vides? pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenes lucis loca, primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget
Siluius, Albanum nomen, tua postuma proles:
Quem tibi longæuo seruum Lauinia coniux
Educet siluis regem, regúmque parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas Troiana gloria gentis,
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet
Siluius Æneas, pariter pietate, vel armis
Egregius, si vmquam regnandam acceperit Albam.
Qui iuuenes quantas ostentant, adspice, vires,
At qui vmbrata gerunt ciuili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbémque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Laude pudicitia celebres, addentq; superbos
Pometios, Castrumq; Inui, Bolámque, Corámque.
Hæc tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.
Quin & aua comitem sese Mauortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet. viden' vt geminæ stant vertice cristæ,
Et pater ipse suo superûm iam signat honore?
En huius, gnate, auspiciis illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit Olympo,
Septémque vna sibi muro circumdabit arces:
Felix prole virûm: qualis Berecyntia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Læta deûm partu, centum complexa nepotes,
Omneis cælicolas, omneis supera alta tenentes.
Huc geminas, huc flecte acies, hanc adspice gentem,
Romanósque

sine ferro.

omnes enim Albani reges Siluij dicti sunt.

quercea, quæ dabatur his qui ciuem in prœlio seruassent. hunc versum reperit Iunius in veteri libro.

Numitori, cũ quo Romulus & Remus, eius nepotes, vno anno regnauerunt.

Phrygia. nam Berecyntos castellum est Phrygiæ.

Romanósque tuos. hęc Cæsar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cæli * ventura sub axem. — affectura cælestes honores.
Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpiùs audis,
Augustus Cæsar, * diui genus, aurea condet — * al. diuûm.
Sæcula qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondam, super & Garamantas, & Indos
Proferet imperium. iacet extra sidera tellus,
Extra anni, Solisq; vias, vbi cælifer Atlas
Axem humero * torquet stellis ardentibus * aptum. — sustinet, regit. aptũ autem, id est, vicinũ.
Huius in aduentum iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent diuûm, & Mæotica tellus,
Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber, agens celsò Nysæ de vertice tigreis.
Et * dubitamus adhuc virtutem extendere factis? — hortãtis, pro dubitas.
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crineis, incanáque menta
Regis Romani: primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum. cui deinde subibit,
Otia qui rumpet patriæ, * residésque mouebit — otiosos, quasi nimium sedentes.
Tullus in arma viros, & iam desuetа triumphis
Agmina. quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges, animámque superbam
* Vltoris Bruti, fasceisq; videre receptos? — & libertatis publicæ, & Lucretiæ pudoris.
Consulis imperium hic primus, sauáque secureis
Accipiet, gnatósque pater, noua bella mouentis,

Ad pœnam pulcra pro libertate vocabit
Infelix. vicumque ferent ea fata mineres:
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.
Quin Decios, Drusósque procul, saeumq; securi
quæ Galli, victis Romanis abstulerant.
*Adspice Torquatum, & *referentem signa Camillum.*
Illa autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, stragémque ciebunt!
Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci
Descendens, gener aduersis instructus Eois.
Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella:
ad Cæsarem hoc pertinet. & ait, Parce, vt victorem simul & clementem significet.
*Neu patriæ validas in *viscera vertite vires.*
Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis Olympo:*
Proiice tela manu sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis:
Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas.
Ipsumq; Aeaciden, genus armipotentis Achillei,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracci genus, aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ, parvóque potentem
Attiliæ gentis: cui agrum colenti delata ob virtutem dictatura est.
*Fabricium, vel te sulco * Serrane serentem?*
Quò fessum rapitis Fabij? tu Maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia mollius æra:
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus,
Orabunt causas melius, cœliq; meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem.

PARCERE *subiectis, & debellare superbos.*
Sic pater Anchises, atque hæc mirantibus addit:
*Adspice vt insignis spoliis Marcellus * opimis* — interfecto Gallorũ duce Viridomaro.
Ingreditur, victórque viros supereminet omneis.
Hic rem Romanam, magno turbante tumultu,
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumq; rebellem,
*Tertiaq; arma * patri suspendet capta Quirino.* — quia Romam condidit. Numæ autem lex prima opima spolia suspẽdi Ioui iubebat, secũda Marti, tertia Quirino. hæc Seruius.
Atque heic Aeneas (vnà namque ire videbat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu)
Quis pater ille, virum qui sic comitatur euntem?
Filius, an ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circà comitũ! quantũ instar in ipso est!
Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.
Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis:
O gnate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Ostendent terris hunc tantùm fata, neque vltrà
Esse sinent. nimium vobis Romana propago
*Visa potens, Superi, * propria hæc si dona fuissent.* — perpetua: vt libro 1. Propriamque dicabo.
Quantos ille virũm magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus, vel quæ Tiberine videbis
Funera, cùm tumulum præterlabêre recentem!
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
*In tantum spe * tollet auos: nec Romula quondam* — eriget antiquitatem generis.
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictáque bello
Dextera! non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato, seu cùm pedes iret in hostem,
*Seu spumantis equi foderet * calcaribus armos.* — non possunt armi calcaribus fodi, sed posuit partem pro toto.
Heu miserande puer, si quà fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores, animámque nepotis

His

His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. sic tota passim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.
Quæ postquàm Anchises natum per singula duxit,
futuræ laudis. *Incenditq; animum famæ * venientis amore:*
Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda,
Laurentesq; docet populos, urbémque Latini,
Et quo quemque modo fugiátque ferátq; laborem.
Sunt geminæ Somni portæ: quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia Manes.
His ibi tum natum Anchises unàq; Sibyllam
Prosequitur dictis, portaq; emittit eburna:
tenet, unde fecta dicitur, quia propositum tenet. * *Ille viam secat ad naues, sociósque revisit.*
Tum se ad Caietæ recto fert litore portum.
Ancora de prora iacitur. stant litore puppes.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIB. VII.

ARGVMENTVM.

Heic alteram operis totius partem poëta aggreditur, quæ est de bellis ab Æneа in Italia gestis: eorundemque semina, & causas enarrat.

TV * quoq; litoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dedisti:
Et nunc seruat honos sedem tum, essáque nomen
Hesperia in * magna, si qua est ea gloria, signat.
At pius exsequiis Æneas ritè solutis,
Aggere composito tumuli, postquàm alta quierunt
Æquora, tendit iter velis, portúmque relinquit.
Adspirant auræ in * noctem, nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine Pontus.
Proxima Circææ raduntur litora terræ:
Dives inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectíq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina * cedrum,
Arguto tenuem percurrens pectine telam.
* Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum,
Setigerique sues, atque in præsepibus vrsi
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum:
Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in voltus ac terga ferarum.
Quæ ne monstrapij paterentur talia * Troës,
Delati in portus, neu litora dira subirent;

sicut Misenus, & Palinurus.

ob Hispaniæ distinctionē.

circa noctem.

Homerus in Od. 42.

Homerus in Od. 45.

quorum dissimiles, id est, impij, qui illa passi sunt.

Neptunus

Neptunus ventis impleuit vela secundis,
Atque fugam dedit, & præter vada feruida vexit.
Iamq; rubescebat radiis mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Cùm venti posuere, omnisq; repentè resedit
*Flatus, & in lento luctantur marmore * tonsæ.*
Atque heic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit: hunc inter fluuio Tiberinus amœno,
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit. variæ circúmque, supraq;
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo,
Æthera mulcebant cantu, lucóque volabant.
Flectere iter sociis, terræq; aduertere proras
Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.
*Nunc agè, qui reges, Erato, quæ tempora * rerum,*
Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
Cùm primùm Ausoniis exercitus appulit oris,
*Expediam, & primæ reuocabo * exordia pugnæ.*
Tu vatem, tu diua mone. dicam horrida bella:
Dicam acies, actósque animis in funera reges,
Tyrrhenamq; manum, totamq; sub arma coactam
Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo:
Maius opus moueo. rex arua Latinus, & vrbeis
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Maricâ
** Accipimus. Fauno Picus pater: isq; parentem*
Te Saturne refert, tu sanguinis vltimus auctor.
Filius huic fato diuûm, prolésque virilis
Nulla fuit, primaq; oriens erepta iuuenta est.
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno è Latio, totaq; petebant

remi, ita dicti à decutiendis fluctibus, vt à tondendo tõsores.

tempora. n. vt ait Lucretius, nulla sunt, nisi è rebus colligantur.

cirus. interitum.

hoc adiecit, ob varias opiniones de conditoribus vrbis Romæ.

Ausonia:

Ausonia: petit ante alios pulcerrimus omneis
Turnus, auis, atauisq; potens: quem regia coniux
Adiungi genero * miro properabat amore:
Sed uarijs portenta deûm terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis,
Sacra comam, multósque * metu seruata per annos:
Quam pater inuentam, primas cùm conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentiq; ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densa, mirabile dictu,
Stridore ingenti liquidum trans æthera uectæ,
Obsedêre apicem; & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuò uates, Externum cernimus, inquit,
Aduentare uirum, & partes petere agmen eosdem
Partibus ex iisdem, & summa dominarier arce.
Præterea, * cæstu adolet dum altaria tedis,
Et iuxta genitorem adstat Lauinia uirgo,
Visa, nefas, longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.
Regaleiq; accensa comæ, accensa coronæ
Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis * Volcanum spargere tectis.
Id verò horrendum, ac visu mirabile ferri.
Namque fore illustrem fama, fatisq; canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucósque sub alta
Consulit Albunea: nemorum quæ maxima * sacro
Fonte sonat, sæuámque exhalat opaca Mephitin.
Hinc Italæ gentes, omniq; Oenotria tellus
In dubijs responsa petunt, huc dona sacerdos

nouæ intemperantiæ.

religione, quæ nascitur ob timorem.

pius.

incendium bellicum significat.

omnis enim fons alicui deo dicatus.

Cùm

Cùm tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnóque petiuit;
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
ob multa simulacra. *Et * varias audit voces, fruitúrque deorum*
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Auernis.
Heic & tum pater ipse petens responsa Latinus,
Centum lanigeras mactabat rite bidentes,
Atque harum effultus tergo, stratáq; iacebat
Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est:
Ne pete connubiis gnatam sociare Latinis,
ob Turnum. *O mea progenies, thalamis nec crede * paratis.*
Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorúmque à stirpe nepotes
id est, imperio suo. *Omnia sub * pedibus, quà Sol vtrumque recurrens*
Adspicit Oceanum, vertiq; regiq; videbunt.
Hac responsa patris Fauni, monitúsque silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circùm late volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat, cùm Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Aeneas, primiq; duces, & pulcer Iulus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
placentæ sunt ex farre, melle, oleo, sacris aptæ. *Instituúntque dapes, & adorea * liba per herbas*
Subiiciunt epulis (sic Iupiter ipse monebat)
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumtis heic fortè aliis, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu, malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.
per iocum. *Nec plura * alludens. ea vox audita laborum*
Prima tulit finem, primámque loquentis ab ore

Eripuit

Eripuit pater, ac stupefactus Numine pressit.
Continuò, Salue fatis mihi debita Tellus,
Vósque, ait, ô fidi Troiæ saluete Penates.
Heic domus, hæc patria est. genitor mihi talia, namq;
Nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit:
Cùm te gnate fames ignota ad litora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas:
Tum sperare domos defessus, ibiq; memento
Prima locare manu, moliriq; aggere tecta.
*Hæc erat * illa fames, hæc nos suprema manebat* extrema scilicet omnium periculorum.
Exitiis positura modum.
Quare agitè, & primo læti cum lumine Solis,
Quæ loca, quive habeant homines, vbi mœnia gentis,
Vestigemus, & à portu diuersa petamus.
*Nunc * pateras libate Ioui, precibúsque vocate* id est, vinum, posuit enim continens pro contento.
Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniúmque loci, primámque deorum
Tellurem, nymphásque, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctisq; orientia signa,
Idæúmque Iouem, Phrygiámque ex ordine matrem
Inuocat, & duplices cælóque, Erebóque parenteis.
** Heic pater omnipotens ter cælo clarus ab alto* Homerus in Iliad. 84.
Intonuit, radiisq; ardentem lucis, & auro,
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Diditur heic subitò Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
*Certatim instaurant * epulas, atque omine magno* diuitiam, & vina reponite mensis.
Cratêras læti statuunt, & vina coronant.
Postera cùm prima lustrabat lampade terras
Orta dies: vrbem, & fineis, & litora gentis
Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numici,

Hunc Thybrim fluuium, hęic forteis habitare Latinos.
Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni
augurio consecrata. *Centum oratores * augusta ad mœnia regis*
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donáque ferre viro, pacémque exposcere Teucris.
Haud mora, festinant iussi, rapiduq; feruntur
Passibus: ipse humilis designat mœnia fossa,
Molitúrque locum, primáque in litore sedes,
id est, muro in quo sunt pinnæ. *Castrorum in morem, * pinnis atque aggere cingit.*
Iámque iter emensi, turres, ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, muróque subibant.
Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus
non currus, sed equos sub curribus domitant. *Exercentur equis, domitántque in puluere * currus:*
Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursúque ictúque lacessunt.
Tum prætectus equo longæui regis ad aureis
Nuntius, ingenteis ignota in veste reportat
Aduenisse viros. ille intra tecta vocari
Imperat, & solio medius consedit auito.
Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
venerandum. * *Horrendum siluis, & religione parentum.*
Heic sceptra accipere, & primos attollere fasceis
Regibus omen erat: hoc illis curia templum,
hoc sacrificiū in tanua Palatij fiebat festis diebus. *Hæ sacris sedes epulis, heic ariete * cæso*
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italúsque, patérque Sabinus,
Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem,
Saturnúsque senex, Ianiq; bifrontis imago,
pro, Aborigiginum reges. sed est metro prohibitus. *Vestibulo adstabant; aliiq; * ab origine reges,*
Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi.

Multáque

Multáque præterea sacris in postibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et crista capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculáque, clypeiq; ereptaque rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, paruáque sedebat
*Succinctus * trabea, læuáque ancile gerebat* — augurum toga, de cocco & purpura.
Picus equûm domitor: quem capta cupidine coniux
Aurea percussum virga, versúmque veneno,
Fecit auem Circe, spargitq; coloribus alas.
Tali intus templo diuom, patriáque Latinus
Sede sedens, Teucros ad se in tecta vocauit,
*Atque hæc ingressu placido * prior edidit ore:* — legatorum enim fuerat, vt ipsi antè loquerentur.
Dicite Dardanidæ (neque enim nescimus & vrbem,
Et genus, auditiq; aduertitis æquore cursus)
Quid petitis? quæ caussa rates, aut cuius egentes
Litus ad Ausonium tot per vada cærula vexit?
Siue errore viæ, seu tempestatibus acti,
(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto)
Fluminis intrastis ripas, portúque sedetis:
Ne fugite hospitium, néve ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus æquam,
*Sponte sua, * veteriq; dei se more tenentem.* — ac si diceret, aurei sæculi more viuimus.
Atque equidem memini (fama est obscurior annis)
Aruncos ita ferre senes, hunc ortus vt agris
Dardanus, Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbeis,
Threïciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti Tyrrhena ab sede profectum,
Aurea nunc solio stellantis regia cæli
Accipit, & numerum diuorum altaribus auget.
Dixerat, & dicta Ilioneus sic voce secutus:
** Rex * genus egregium Fauni, nec fluctibus actos* — benevolétiam conciliat ab honore, & genere.
Atra subegit hiems vestris succedere terris,

Nec sidus regione viæ, litúsve fefellit: *
Consilio hanc omnes, animisq; volentibus vrbem
Afferimur, pulsi regnis, qua maxima quondam
Extremo veniens Sol adspiciebat Olympo.
Ab Ioue principium generis: Ioue Dardana pubes
Gaudet * auo: rex ipse Iouis de gente suprema
Troius Æneas tua nos ad limina misit.
Quanta per Idaos sæuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos; quibus actus vterque
Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis:
Audiit, & si quem tellus extrema refuso
Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti
Dis sedem * exiguam patriis, litúsque rogamus
Innocuum, & cunctis vndámq;, aurámq; patentem.
Non erimus regno indecores: nec vestra feretur
Fama leuis, tantique abolescet gratia facti:
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Æneæ iuro, dextrámque potentem,
Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis:
Multi nos populi, multæ (ne temne, quòd vltrò
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum)
Et petiere sibi, & voluêre adiungere gentes.
Sed nos fata deûm vestras exquirere terras
Imperiis egere suis. hinc Dardanus ortus
Huc repetit, iussúsq; ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenũ ad Thybrim, & fontis vada sacra Numici.
Dat tibi præterea fortunæ parua priorís
Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
* Hoc pater Anchises auro libabat ad aras:
Hoc Priami gestamen erat, cùm iura vocatis

generis originem: nam auus non est Iupiter Troianorũ, sed vnus Æneæ.

arte vtitur ad impetrandam apta, petit enim diis, & petit exiguam sedem.

Homerus in Iliad. 18.

pateram significat.

Mœre

More daret populis, sceptrúmque, sacérque tiaras,
Iliadúmque labor, vestes.
Talibus Ilioneï dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora, solóque immobilis haret,
Intentos voluens oculos. nec purpura regem Homerus in Iliad. 53.
** Picta mouet, nec sceptra mouent Priameïa tantum,* acu laborata.
Quantum in connubio gnatæ, thalamóque moratur:
Et veteris Fauni voluit sub pectore sortem.
Hunc illum fatis externa ab sede profectum
Portendi generum, paribúsque in regna vocari
** Auspiciis: hinc progeniem virtute futuram* potestate pari.
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
Tandem lætus ait: Di nostra incepta secundent,
*Auguriúmque suum: dabitur Troiane, * quod optas.* pax.
Munera nec sperno. non vobis, rege Latino,
*Diuitiis * vber agri, Troiáve opulentia deerit.* pro libertate, vt alibi.
Ipse modò Æneas (nostri si tanta cupido est,
Si iungi hospitio properat, sociúsve vocari)
Adueniat, vultus néve exhorrescat amicos:
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contrà regi mea nunc mandata referte.
Est mihi gnata, viro gentis quam iungere nostræ,
*Non patrio ex adyto * sortes, non plurima cælo* oracula.
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
Et rebor, &, si quid veri mens augurat, opto.
Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.
*Stabant * ter centum nitidi in præsepibus altis.* spectauit legionis Romanæ morem, in qua erant equites trecenti.
Omnibus extemplò Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,

Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.
Absenti Æneæ currum, geminósque iugales
Semine ab atherio spirantes naribus ignem,
*Illorum de gente, patri quos * Dædala Circe*
Supposita de matre nothos furata creauit.
Talibus Æneadæ donis, dictúq; Latini,
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.
*Ecce autem * Inachius sese referebat ab Argis*
Sæua Iouis coniux, auráque inuecta tenebat
Et lætum Aeneam, classémque ex æthere longè
Dardaniam Siculo prospexit ab vsque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore:
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.
*Heu stirpem inuisam, & * fatis contraria nostris*
Fata Phrygum. num Sigæis occumbere campis,
Num capti potuere capi? num incensa cremauit
Troia viros? medias acies, mediósque per ignes
Inuenêre viam? at, credo, mea numina tandem
Fessa iacent, odiis aut exsaturata quieui.
Quinetiam patria excussos infesta per vndas
*Ausa sequi, & profugu toto * me opponere Ponto.*
Absumtæ in Teucros vires cæliq; mariq;.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Thybridis alueo,
Securi pelagi, atque mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm valuit: concessit in iras
Ipse deûm antiquam genitor Calydona Dianæ:
Quod scelus aut Lapithis tantûm, aut Calydone merente?
Aſt ego, magna Iouis coniux, nil linquere inausum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Æneæ. quòd si mea numina non sunt

ingeniosa, vt Dædalus.

ad differentiam. nam & Argi erant in Italia, á Diomede conditi.

Homerus in Iliad. 19. voluntatibus.

per Iunonem aërem intelligimus. ergo, me, cùm dixit, imbres, tonitrua, tempestates significat.

Magna

Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod
vsquam est.
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
Atque immota manet fatis Lauinia coniux:
At trahere, atque moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos exscindere regum.
Hac gener, atque socer coëant mercede suorum.
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo:
Et Bellona manet te pronuba: nec face tantùm
Cisseis pragnans igneis enixa iugaleis: Cissei filia. Hecuba vxor Priami.
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestaq; iterum recidiua in Pergama tedæ. * pragnas
Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit:
Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum,
*Infernisq; ciet tenebris: * cui tristia bella,* Homerus in Iliad. 62.
Iraq;, insidiæq;, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odêre sorores
Tartarea monstrum: tot sese vertit in ora,
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem;
Hanc operam, ne noster honos, infractáve cedat* vel, antehac infracta, vel vel le fracta Gedata
Fama loco, neu connubiis ambire Latinum
Aeneadæ possint, Italósve obsidere fineis.
Tu potes vnanimeis armare in prœlia fratres,
Atque odiis versare domos: tu verbera tectis,
Funereásque inferre faces: tibi nomina mille,
*Mille nocendi artes: * fecundum concute pectus,* malitiæ plenum.
Disiice compositam pacem, sere crimina belli:
Arma velit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis

Principiò Latium, & Laurentis tecta tyranni
pro, tacitè. nũ enim refertur ad limen. *Celsa petit, * tacitúmque obsedit limen Amatæ:*
Quam super aduentu Teucrûm, Turniq; Hymenæis,
Feminea ardentem curaq;, iraq; coquebant. 345
Huic dea cæruleis vnum de crinibus anguem
Coniicit, inq; sinum præcordia ad intima subdit:
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
Ille inter vestes, & leuia pectora lapsus
sine sensu accipientis furorem iniicit. *Voluitur attactu nullo, * fallitq; furentem,* 350
Vipeream inspirans animam: fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longa tænia vittæ,
Innectitq; comas, & membris lubricus errat.
serpentum enim vda corpora. *Ac dum prima lues * vdo sublapsa veneno*
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem; 355
Nec dum animus toto percepit pectore flammam:
Mollius, & solito matrum de more locuta est,
Multa super gnata lacrymans, Phrygiisq; Hymenæis:
Exsulibúsne datur ducenda Lauinia Teucris
O genitor? nec te miseret gnataq;, tuiq;? 360
Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo?
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæámque Helenam Troianas vexit ad arces?
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum, 365
ipsius Amatæ. filius enim Venuliæ fuit, Amatæ sororis. *Et * consanguineo toties data dextera Turno?*
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idq; sedet, Fauniique premunt te iussa parentis:
Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos. 370
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus, Acrisiúsque patres, mediaq; Mycenæ.
His vbi nequiquam dictis experta, Latinum

Contrà

Contrà ſtare videt, penitúſque in viſcera lapſum
Serpentis furiale malum, totámque pererrat:
Tum verò infelix, ingentibus excita monſtris,
Immenſam ſine more furit lymphata per vrbem:
** Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo:* Homerus in Iliad. 8. etc.
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent. ille actus habena
Curuatis fertur ſpatiis: ſtupet inſcia turba,
Impubéſque manus, mirata volubile buxum:
Dant animos plagæ. non curſu ſegnior illo
Per medias vrbeis agitur, populoſque feroces.
*Quin etiam in ſiluas, * ſimulato numine Bacchi,* non quòd ipſa ſimularet, (id enim eſt ſacrorum) ſed quia ita furebat, vt ſperaret ſe Liberi ſacra celebrare.
Maius adorta nefas, maiorémque orſa furorem,
Euolat, & gnatam frondoſis montibus abdit,
Quò thalamum eripiat Teucris, tedáſque moretur,
Euœ Bacche fremens, ſolum te virgine dignum
Vociferans. etenim molleis tibi ſumere thyrſos,
Te luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem.
Fama volat, Furiisq; accenſas pectore matres
Idem omnes ſimul ardor agit, noua quærere tecta.
Deſeruere domos: ventis dant colla, comáſque.
Aſt aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
Pampineáſque gerunt incinctæ pellibus haſtas.
Ipſa inter medias flagrantem feruida pinum
Suſtinet, ac gnatæ, Turniq; canit Hymenæos,
Sanguineam torquens aciem, torumque repentè
Clamat: Iò matres audite vbi quæque Latina.
Si qua piis animis manet infelicis Amatæ
Gratia, ſi iuris materni cura remordet:
*Soluite crinaleis * vittas, capite Orgia mecum.* matronarum. nam meretricibus non dabantur.
Talem inter ſiluas, inter deſerta ferarum,
Reginam Alecto ſtimulis agit vndique Bacchi.

Postquàm visa satis primos acuisse furores,
Consiliúmque, omnémque domum vertisse Latini.
Protinus hinc fusci tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
nominandi casus refertur enim ad Danaë, non ad colonis.
* *Acrisioneus Danaë fundasse colonis,* 410
Præcipiti delata Noto. locus Ardea quondam
Dictus auis: & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit: tectis hæc Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & furialia membra 415
Exuit, in voltus sese transformat anileis,
Et frontem obscenam rugis arat, induit albos
Cum vitta crineis; tum ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templíq; sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert: 420
Turne, tot incassum fusos patiere labores?
proprie de colonis, qui transscribi dicebantur.
Et tua Dardanus * *transscribi sceptra colonis?*
Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externúsque in regnum quæritur heres.
I nunc, ingratis offer te irrisæ periclis: 425
Tyrrhenas, i, sterne acies, tege pace Latinos.
Homerus in Iliad. 204.
Hæc * *adeò tibi me, placida cum nocte iacerem,*
Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare agè, & armari pubem, portisq; moueri
suprà, Fluuio Tiberinus amœno.
Lætus in arma para, & Phrygios, qui flumine * *pulcro* 430
Consedêre, duces, pictasq; exure carinas.
Cælestûm vis magna iubet. rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium; & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Heic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim 435
Ore refert: Classeis inuectas Thybridis vndam,
Non, vt rere, meas effugit nuntius aureis:

Ne tantos

Ne tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor est nostri.
*Sed te victa * situ, veriq; effeta senectus,* qui ex vetustate nascitur.
O mater curis nequiquam exercet, & arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi diuûm effigies, & templa tueri:* Homerus in Iliad. 55.
Bella viri, pacémque gerent, queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
*At iuueni * oranti subitus tremor occupat artus:* loquenti.
Diriguêre oculi: tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaq; se facies aperit: tum flamea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
Reppulit, & geminos erexit crinibus angues,
Verberaq; insonuit, rabidóque hæc addidit ore: * pro, verberibus.
En ego victa situ, quam veri effeta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit.
Respice ad hæc: adsum Diranum ab sede sororum:
Bella manu, lethúmque gero.
*Sic effata, facem iuueni coniecit, & * atro* furiali, inferno.
Lumine fumantem fixit sub pectore tedam.
Olli somnum ingens rupit pauor, ossáque, & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
*Arma amens * fremit, arma toro, tectiq; requirit:* cum clamore poscit.
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli:
Ira super: magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis vndantis aëni, * Homerus in Iliad. 203.
Exsultantq; æstu latices: furit intus aquæ vis,
Fumidus atque altè spumis exuberat amnis:
Nec iam se capit vnda: volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:

Se satis

Se satis ambobus Teucrisq; venire, Latinisq;.

quia, votis nuncupatis, bella sumebantur.

*Hac vbi dicta dedit, diuósque in vota * vocauit:*
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium forma mouet, atque iuuenta:
Hunc ataui reges, hunc clarus dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte noua speculata locum, quo litore pulcer

aptius ad cursum, quàm ad insidias refertur. nam cursu agitamus. insidiis circumuenimus.

*Insidijs, cursúque feras * agitabat Iulus.*
Heic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit, & noto narcis contingit odore.
Vt ceruum ardentes agerent: quæ prima malorum
Causa fuit, bellóque animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingens,
Tyrrheida pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrheúsque pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Siluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,

id est, quadrupedem, vt illud lib. 11. In latus, inquiunt.

*Pectebátque * ferum, puróque in fonte lauabat.*
Ille manum patiens, mensæq; assuetus herili,
Errabat siluis, rursúsque ad limina nota
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
Commouêre canes, fluuio cùm fortè secundo
Defluxeret, ripáque æstus viridante leuaret.
Ipse etiam eximia laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu:

Alecto. sic de Venere, li. 11. Descendo, ac ducente deo.

*Nec dextræ erranti * deus abfuit; actáque multo*
Pérque vterum sonitu, pérque ilia vênit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitq; gemens stabulis, questúque cruentus,

Atque

Atque imploranti similis, tectum omne repleuit.
Silvia prima soror, palmis percussa lacertos,
*Auxilium vocat, & * duros conclamat agrestes.* ex laborum consuetudine.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera silvis)
Improvisi adsunt: hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis. quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. vocat agmina Tyrrhus,
Quadrisidam quercum cuneis vt fortè coactis
Scindebat, rapta spirans immane securi.
At saua è speculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuque recuruo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
*Contremuit * nemus, & silvae intonuere profundae.* locus haud longè ab Aricia.
Audiit & Trivia longè lacus, audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fontésque Velini:
Et trepidae matres pressere ad pectora gnatos.
*Tum verò ad * vocem celeres, qua buccina signum* buccinæ.
Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis
Indomiti agricolae: necnon & Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxêre acies: non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, sudibúsve praustis:
Sed ferro ancipiti decernunt, atráque latè
** Horrescit strictis seges ensibus, aráque fulgent* Homerus in Iliad. 21.
** Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant:* Homerus in Iliad. 21.
Fluctus vti primo cœpit cùm albescere vento,
Paulatim sese tollit mare, & altiùs vndas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.
Hinc iuuenis primam ante aciem stridente sagitta
Gnatorum Tyrrhei fuerat qui maximus, Almon Id est, sagitta vt lib. 11. infesto vulnere Pyrrhus.
*Sternitur. hæsit enim sub gutture * volnus, & vda*

Vocis

Vocis iter, tenuémque incluſit ſanguine vitam.
Corpora multa virûm circa, ſenióque Galeſus,
Dum paci medium ſe offert; iuſtiſſimus vnus
Qui fuit, Auſoniúq; olim ditiſſimus aruis:
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
Homerus in Iliad. 58. * *Atque ea per campos æquo dum Marte geruntur,*
Promiſſi dea facta potens, vbi ſanguine bellum
Imbuit, & primæ commiſit funera pugnæ,
Deſerit Heſperiam, & cæli conuexa per auras
voti compos. *Iunonem * victrix affatur voce ſuperba:*
En perfecta tibi bello diſcordia triſti:
Dic, in amicitiam coëant, & fœdera iungant:
Quandoquidem Auſonio reſperſi ſanguine Teucros.
eadem verba lib. 4. 125. *Hoc etiam his addam, * tua ſi mihi certa voluntas,*
Finitimas in bella feram rumoribus vrbeis,
Accendámque animos inſani Martis amore:
Vndiq; vt auxilio veniant, ſpargam arma per agros.
terrorum, ex tot hominum cæde: fraudis, ex ceruo vulnerato. *Tum contrà Iuno: * Terrorum, ac fraudis abunde eſt.*
Stant belli cauſſæ: pugnatur cominus armis.
Qua fors prima dedit, ſanguis nouus imbuit arma.
Talia connubia, & talèis celebrent Hymenæos
Egregium Veneris genus, & rex ipſe Latinus,
Te ſuper ætherias errare licentiùs auras,
Haud pater ille velit ſummi regnator Olympi.
Cede locis: ego, ſi qua ſuper fortuna laborum eſt,
Ipſa regam. talèis dederat Saturnia voces.
Illa autem attollit ſtridentèis anguibus alas,
Cocytiq; petit ſedem, ſupera ardua linquens.
Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis
notus. * *Nobilis & fama multis memoratus in oris,*
Amſancti valles. denſis hunc frondibus atrum

Vrget

Vrget vtrimque latus nemoris, medióque fragosus
Dat sonitum saxus, & torto vortice torrens.
*Hic specus horrendum, & sæui * spiracula Ditis* — quod hostiæ admotæ concidant, & morianter.
Monstrantur, ruptóque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuisum numen, terras, cælúmque leuabat.
Nec minùs interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. ruit omnis in vrbem
Pastorum ex acie numerus, cæsósque reportant,
*Almonem puerum, * fœdatáq; ora Galesi:* — cruentari.
Implorántque deos, obtestantúrque Latinum.
Turnus adest, medióque in crimine cædis & ignis
*Terrorem ingeminat: * Teucrósque in regna vocari,* — quasi exules, & perfidos.
Stirpem admisceri Phrygiam: se limine pelli.
Tum quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
*Insultant * thyasis (neque enim leue nomen Amatæ)* — choëtis.
Vndique collecti coëunt, Martémque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata deûm peruerso numine poscunt.
Certatim regis circumstant tecta Latini.
** Ille, velut pelagi rupes immota, resistit:* — Homerus in Iliad. 17o.
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ sese, multis circùm latrantibus vndis,
Mole tenet: scopuli nequiquam & spumea circùm
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.
*Verùm vbi nulla datur * cæcum exsuperare potestas* — fremitum populi.
Consilium, & sæuæ nutu Iunonis eunt res:
Multa deos, auráque pater testatus inanes,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimúrque procella.
*Ipsi has sacrilego pendetis sanguine * pœnas* — quia bellum sumebat contra voluntatê deorum.
O miseri. te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium, votisq; deos venerabere seris.

Nam

Nam mihi parta quies, omniq; in limine portus:
Funere felicis spolior. nec plura locutus,
Sepsit se tecto, rerúmque reliquit habenas.
*Mos erat * Hesperio in Latio, quem protinus vrbes*
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cùm prima mouent in prælia Martem,
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcaníve Arabíve parant, seu tendere ad Indos,
** Auroramque sequi, Parthóque reposcere signa.*
Sunt gemina belli portæ, sic nomine dicunt,
Religione sacra, & sæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora: nec custos absistit limine Ianus.
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
*Ipse * Quirinali trabea, cinctúque Gabino*
Insignis reserat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas: sequitur tum cetera pubes:
Æreáque assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Æneadæ indicere bella Latino
More iubebatur, tristeisq; recludere portas.
Abstinuit tactu pater, auersúsque refugit
Fœda ministeria, & cæcis se condidit vmbris.
Tum regina deûm cælo delapsa, moranteis
Impulit ipsa manu portas, & cardine verso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis antè.
Pars pedes ire parat campis; pars arduus altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.
Pars leuis clypeos, & spicula lucida tergent
Aruina pingui, subigúntque in cote secures:
Signáque ferre iuuat, sonitúsque audire tubarum.
Quinque adeò magnæ positis incudibus vrbes

id est, antiquo. nam duo Latia fuerũt.

ortum dici pro populis dixit.

regali, purpurea scilicet albo admisto. nam trabearum tria genera fuere, deorũ, regum, augurum.

Tela

Tela nouant, Atina potens, Tiburque superbum,
Ardea, * Crustumeriq3, & turrigerae Antemnae.
Tegmina tuta cauant capitum, flectuntq3 salignas
Vmbonum crates: alij thoracas aënos,
Aut leueis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, & falcis honos; huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamque sonant: it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementeis
Ad iuga cogit equos, clypeumque, auroque trilicem
Loricam induitur, fidoque accingitur ense.
* Pandite nunc Helicona deae, cantusque mouete,
Qui bello exciti reges, quae quemque secutae
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim diuae, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemtor Diuum Mezentius, agminaque armat.
Filius huic iuxtà Lausus, quo * pulcrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
* Lausus, equum domitor, debellatorque ferarum,
Ducit Agyllina nequiquam ex vrbe secutos
Mille vires, * dignus patriis qui laetior esset
Imperiis, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victoresque ostentat equos, satus Hercule pulcro
Pulcer Auentinus, clypeoque insigne paternum,
Centum angues, cinctamq3 gerit serpentibus hydram:
Collis Auentini silua quem Rhea sacerdos
* Furtiuum partu sub luminis edidit auras,
Missa deo mulier, postquam Laurentia victor

Crustumerii dicitur, sed metri causa mutauit.

Homerus in Iliad. 22.

Homerus in Iliad. 25.

Homerus in Iliad. 48.

Homerus in Iliad. 171.

Homerus in Iliad. 115.

Homerus in Iliad. 22.

Hispaniæ rege.

* Geryone exstincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenóque boues in flumine lauit Iberas.
Peila manu, sæuósque gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.

Homerus in Iliad. 104.

Ipse pedes * tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeóque humeros innexus amictu.

Homerus in Iliad. 22.

* Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillúsque, acérque Coras, Argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:

Homerus in Iliad. 56.

* Ceu duo nubigenæ cùm vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen, Othrynq́ niualem
Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens
Silua locum, & magno cèdunt virgulta fragore.
Nec Prenestinæ fundator defuit vrbis,

Homerus in Iliad. 64.

* Volcano genitum pecora inter àgrestia regem,
Inuentúmque focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus. hunc legio latè comitatur agrestis:

quæ Gabiis colitur.

Quiq́ altum Preneste viri, quiq́ arua * Gabinæ
Iunonis, gelidúmque Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei, currúsve sonant. pars maxima glandeis
Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu, fuluósque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
Instituêre pedis: crudus tegit altera pero.

hoc dicit, quia per mare ad Italiam venerat.

At Messapus equûm domitor, * Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Iam pridem resides populos, desuetáque bello

Agmina

Agmina in arma vocat subitò, ferrúmque retractat.
Hi Fesceninas acies, æquósque Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua,
*Et Cymini cum monte lacum, lucósque * Capenos.*
Ibant æquati numero, regémque canebant:
** Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni,*
Cùm sese è pastu referunt, & longa canoros
*Dant per colla modos; * sonat amnis, & Asia longè*
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad litora nubem.
Ecce, Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens
Per Latium, postquam in partẽ data Roma Sabinis.
*Vnà ingens Amiterna cohors, prisciq; * Quirites,*
Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mutuscæ:
Qui Nomentum vrbem, qui rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrenteis rupes, montémque Seuerum,
Casperiamq; colunt, Forulósque & flumen Himellæ:
Qui Tiberim; Fabarimq; bibunt, quos frigida misit
*Nursia, & * Hortinæ classes, populiq; Latini:*
Quósque secans infaustum interluit Allia nomen:
Quàm multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hibernis conditur vndis;
Vel cum Sole nouo densæ torrentur aristæ,
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis:
Scuta sonant, pulsúque pedum tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
Curru iungit Alæsus equos, Turnóque feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho

vnde porta Capena, quæ iuxta est, nomen accepit.

Homerus in Iliad. 21.

Caistrus, qui cohæret Asiæ paludi.

Sabini: à quibus & Romani dicti sunt Quirites.

Hortini equites, qui classes dicuntur.

Postquàm visa satis primos acuisse furores,
Consiliúmque, omnémque domum vertisse Latini:
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
** Acrisionæis Danaë fundasse colonis,*
Præcipiti delata Noto. locus Ardea quondam
Dictus auis: & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit: tectis heic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exuit, in voltus sese transformat anileis,
Et frontem obscenam rugis arat, induit albos
Cum vitta crineis; tum ramum innectit oliuæ.
Fit Calybe Iunonis anus, templiq́ sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiere labores?
*Et tua Dardanus * transscribi sceptra colonis?*
Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externúsque in regnum quæritur heres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis:
Tyrrhenas, i, sterne acies, tege pace Latinos.
*Hæc * adeò tibi me, placida cùm nocte iaceres,*
Ipsa palàm fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare agè, & armari pubem, portisq́ moueri
*Lætus in arma para, & Phrygios, qui flumine * pulcro*
Consedêre, duces, pictasq́ exure carinas.
Cælestûm vis magna iubet. rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium; & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Heic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert: Classeis inuectas Thybridis vndam,
Non, vt rere, meas effugit nuntius aureis:

nominandi casus. refertur enim ad Danaë, non ad, colonis.

propriè de colonis, qui transscribi dicebantur.

Homerus in Iliad. 204.

suprà, Fluuio Tiberinus amœno.

Ne tantos

Ne tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor eſt noſtri.
*Sed te victa * ſitu, veriq́ effeta ſenectus,* qui ex vetuſtate naſcitur.
O mater curis nequiquam exercet, & arma
Regum inter falſa vatem formidine ludit.
*Cura tibi * diuûm effigies, & templa tueri:* Homerus in Iliad. 55.
Bella viri, pacémque gerent, queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarſit in iras.
*At iuueni * oranti ſubitus tremor occupat artus:* loquenti.
Diriguêre oculi: tot Erinnys ſibilat hydris,
Tantaq́ ſe facies aperit: tum flamea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
Reppulit, & geminos erexit crinibus angues,
Verberaq́ inſonuit, rabidóque hæc addidit ore: pro, verberibus.
En ego victa ſitu, quam veri effeta ſenectus
Arma inter regum falſa formidine ludit.
Reſpice ad hæc: adſum Diraum ab ſede ſororum:
Bella manu, lethúmque gero.
*Sic effata, facem iuueni coniecit, & * atro* furiali, inferno.
Lumine fumantem fixit ſub pectore tedam.
Olli ſomnum ingens rupit pauor, oſſáque, & artus
Perfudit toto proruptus corpore ſudor.
*Arma amens * fremit, arma toro, tectiq́ requirit:* cum clamore poſcit.
Sæuit amor ferri, & ſcelerata inſania belli:
Ira ſuper: magno veluti cùm flamma ſonore Homerus in Iliad. 203.
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis æni,
Exſultantq́ æſtu latices: furit intus aquæ vis,
Fumidus atque altè ſpumis exuberat amnis:
Nec iam ſe capit vnda: volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem:

Se ſatis

Se satis ambobus Teucrisq; venire, Latinisq;.

quia, votis nuncupatis, bella sumebantur.

Hac vbi dicta dedit, diuósque in vota vocauit:*
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium forma mouet, atque iuuenta:
Hunc ataui reges, hunc clarus dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,

aptiùs ad cursum, quàm ad insidias referetur. nam cursu agitamus. insidiis circumuenimus.

Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte noua speculata locum, quo litore pulcer
Insidijs, cursúque feras agitabat Iulus.*
Heic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit, & noto nares contingit odore.
Vt ceruum ardentes agerent: qua prima malorum
Cauſſa fuit, bellóque animos accendit agreſtes.
Ceruus erat forma praestanti, & cornibus ingens,
Tyrrheida pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrheúsque pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Silua cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,

id est, quadrupedem, vt illud lib. 11. In latus, inquiet.

Pectebátque ferum, puróque in fonte lauabat.*
Ille manum patiens, mensaq; assuetus herili,
Errabat siluis, rursúsque ad limina nota
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
Commouêre canes, fluuio cùm fortè secundo
Defluxeret, ripáque aestus viridante leuaret.
Ipse etiam eximia laudis succenſus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu:

Alecto. sic de Venere, li. 11. Descendo, ac ducente deo.

Nec dextra erranti deus abfuit; actáque multo*
Pérque vterum sonitu, pérque ilia vênit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Succeſsitq; gemens stabulis, queſtúque cruentus,

Atque

Atque imploranti simili, tectum omne repleuit.
Siluia prima soror, palmis percussa lacertos,
*Auxilium vocat, & * duros conclamat agrestes.* ex laborum consuetudine.
Illi (pestis enim tacitis latet aspera siluis)
Improuisi adsunt: hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis. quod cuique repertum
Rimanti, telum ira facit. vocat agmina Tyrrhus,
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebat, rapta spirans immane securi.
At saeua è speculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuque recuruo
Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
*Contremuit * nemus, & siluae intonuere profundae.* locus haud longè ab Aricia.
Audiit & Triuiae longè lacus, audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fontésque Velini:
Et trepidae matres pressere ad pectora gnatos.
*Tum verò ad * vocem celeres, qua buccina signum* buccinae.
Dira dedit, raptis concurrunt vndique telis
Indomiti agricolae: necnon & Troïa pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxêre acies: non iam certamine agresti,
Stipitibus durò agitur, sudibúsve praeustis:
Sed ferro ancipiti decernunt, atráque latè
** Horrescit strictis seges ensibus, aéraque fulgent* Homerus in Iliad. 21.
** Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant:* Homerus in Iliad. 218.
Fluctus vti primo coepit cùm albescere vento,
Paulatim sese tollit mare, & altiùs vndas
Erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo.
Heic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta
Gnatorum Tyrrhei fuerat qui maximus, Almon Id est, sagitta vt lib. 11. infesto vulnere Pyrrhus.
*Sternitur. haesit enim sub gutture * volnus, & vda*

Vocis

Vocis iter, tenuémque incluſit ſanguine vitam.
Corpora multa virûm circa, ſeniórque Galeſus,
Dum paci medium ſe offert; iuſtiſſimus vnus
Qui fuit, Auſoniíq; olim ditiſſimus aruis:
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
Homerus in Iliad. 58. * *Atque ea per campos æquo dum Marte geruntur,*
Promiſit dea facta potens, vbi ſanguine bellum
Imbuit, & primæ commiſit funera pugnæ,
Deſerit Heſperiam, & cæli conuexa per auras
voti compos. *Iunonem * victrix affatur voce ſuperba:*
En perfecta tibi bello diſcordia triſti:
Dic, in amicitiam coëant, & fœdera iungant:
Quandoquidem Auſonio reſperſi ſanguine Teucros.
eadem verba lib. 4. 125. *Hoc etiam his addam, * tua ſi mihi certa voluntas,*
Finitimas in bella feram rumoribus vrbeis,
Accendámque animos inſani Martis amore:
Vndiq; vt auxilio veniant, ſpargam arma per agros.
terrorum, ex tot hominum cæde: fraudis, ex ceruo vulnerato. *Tum contrà Iuno: * Terrorum, ac fraudis abunde eſt.*
Stant belli cauſſæ: pugnatur cominus armis.
Qua fors prima dedit, ſanguis nouus imbuit arma.
Talia connubia, & taleis celebrent Hymenæos
Egregium Veneris genus, & rex ipſe Latinus,
Te ſuper atherias errare licentius auras,
Haud pater ille velit ſummi regnator Olympi.
Cede locis: ego, ſi qua ſuper fortuna laborum eſt,
Ipſa regam. taleis dederat Saturnia voces.
Illa autem attollit ſtridentibus anguibus alas,
Cocytíq; petit ſedem, ſupera ardua linquens.
Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis
notus. * *Nobilis & fama multis memoratus in oris,*
Amſancti valles. denſis hunc frondibus atrum

Vrget

Vrget vtrimque latus nemoris, medióque fragoſus
Dat ſonitum ſaxus, & torto vortice torrens.
*Hic ſpecus horrendum, & ſæui * ſpiracula Ditis* quod hoſtiæ admotæ concidant, & morianter.
Monſtrantur, ruptóque ingens Acheronte vorago
Peſtiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuiſum numen, terras, cælúmque leuabat.
Nec minùs interea extremam Saturnia bello
Imponit regina manum. ruit omnis in vrbem
Paſtorum ex acie numerus, cæſoſque reportant,
*Almonem puerum, * fœdatáq; ora Galeſi:* cruentati.
Implorántque deos, obteſtantúrque Latinum.
Turnus adeſt, medióque in crimine cædis & ignis
*Terrorem ingeminat: * Teucróſque in regna vocari,* quaſi exules, & perfidos.
Stirpem admiſceri Phrygiam: ſe limine pelli.
Tum quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
*Inſultant * thyaſis (neque enim leue nomen Amatæ)* choreis.
Vndique collecti coëunt, Martémque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata deûm perueꝛſo numine poſcunt.
Certatim regis circumſtant tecta Latini.
** Ille, velut pelagi rupes immota, reſiſtit:* Homerus in Iliad. 170.
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ ſeſe, multis circùm latrantibus vndis,
Mole tenet: ſcopuli nequiquam & ſpumea circùm
Saxa fremunt, laterique illiſa refunditur alga.
*Verùm vbi nulla datur * cæcum exſuperare poteſtas* fremitum populi.
Conſilium, & ſaxæ nutu Iunonis eunt res:
Multa deos, auráſque pater teſtatus inanes,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimúrque procella.
*Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine * pœnas* quia bellum fumebãt contra voluntatẽ deorum.
O miſeri. te Turne nefas, te triſte manebit
Supplicium, votiſq; deos venerabere ſeris.

Nam

Nam mihi parta quies, omniúm, in limine portus:
Funere felici ſpolior. nec plura locutus,
Sepſit ſe tecto, rerúmque reliquit habenas.
*Mos erat * Heſperio in Latio, quem protinus vrbes*
Albanæ coluere ſacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cùm prima mouent in prœlia Martem,
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcaníſve Arabíſve parant, ſeu tendere ad Indos,
** Auroráque ſequi, Parthóſque repoſcere ſigna.*
Sunt gemina belli portæ, ſic nomine dicunt,
Religione ſacra, & ſæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora: nec cuſtos abſiſtit limine Ianus.
Hæc, vbi certa ſedet patribus ſententia pugnæ,
*Ipſe * Quirinali trabea, cinctúque Gabino*
Inſignis reſerat ſtridentia limina conſul:
Ipſe vocat pugnas: ſequitur tum cetera pubes:
Æreáque affenſu conſpirant cornua rauco.
Hoc & tum Æneadæ indicere bella Latino
More iubebatur, triſteíque recludere portas.
Abſtinuit tactu pater, auerſúſque refugit
Fœda miniſteria, & cæcis ſe condidit vmbris.
Tum regina deûm cælo delapſa, moranteis
Impulit ipſa manu portas, & cardine verſo
Belli ferratos rupit Saturnia poſtes.
Ardet inexcita Auſonia, atque immobilis antè.
Pars pedes ire parat campis; pars arduus altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.
Pars leueis clypeos, & ſpicula lucida tergent
Aruina pingui, ſubigúntque in cote ſecureis:
Signáque ferre iuuat, ſonitúſque audire tubarum.
Quinque adeò magnæ poſitis incudibus vrbes

id eſt, antiquo. nam duo Latia fuerũt.

ertum dici pro populis dixit.

regali, purpurea ſcilicet albo admixto. nam trabearum tria genera fuere, deorũ, regum, augurum.

Tela

Tela nouant, Atina potens, Tiburque superbum,
*Ardea, * Crustumeriq3, & turrigerae Antemnae.* Crustumerii dicitur, sed metri causa mutauit.
Tegmina tuta cauant capitum, flectuntq3 salignas
Vmbonum crates: alij thoraca aënos,
Aut leueis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, & falcis honos; huc omnis aratri
Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enseis.
Classica iámque sonant: it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementeis
Ad iuga cogit equos, clypeúmque, auróque trilicem
Loricam induitur, fidoque accingitur ense.
Pandite nunc Helicona deae, cantúsque mouete, Homerus in Iliad. 22.
Qui bello exciti reges, quae quemque secutae
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim diuae, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemtor Diuûm Mezentius, agminaque armat.
*Filius huic iuxtà Lausus, quo * pulcrior alter* Homerus in Iliad. 25.
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus, equûm domitor, debellatórque ferarum, Homerus in Iliad. 48.
Ducit Agyllina nequiquam ex vrbe secutos
*Mille viros, * dignus patriis qui lætior esset* Homerus in Iliad. 171.
Imperiis, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victoresque ostentat equos, satus Hercule pulcro Homerus in Iliad. 215.
Pulcer Auentinus, clypeóque insigne paternum,
Centum angues, cinctámq3 gerit serpentibus hydram:
Collis Auentini silua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit auras, Homerus in Iliad. 22.
Mista deo mulier, postquàm Laurentia victor

Hispaniæ rege.

* Geryone exstincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenóque boues in flumine lauit iberas.
Pelta manu, sauósque gerunt in bella dolones:
Et tereti pugnant mucrone, verúque Sabello.
Ipse pedes * tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,
Horridus, Herculeóque humeros innexus amictu.
* Tum gemini fratres Tiburtia mœnia liquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillúsque, acérque Coras, Argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
* Ceu duo nubigenæ cùm vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen, Othryná; niualem
Linquentes: cursu rapido dat euntibus ingens
Silua locum, & magno cèdunt virgulta fragore.
Nec Prenestina fundator defuit vrbis,
* Volcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inuentúmque foci, omnis quem credidit ætas,
Cæculum. hunc legio latè comitatur agrestis:
Quiá; altum Prenestæ viri, quiá; arua * Gabina
Iunonis, gelidúmque Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt: quos dines Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei, currúsve sonant. pars maxima glandem
Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu, fuluósque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti: vestigia nuda sinistri
Instituère pedis: crudus tegit altera pero.
At Messapus equûm domitor, * Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Im pridem resides populos, desuetáque bello

Homerus in Iliad. 104.

Homerus in Iliad. 22.

Homerus in Iliad. 56.

Homerus in Iliad. 64.

quæ Gabiis colitur.

hoc dicit, quia per mare ad Italiam venerat.

Agmina

Agmina in arma vocat subitò, ferrúmque retractat.
Hi Fesceninas acies, æquósque Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua,
*Et Cymini cum monte lacum, lucósque * Capenos.*
Ibant æquati numero, regémque canebant:
** Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni,*
Cùm sese è pastu referunt, & longa canoros
*Dant per colla modos, * sonat amnis, & Asia longè*
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad litora nubem.
Ecce, Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magniq; ipse agminis instar:
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens
Per Latium, postquam in partē data Roma Sabinis.
*Vnà ingens Amiterna cohors, prisciq; * Quirites,*
Ereti manus omnis, oliuiferæq; Mutuscæ:
Qui Nomentum vrbem, qui rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrenteis rupes, montémque Seuerum,
Casperiamq; colunt, Forulósque & flumen Himellæ:
Qui Tiberim, Fabarimq; bibunt, quos frigida misit
*Nursia, & * Hortinæ classes, populiq; Latini:*
Quósque secans infaustum interluit Allia nomen:
Quàm multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hibernis conditur vndis,
Vel cum Sole nouo densæ torrentur aristæ,
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis:
Scuta sonant, pulsúque pedum tremit excita tellus.
Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
Curru iungit Alæsus equos, Turnóque feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho

vnde porta Capena, quæ iuxta est, nomen accepit.

Homerus in Iliad. 21.

Caistrus, qui cohæret Asiæ paludi.

Sabini: à quibus & Romani dicti sunt Quirites.

Hortini equites, qui classes dicuntur.

Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci mûêre patres, Sidicináque iuxta
Æquora, quiq; Cales linquunt, amnisq; vadosi
Accola Volturni, paritérque Saticulus asper,*
Oscorúmque manus. teretes sunt aclides illis
Tela: sed hac lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati cominus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale: quem generasse Telon Sebethide Nympha
Fertur, Teleboûm Capreas cùm regna teneret
Iam senior: patriis sed non & filius aruis
Contentus, latè iam tum ditione premebat
Sarrastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus,
Quiq; Rufas, Batulúmq; tenent, atq; arua Celæna
Et quos malifera despectant mœnia Abella,*
Teutonico ritu soliti torquere cateias:
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex:*
Æratæq; micant pelta, micat aereus ensis,
Et te montosa misêre in prælia Nursæ
Vfens, insignem fama, & felicibus armis:
Horrida præcipuè cui gens, assuetáque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.
Armati terram exercent, semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Quin & Marrubia vênit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comtus oliua,
Archippi regis missu, fortissimus Vmbro:
Vipereo generi, & graniter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantúque manúque solebat,
Mulcebátque iras, & morsus arte leuabat:
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit, neque eum iuuêre in volnera cantus

Somniferi,

mobibus. & est populus Campaniæ.

Homerus in Iliad. 24.

propriè: quia receus suberis cortex in quâuis formam facile flectitur.

Somniferi, & Marsis quæsita in montibus herba.
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuêre lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcerrima bello
Virbius: insignem quem mater Aricia misit,
Eductum Egeriæ lucis, Hymettia circum
*Litora, * pinguis vbi, & placabilis ara Diana.* Homerus in Iliad. 23.
Namq; ferunt fama, Hippolytũ, postquã arte nouerca* Phædræ.
Occiderit, patriásque explerit sanguine pœnas,
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Ætheria, & superas cæli venisse sub auras,
** Paoniis reuocatum herbis, & amore Diane.* à Paone, deorum medico.
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab Vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vita,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
*Sedibus, & nympha Egeriæ, nemoriq; * relegat:* commendat, segregatum ab aliis.
Solus vbi in siluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, versóque vbi nomine Virbius esset.
Vnde etiam Triuiæ templis, lucisq; sacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd litore currum,
Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
Filius ardentis haud secius æquore campi
Exercebat equos, currúque in bella ruebat.
** Ipse inter primos præstanti corpore Turnus* Homerus in Iliad. 23.
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est:
** Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram* Homerus in Iliad. 48.
Sustinet, Aetnæos efflantem faucibus igneis.
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At leuem clypeum sublatis cornibus Iò

Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
*Argumentum ingens, & * custos virginis Argûs,*
Cælatáque amnem fundens pater Inachus vrna.
Insequitur nimbus peditum, clypeatáque totis
Agmina densantur campis, Argiuáque pubes,
Arúncæq́ manus, Rutuli, veterésque Sicani,
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici:
** Qui saltus Tiberine tuos, sacrúmque Numici*
Litus arant, Rutulósque exercent vomere colleis,
Circæúmque iugum, queis Iupiter Anxurus aruis
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco:
Quà Saturæ iacet atra palus, gelidúsque per imas
*Quærit iter * valleis, atque in mare conditur Vfens.*
Hos super aduénit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florenteis ære cateruas,
Bellatrix, non illa colo, calathisve Mineruæ
Femineas assueta manus, sed prœlia virgo
Dura pati, cursúque pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
** Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,*
Ferret iter, celereis nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis, agrisq́ effusa iuuentus,
Turbáque miratur matrum, & prospectat euntem.
*Attonitis * inhians animis, vt regius ostro*
Velet honos leueis humeros, vt fibula crinem
Auro internectat, Lyciam vt gerat ipsa pharetram,
Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

ne reuerti posset in formã priorem.

Homerus in Iliad. 23.

significat fluminis angustias.

Homerus in Iliad. 223. Apoll. Arg. 8.

ore ob stuporem patefacto.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. VIII.

ARGVMENTVM.

Hele Turni Æneæque bellicus apparatus describitur, quorum ille sibi finitimarum vrbium Diomedisque auxilia: hic verò Arcades Euandrumque regem vnà cum Pallante adiungit.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu;
Vtq; acreis concussit equos, vtq; impulit arma:
Extemplò turbati animi: simul omne tumultu
* Coniurat trepido Latium, saeuitq; iuuentus
Effera. ductores primi Messapus, & Vfens,
Contemtórque deûm Mezentius, vndique cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros,
Aduectum Aeneam classi, victósque Penatis
Inferre, & fatis regem se dicere posci,
Edoceat, multásque viro se adiungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbescere nomen.
Quid struat his cœptis, quem, si fortuna sequatur,
Euentum pugnæ cupiat, * manifestius ipsi
Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.
Talia per Latium: quæ Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æstu:
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesq; rapit varias, pérque omnia versat,
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen aënis
Sole * repercussum, aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia peruolitat latè loca, iámque sub auras

erant n. tria militiæ genera, cõiuratio, & euocatio, in tumultu: quæ hic significantur: tertium sacramẽtum.

ostendit victorẽ Aeneam cũ ipso etiam Diomede bella gesturum.

quia primo aquam ferit, inde tendit ad tecta.

Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia fessa per omneis
Homerus in Iliad. 249. * *Alituum pecudúmque genus sopor altus habebat:*
Cùm pater in ripa, gelidiq; sub æthere axe
Æneas tristi turbatus pectora bello
Procubuit, seráque dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci, fluuio Tiberinus amœno,
pertinet ad reuerentiam. *Populeas inter * senior se attollere frondeis*
Visus. eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crineis vmbrosa tegebat arundo.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
ob Dardanũ, Troiani generis auctorem, ex Italia profectum. *O sate gente deûm, Troianam ex hostibus vrbem*
*Qui * reuehis nobis, æternáque Pergama seruas,*
Exspectate solo Laurenti, aruisq; Latinis,
Heic tibi certa domus, certi, ne absiste, Penates:
Neu belli terrêre minis. tumor omnis, & iræ
Concessere deûm.
Iámque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum,
Litoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fetus enixa, iacebit,
Alba, solo recubans, albi circum vbera nati.
Heic locus vrbis erit, requies ea certa laborum:
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. nunc qua ratione, quod instat,
Expedias victor, paucis, aduerte, docebo.
ad has oras, exponit Seruius. *Arcades * hìs oriũ, genus à Pallante, profectum*
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,
Delegêre locum, & posuere in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum:
Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina:
Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.

Ipse

Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam,
Aduersum remis superes subuectus vt amnem.
Surge agè nate dea, primúmq; cadentibus astris
Iunoni fer ritè preces, iramque, minasque
Supplicibus supera votis. mihi victor honorem
Persolues: egò sum, pleno quem flumine cernis
**Stringentem ripas, & pinguia culta secantem,*
Caruleus Thybris, caelo gratissimus amnis.
Heic mihi magna domus celsis caput vrbibus exit.
** Dixit, deinde lacu fluuius se condidit alto,*
Ima petens. nox Aeneam, somnúsque reliquit.
Surgit, & aetherij spectans orientia Solis
Lumina, ritè cauis vndam de flumine palmis
Suffulit, ac talcis effudit ad aethera voces:
Nymphæ, Laurentes Nymphæ, genus amnib. vnde est,
*Tuque ô Thybri, tuo genitor cum * flumine sancto,*
Accipite Aenean, & tandem arcete periclis.
Quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocumque solo pulcerrimus exis,
Semper honore meo, semper celebrabere donis.
Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum,
*Adsis ô tandem, & * propiùs tua numina firmes.*
Sic memorat, geminásque legit de classe biremes,
Remigióque aptat, socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum, atque oculis mirabile monstrum,
Candida per siluam cum fetu concolor albo
Procubuit, viridiq; in litore conspicitur sus:
Quam pius Aeneas, tibi enim, tibi maxima luno
Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.
Thybris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentem
Leniit, & tacita refluens ita subsitit vnda,
Mitis vt in morem stagni, placidæq; paludis

minuentem: quod Tiberis proprium est.

Homerus in Iliad. 16.

Seruius ait Ge inuocari solitum; Adesto Tiberine cum tuis vndis.

non enim dubitat Aeneas de fide oraculi, sed petit celeritatem.

Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo:*
Labitur vncta vadis abies: mirantur & vndæ,
Miratur nemus insuetum fulgentia longè
Scuta virûm fluuio, pictásque innare carinas.
Olli remigio noctémque diémque fatigant,
Et longos superant flexus, variisq́; teguntur
Arboribus, virideusq́; secant placido æquore siluas.*
Sol medium cæli conscenderat igneus orbem,
Cùm muros, arcémque procul, & rara domorum
Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cælo
Æquauit: tum res inopes Euandrus habebat.
Ocyùs aduertunt proras, vrbiq́; propinquant.
Fortè die sollemnem illo rex Arcas honorem
** Amphitryoniadæ magno, diuisq́; ferebat*
Ante vrbem in luco. Pallas huic filius vnà,
Vnà omnes iuuenum primi, paupérque senatus
Thura dabant, tepidúsque cruor fumabat ad aras.
Vt celsas videre rates, atque inter opacum
Allabi nemus, & tacitis incumbere remis:
Terrentur visu subito, cunctiq́; relictis
Consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptóque volat telo obuius ipse;
Et procul è tumulo, Iuuenes, quæ caussa subegit
Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.
Qui genus? vnde domo, pacémne huc fertis, an arma?*
Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta,
Paciferaq́; manu ramum prætendit oliuæ:
Troiugenas, ac tela vides inimica Latinis:
Quos illi bello profugos egere superbo.*
Euandrum petimus. ferte hæc, & dicite lectos
Dardaniæ venisse duces, socia arma roganteis.

bona fama, cùm neminé læderent.

id est, apparẽtes in flumine vicinarum siluarum imagines.

Herculi Amphitryonis filio.

id est, quo genere: vt illud, Cressa genus Pholoë.

vt vos quoque, quærit enim beneuolentiam à similitudine fortunæ.

Obstipuit

*Obstipuit tanto * percussus nomine Pallas.* — * perculsus
Egredere ô quicumque es, ait, coramq́ parentem
Alloquere, ac nostris succede Penatibus hospes:
Accepitq́ manu, dextramq́ amplexus inhæsit.
Progressi subeunt luco, fluuiumq́ relinquunt.
Tum regem Æneas dictis affatur amicis:
Optime Graiugenûm, cui me fortuna precari,
Et vitta comtos voluit prætendere ramos;
Non equidẽ extimui, Danaûm quòd ductor, & Arcas,
Quódque à stirpe fores geminis coniunctus Atreidis:
Sed mea me virtus, & sancta oracula diuûm,
*Cognatiq́ patres, tua terris * didita fama,* — antiquũ verbũ, pro sparsa, diuulgata.
Coniunxere tibi, & fatis egere volentem.
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor,
Electra, vt Graij perhibent, Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros: Electram maxumus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbeis.
*Vobis Mercurius pater est, quem * candida Maia* — splendidior enim Maia inter Pleiadas.
Cyllenes gelido conceptum in vertice fudit.
At Maiam, auditis si quidquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, cæli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus, non legatos, neque prima per artem
** Tentamenta tus * pepigi: me me ipse, meumq́* — experimenta pactus sum.
Obieci caput, & supplex ad limina veni.
*Gens eadem, quæ te, crudeli * Daunia bello* — Rutuli, à Dauno rege.
Insequitur: nos si pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnẽ Hesperiam penitus sua subiuga mittant,
Et mare, quod suprà, teneant, quódque alluit infrà.
Accipe, dáque fidem, sunt nobis fortia bello
*Pectora, sunt animi; & * rebus spectata iuuentus.* — Troiano bello per decenniũ.
Dixerat Æneas. ille os, oculósque loquentis,

Iam

Iam dudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tunc sic pauca refert: Vt te fortissime Teucrûm
Accipio, agnoscóque libens! vt verba parentis,
Et vocem Anchisæ magni, vultúmque recordor!
Nâm memini Hesiones visentem regna sororis
Homerus in Iliad. 100. *Laomedontiaden Priamum Salamina petentem,*
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fineis.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta:
Mirabarq; duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat.
Anchisen. mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare virum, & dextræ coniungere dextram.
Accessi, & cupidus Phereï sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq; sagittas,
Discedens, chlamydémque auro dedit intertextam,
impropriè. nâ bina tantùm dici de iis quæ singulari carent numero, ait Seruius. *Frenaq; bina, meus quæ nunc habet, aurea, Pallas.*
Ergo &, quam petitis, iuncta est mihi fœdere dextra:
Et, lux cùm primùm terris se crastina reddet,
Auxilio lætos dimittam, opibúsque iuuabo.
Interea sacra hæc, quando huc venistis amici,
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum, & iam nunc sociorum assuescite mensis.
Hæc vbi dicta, dapes iubet, & sublata reponi
Pocula, graminéoque viros locat ipse sedili,
structo ex herbis, & super sedile posito. *Præcipuúmque toro, & villosi pelle leonis*
Accipit Æneam, solióque inuitat acerno.
Tunc lecti iuuenes certatim, aræq; sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum, onerantq; canistris
Dona laborata Cereris, Bacchúmque ministrant.
Homerus in Iliad. 78. *Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuentus*
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Homerus in Iliad. 10. 249. *Postquàm exempta fames, & amor compressus edendi,*

Rex

Rex Euandrus ait: Non hæc sollemnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,
Vana superstitio, veterúmve ignara deorum,
Imposuit. sæuis, hospes Troiane, periclis
Seruati facimus, meritósque nouamus honores.
*Iam primùm saxis * suspensam hanc adspice rupem,* quasi iam iamque lapsuram.
Disiectæ procul vt moles, desertaq́ montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.
Heic spelunca fuit vasto submota recessu,
Semihominis Caci: facies quam dirá tegebat,
Solis inaccessam radiis, sempérque recenti
Cæde tepebat humus, foribúsque affixa superbis
Ora virûm tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Volcanus erat pater: illius atros
Ore vomens igneis, magna se mole ferebat.
*Attulit * & nobis aliquando optantibus ætas* vt multis.
Auxilium, aduentumq́ dei. nam maxumus vltor,
*Tergemini nece Geryonis, * spoliisq́ superbus* abductis bobus.
Alceides aderat, taurósque hàc victor agebat
Ingenteis, vallémque boues, amnémque tenebant.
At furis Caci mens effera, ne quid inausum
Aut intentatum scelerísve dolive fuisset,
Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit, totidem forma superante iuuencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
*Cauda in speluncam tractos, versisq́ * viarum* quæ vestigiis signatæ furtũ sæpe patefaciunt.
Indiciis raptos, saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, cùm iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitúmque pararet,
Discessu mugire boues, atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.

Reddidit

Reddidit vna boum vocem, vastóque sub antro
Mugit, & Caci spem custodita fefellit.
Hic verò Alcidæ Furius exarserat atro
Felle dolor: rapit arma manu, nodisq; grauatum
clauam. * *Robur, & aërij cursu petit ardua montis.*
Tum primùm nostri Cacum vidêre timentem,
Turbatúmque oculu. fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncámque petit. pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptisq; immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod, & arte paterna
Pendebat, fultósque emunit obice postes:
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnémque
Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc,
Dentibus infrendens. ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem: ter saxea tentat
non corpore, sed animo, vt egens consilij. *Limina nequiquam. ter * fessus valle resedit.*
Stabat acuta silex, præcisis vndique saxis
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu,
nõ, mali omnis, sed humanis cadaueribus vescentium. * *Diratum nidis domus opportuna volucrum.*
Hanc, vt prona iugo lauum incumbebat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus: inde repentè
Impulit, impulsu quo maximus insonat æther.
Dissultant ripæ, refluitque exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens.
Regia, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ:
Homerus in Iliad. 220. * *Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens*
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, dis inuisa, supérque immane Barathrum
Cernatur, trepidentque immisso lumine Manes.
Ergo insperata deprensum in luce repentè,
clamantem. *Inclusúmque cauo saxo, atque insueta * rudentem*

Desuper

Desuper Alcides telis premit, omniq́ue arma
Aduocat, & ramis, vastuq́; molaribus instat.
Ille autem (neque enim fugæ iam super vlla pericli est)
Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,
Euomit, inuoluit q́; domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis, glomerátque sub antro
Fumiferam noctem, commistis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seq́ue ipse per ignem
Præcipitem iecit saltu, quà plurimus vndam
Fumus agit, nebulaq́ue ingens specum æstuat atra.
Heic Cacum in tenebris incendia, vana vomentem nihil Herculem lædentia.
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur extemplò foribus domus atra reuolsis:
*Abstractá; boues, * abiurataq́; rapinæ* contra ius retentæ.
Cælo ostendunsur, pedibusq́ue informe cadauer
Protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo
Terribilem oculos, vultum, villosaq́ue setis
Pectora semiferi, atque exstinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, lætiq́; minores
Seruauere diem, primúsque Potitius auctor,
*Et domus Herculei * custos Pinaria sacri,* id est, ministra: vt lib. 11. At Triuiæ custos.
Hanc aram luco statuit, quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite ô iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communémque vocate deum, & date vina volentes.
*Dixerat: * Herculea bicolor cum populus vmbra* Herculi consecrata.
Velauitque comas, foliisq́; innexa pependit:
Et sacer implenit dextram scyphus, ocyus omnes
In mensam læti libant, diuosque precantur.
** Deuexo interea propior fit Vesper Olympo:* in noctem inclinato.

Iamque

Lámque sacerdotes, primúsque Potitius, ibant,
Pellibus in morem cincti, flamáſque ferebant.
Inſtaurant epulas, & mensæ grata secundæ
Dona ferunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.
qui tripudiantes circuibant aras. *Tum * Salij ad cantus, incensa altaria circum,* 285
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt: vt prima nouercæ
Monstra manu, geminosq; premens eliserit angueis;
Vt bello egregias idem disiecerit vrbeis, 290
Homerus in Iliad. 114. Homerus in Iliad. 88. *Troiámque Oechaliámque: vt * duros mille labores*
Rege sub Euryſtheo, fatis Iunonis iniquæ,
Pertulerit. tu nubigenas inuicte bimembreis,
Hylaúmque, Pholúmque manu, tu Creßia mactas
Prodigia, & vastum Nemeæ sub rupe leonem. 295
Homerus in Iliad. 88. ** Te Stygij tremuere lacus, te ianitor Orci,*
Oſſa super recubans antro semesa cruento:
Nec te vllæ facies, non terruit ipse Typhœus
id est, prudentissimum te non circumuenit. *Arduus, arma tenens: * non te rationis egentem*
Lernæus turba capitum circumstetit anguis. 300
Salue vera Iouis proles, decus addite diuis:
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
magis quàm omnia, vltra omnia. *Talia carminibus celebrant; * super omnia Caci*
Speluncam adiiciunt, spirantémque ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu, colleſque resultant. 305
Exin se cuncti diuina rebus ad vrbem
Perfectis referunt. ibat rex obsitus æuo,
Et comitem Aeneam iuxtà, gnatúmque tenebat
Ingrediens, varióque viam sermone leuabat.
Miratur, facileis q; oculos fert omnia circum 310
Æneas, capiturque locis, & singula lætus
Exquirit q;, audit q; virûm monumenta priorum.

Tum

Tum rex Euandrus, * *Romanæ conditor arcis,*
Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant,
Gensque virûm truncis, & duro robore nata:
Queis neq; mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exsul ademtis.
Is genus * *indocile, ac dispersum montibus altis*
Composuit, legésque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaque, vt perhibent, illo sub rege fuere
Sæcula. sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paullatim, ac * *decolor ætas,*
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausonia, & gentes venêre Sicanæ:
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperque immani corpore Thybris;
A quo post Itali fluuium cognomine Thybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagiq; extrema sequentem,
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis, matrisq; egêre tremenda
Carmentis nymphæ monita, & deus auctor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus, monstrat & * *aram,*
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant nymphæ priscũ Carmentis honorem
Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros
Æneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub * *rupe Lupercal,*
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

Id est, Pallantæ, vbi postea palatium fuit.

pro, indoctũ.

non aurea, id est pulcherrimi coloris, sed infecta, vt sunt corpora vitiosa.

quam fecit exstinctæ matri.

montis Palatini.

Necnon & sacri monstrat nemus Argileti,
Testatúrque locum, & lethum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis.
Iam tum religio pauidos terrebat agrestes
magna, vt alibi. * Dira loci: iam tum siluam, saxúmque tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem,
Homerus in Iliad. 10. * Quis deus, incertum est, habitat deus: Arcades ipsum
Homerus in Iliad. 198. Credunt se vidisse louem, cùm sæpè nigrantem
Ægida concuteret dextra, nimbósque cieret.
vnum Iani, alterum Saturni. Hæc * duo præterea disiectis oppida muris,
Reliquias, veterúmque vides monumenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
quasi tura, Caco mortuo. Pauperis Euandri, * passim q; armenta videbant
Romanóque foro, & lautis mugire Carinis.
Vt ventum ad sedes, Hæc, inquit, limina victor
Alcidès subiit; hæc illum regia cepit:
quasi rem arduam, & difficilem. * Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge deo, rebúsque veni non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aencam duxit, stratuq; locauit
Effultum foliis, & pelle Libystidis vrsæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequiquam exterrita mater,
Laurentúmque minis, & duro mota tumultu,
Volcanum alloquitur, thalamóque hæc coniugis aureo
Incipit, & dictis diuinum adspirat amorem:
Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
fatis exitio destinata. * Debita, casúrasque inimicis ignibus arces:
Non vllum auxilium miseris, non arma rogaui

Artis,

Artis, opisq; tuæ: nec te, carissime coniux,
Incassúmve tuos volui exercere labores:
* *Quamuis & Priami deberem plurima gnatis,* Homerus in Iliad. 208.
Et durum Aeneæ fleuissem sæpè laborem.
Nunc Iouis imperio Rutulorum constitit oris:
* *Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi numen* Homerus in Iliad. 209.
Arma rogo, genitrix nato. te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.
Aspice qui coeant populi, quæ mœnia clausis
Ferrum acuant portis in me, excidiúmque meorum.
* *Dixerat: & niueis hinc atque hinc diua lacertis* Homerus in Iliad. 155.
Cunctantem amplexu molli fouet. ille repentè Homerus in Iliad. 156.
Accepit solitam flammam, notúsque medullas
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit:
Non secus atque olim tonitru cùm rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis, & formæ conscia coniux.
* *Tum pater æterno fatur deuinctus amore:* Homerus in Iliad. 157.
* *Quid causs petis ex alto? fiducia cessit* Iliad. 209.
Quo tibi diua mei? similis si cura fuisset,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset.
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare, decémque alios Priamum superesse per annos.
Et nunc si bellare paras, atque hæc tibi mens est;
Quidquid in arte mea possum promittere curæ,
Quod fieri ferro, * *liquidóve potest electro:* puro.
Quantum ignes, animæq; valent, absiste precando
Viribus indubitare tuis. * *ea verba locutus,* Homerus in Iliad. 157.
Optatos dedit amplexus, placidúmque petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde, vbi prima quies medio iam noctis abacta
* *Curriculo expulerat somnum: ceu femina primùm,* tempore.

Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat igneis,
Noctem addens operi, famulásque ad lumina longo
Exercet penso, castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere gnatos.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo,
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus, Æoliámque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnaea tonant; validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntq; cauernis
terræ sunt ferri in massam coactæ. ** Strictura Chalybum, & fornacibus ignis anhelat:*
Volcani domus, & Volcania nomine tellus.
Hôc tunc ignipotens cælo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésq;, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cælo
Deiicit in terras, pars imperfecta manebat.
Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ
Addiderant, rutili treis ignis, & alitis Austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitúmque, metúmque
Homerus in Iliad. 60. ** Miscebant operi, flamisq; sequacibus iras.*
Parte alia Marti currúmque rotásque volucreis
Instabant; quibus ille viros, quibus excitat vrbeis:
pro, turbātis. *Aegidáque horriferam, * turbatæ Palladis arma,*
Certatim squamis serpentum, auróque poleibant,
Connexósque angueis, ipsámque in pectore diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.
Homerus in Iliad. 209. ** Tollite cuncta, inquit, cœptósque auferte labores,*
Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.

Arma

*Arma acri facienda viro: nunc viribus * vsus,* pro, tempus eſt vti viribus.
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra:
Precipitate moras. nec plura effatus. at illi
Ocyùs incubuere omnes, pariterque laborem
** Sortiti: fluit aes riuis, aurique metallum,* diuiserunt inter ſe, vt alibi, ſortiti remos.
Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
Tela Latinorum, septenósque orbibus orbem
Impediunt. alij ventosis follibus auras
*Accipiunt, reddunt que; alij * stridentia tingunt* tingendo ſtridere faciunt.
Æra lacu: gemit impositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe massam.
*Hac pater Aeolijs properat dum * Lemnius oris;* quia, deiectus à Iunone ob deformitatẽ, ceciditin Lemnum.
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicáque inducitur artus, Homerus in Iliad. 14. Od. 10.
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.
Tum lateri, atque humeris Tegeaum subligat ensem,
Demissa ab laua pantheræ terga retorquens.
Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressúmque canes comitantur herilem.
Hospitis Aeneæ sedem, & secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi muneris heros.
** Nec minùs Aeneas se matutinus agebat.* Homerus in Iliad. 10.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, mediúque residunt
Aedibus, & licito tandem sermone fruuntur. Homerus in Iliad. 10.
Rex prior hæc:
Maxime Teucrorum ductor, quo sospite numquam
** Res equidem Troiæ victas, aut regna fatebor,* vt illud lib. 3. Poſtquam res Aſix.
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto

Exigua vires: hinc Tusco laudantur amni,
Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos, opulentáque regna
Iungere castra paro: quam fax inopina salutem
Ostentat: fatis huc te poscentibus affers.
antiquo opere. Haud procul hinc saxo incolitur fundata * vetusto
Vrbis Agyllinæ sedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis insedit Etruscis.
Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni
Effera? di capiti ipsius, generiq; reseruent.
Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibúsque manus, atque oribus ora,
sanie mortui tabo viuentis. Tormenti genus, & * sanie, tabóque fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.
At fessi tandem cives infanda furentem
Armati circumsistunt, ipsúmque, domúmque:
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
historicè, pro confugiebat. * Confugere, & Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis Furijs surrexit Etruria iustis:
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
quasi fortem multis: vt sit sidus exercitus. His ego te Aenea ductorem millibus * addam.
Toto namque fremunt condensa litore puppes,
Signáque ferre iubent: retinet longæuus haruspex
Fata canens, ô Maonia delecta iuuentus,
Flos veterum, virtusq; virûm, quos iustus in hostem
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira:
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
gotis. Externos * optate duces. tum Etrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm.

Ipse

Ipse oratores ad me, regnique coronam*
Cum sceptro misit, mandatque insignia Tarchon,
Succedam castris, Tyrrhenaque regna capessam.
Sed mihi tarda gelu, saclique effeta senectus
Inuidet imperium, seraque ad fortia vires.
Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella
Hinc partem patriæ trahèret. tu, cuius & annis,
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,
Ingredere, ô Teucrûm, atque Italûm fortissime ductor.
*Hunc tibi præterea, spes, & * solatia nostri,*
Pallanta adiungam: sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta, dabo; totidémque suo tibi nomine Pallas.
*Vix ea fatus erat: defixique ora * tenebant*
Æneas Anchisiades, & fidus Achates,
Multáque dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cælo Cytherea dedisset aperto.
** Namque improuiso vibratus ab æthere fulgor*
*Cum sonitu venit, & ruere * omnia visa repente,*
Tyrrhenusque tuba mugire per æthera clangor.
Suspiciunt: iterùm, atque iterum fragor intonat ingens:
Arma inter nubem cæli in regione serena
*Per * sudum rutilare vident, & pulsa tonare.*
Obstupuere animis alij: sed Troïus heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis.
Tum memorat: Ne verò hospes, ne quære profectò,
Quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missuram diua creatrix,
Si bellum ingrueret, Volcaniáque arma per auras
Laturam auxilio.

insigne. nam coronâ Tuscos reges nunquam habuisse, ait Seruius.

quia, amissa coniuge, vnicum habebat solatium.

tristes ob auxiliorum paucitatem, ait Seruius.

Homerus in Iliad. 115.

serenâ est post pluuias, quasi subudum.

Homerus in Iliad. 204.

Heu, quantæ miseris cædes Laurentibus instant!
Quas pœnas mihi Turne dabis! quam multa sub vndas
Scuta virûm, galeásque, & fortia corpora volues
quæ se factu-rum Latinus promiserat. *Thybri pater! poscant acies, & * fœdera rumpant.*
Hæc vbi dicta dedit; solio se tollit ab alto,
Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras
cui pridie sacrificauerat. *Excitat, * hesternúmque Larem, paruósque Penateis*
Lætus adit: mactat lectas de more bidenteis,
Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus:
Pòst hinc ad naueis graditur, sociósque reuisit:
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Præstanteis virtute legit: pars cetera prona
fine remigio. *Fertur aqua, * segnisq́; secundo defluit amni,*
Nuntia ventura Ascanio rerúmque, patrisq́;.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arua:
optimum, & præcipuum. *Ducunt * exsortem Aeneæ, quem fulua leonis*
Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis.
Fama volat paruam subitò vulgata per vrbem,
Ocyùs ire equites Tyrrheni ad litora regis.
Homerus in Iliad. 20. ** Vota metu duplicant matres, propinq́; periclo.*
It timor, & maior Martis iam apparet imago.
Homerus in Iliad. 125. *Tum pater Euandrus dextram complexus euntis*
Hæret inexpletum lacrymans, ac talia fatur:
Homerus in Iliad. 43. ** O mihi præteritos referat si Iupiter annos:*
Qualis eram, cùm primam aciem Preneste sub ipsa
Straui, scutorumq́; incendi victor aceruos,
Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi:
per tres animas perfectum indicat virum. *Nascenti cui * treis animas Feronia mater,*
Horrendum dictu, dederat: terna arma mouenda,
Ter letho sternendus erat: cui tum tamen omneis
Abstulit hac animas dextra, & totidem exuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam

Gnate

Gnate tuo: neque finitimus Mezentius vmquam
Huic capiti insultans, tot ferro saua dedisset
Funera, tam multis viduasset ciuibus vrbem.
*At * vos ô superi, & diuom tu maxume rector* — à suis laudib. ad curam filij conuertitur.
Iupiter, Arcadij quaeso miserescite regis,
Et patrias audite preces, si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant,
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum:
Vitam oro: patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum Fortunae minaris,
Nunc ô nunc liceat crudelem abrumpere vitam,
Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri,
*Dum te care puer, mea * sera, & sola voluptas,* — nam & serò, & solus est susceptus.
Complexu teneo; grauior ne nuntius aureis
Volneret. haec genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.
Iamq; adeò exierat portis equitatus apertis:
Aeneas inter primos, & fidus Achates:
*Inde alij Troiae proceres: * ipse agmine Pallas* — Homerus in Iliad. 115.
In medio, chlamyde, & pictis conspectus in armis.
** Qualis, vbi Oceani perfusus Lucifer vnda,* — Homerus in Iliad. 244.
Quem Venus ante alios astrorum diligit igneis,
Extulit os sacrum caelo, tenebrasq; resoluit.
Stant pauida in muris matres, oculisq; sequuntur
Puluerem nubem, & fulgenteis aere cateruas.
Olli per dumos, quà proxima meta viarum,
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quadrupedãte putrem sonitu quatit vngula cãpum.
Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,
*Relligione patrum * latè sacer: vndique colles* — quia non solũ à ciuibus, sed & ab incolis colebatur.
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt.
Siluano fama est veteres sacrasse Pelasgos,

Aruorum pecoriq́, deo, lucúmque, diémque:
Qui primi fineis aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis, celsóque omnis de colle videri
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
Huc pater Æneas, & bello lecta iuuentus
Homerus in Il. 21 & 212. *Succedunt, feßiq́, & equos, & corpora curant.*
At Venus ætherios inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat: gnatúmque in valle reducta
Vt procul egelido secretum flumine vidit,
cõfessa deam. *Talibus effata est dictis, seque obtulit* * *vltrò:*
En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera: ne mox aut Laurentes, gnate, superbos,
Aut acrem dubites in prœlia poscere Turnum.
Dixit, & amplexus gnati Cytherea petiuit:
Homerus in Iliad. 212. * *Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.*
Homerus in Iliad. 212. * *Ille dea donis, & tanto lætus honore*
Expleri nequit; atque oculos per singula voluit,
Miratúrque, intérque manus, & brachia versat
Terribilem cristis galeam, flammásque vomentem,
Homerus in Iliad. 211. * *Fatiferúmque ensem, loricam ex ære rigentem,*
Sanguineam, ingentem: qualis, cùm cærula nubes
Homerus in Iliad. 115. * *Solis inardescit radiis, longéque refulget.*
Tum leues ocreas electro, auróque recocto,
Hastámque, & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorúmque triumphos,
Haud vatum ignarus, venturiq́, inscius ævi
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
subaudi, ad Augustum. * *Stirpis ab Ascanio, pugnatáque in ordine bella.*
Fecerat & viridi fetam Mauortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos:

Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
*Mulcere alternos, & corpora * fingere lingua.* Id est, tergere.
Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
*Consessu * caueæ, magnis Circensibus actis,* caueæ est, vbi populus spectat.
Addiderat, subitóque nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatióque seni, Curibúsque seueris.
Post iidem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aras, paterásque tenentes
*Stabant, & cæsa iungebant fœdera * porca.* in omnibus sacris plus valent feminei generis victimæ.
Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant, (at tu dictis Albane maneres)
Raptábátque viri mendacis viscera Tullus
Per siluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.
Nec non Tarquinium ejectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentiq; vrbem obsidione premebat:
Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similémque minanti
Aspiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles,
Et fluuium vinclis innaret Cloelia ruptis.
*In * summo custos Tarpeiæ Manlius arcis* summa clypei parte.
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat,
*Romuleóque recens horrebat regia * culmo.* curiam Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis.
Atque hæc auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat:
*Galli per dumos aderant, arcémque * tenebant* id est, parum aberat quin tenerent.
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
*Aurea cæsaries ollis, atque aurea * vestis.* pro barba. sic accipit Seruius.
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quisque Alpina coruscant
Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.
Hinc exsultantes Salios, nudósque Lupercos,
Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cælo

*Extude-

studiosè fecerat in clypeo.

* Extuderat: casta ducebant sacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus: hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis:
Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem scopulo, Furiarumq; ora trementem,

Censoriũ: non enim Vticensem laudasset, qui cõtra Cæsarem Augusti patrem, arma tulerat.

Secretósque pios, his dantem iura * Catonem.
Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aurea: sed fluctu spumabant cærula cano,
Et circum argento clari delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æstúmque secabant.
In medio classis eratæ, Actia bella,
Cernere erat: totúmque instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auróque effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in prœlia Cæsar
Cum patribus, populóque, Penatibus, & magnis dis,
Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammas
Lata vomunt, patriúmque aperitur vertice sidus.

significat deos fauisse primũ Augusto, deinde Agrippæ.

Parte alia ventis, & dis Agrippa * secundis,
Arduus, agmen agens: cui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgens rostrata corona.
Hinc ope barbarica, variisq; Antonius armis
Victor, ab Aurora populis, & litore Rubro
Ægyptum, viresque Orientis, & vltima secum
Bactra vehit, sequiturque, nefas, Ægyptia coniux.
Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuolsum remis, rostrisq; tridentibus æquor.
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos,

quod inuenit Agrippa primus.

Tanta mole viri * turritis puppibus instant.
Stupea flamma manu, telisq; volatile ferrum
Spargitur: arua nouo Neptunia cæde rubescunt.
Regina in medio patrio vocat agmina sistro:

Nec

Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues.
*Omnigenúmque deûm monstra, & latrator Anubis, Homerus in Iliad. 220.
Contra Neptunum, & Venerem, contráque Minerua
Tela tenent: sæuit medio in certamine Mauors,
Calatus ferro, tristésque ex æthere Diræ:
Et scissa gaudens vadit Discordia palla:
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. Homerus in Iliad. 115.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.
Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, & laxos iam iámque immittere funes.
Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, vndis, & * Iapyge, ferri. vento de Apulia flante.
Contrà autem magno mœrentem corpore Nilum,
Pandentémque sinus, & tota veste vocantem
Cæruleum in gremium, latebrosáque flumina victos.
At Cæsar, triplici inuectus Romana* triumpho Antoniano, Dalmatico, Alexandrino.
Mœnia, dis Italis, votum immortale, sacrabat
Maxima tercentum totam delubra per vrbem.
Lætitia, ludísq; vix, plausúque fremebant:
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus ara:
Ante aras terram cæsi strauere iuuenci.
Ipse sedens * niueo candentis limine Phœbi, marmoreum enim erat templum, aducto marmore de portu Lunæ, qui est in Liguria.
Dona recognoscit populorum, aptátque superbis
Postibus: incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tam vestis, & armis.
Hinc Nomadum genus, & discinctos Mulcíber Afros,
Hinc Lelegas, Carásque, sagittiferósque Gelonos
Finxerat: Euphrates ibat iam mollior vndis,
Extremíque hominum Morini, Rhenúsque bicornis,

Indo-

Indomitiq; Dae; & pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Volcani, dona parentis
Miratur, rerumq; ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famamq;, & fata nepotum.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIB. IX.

ARGVMENTVM.

Turnus à Iunone per Iridem in Teucros Æneâ absente instigatur: ille eius dictis obsequitur, eorumque classes exurere conatur: verùm Iouis beneficio reseruantur, ac in totidem Nymphas marinas conuertuntur. Nisus & Euryalus à Troianis ducibus ad Æneam emissi confodiuntur. Turnus vi potitur castris, indeque statim depellitur.

ATQVE ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Irim de cælo misit Saturnia Iuno
ita vocat Forcas viros sine felicitate, vt alibi Pallantem. vterque autem est occisus.
* *Audacem ad Turnum. luco tum forte parentis*
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat:
Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
Turne, quod optanti diuûm promittere nemo
Auderet, volueda dies en attulit vltrò.
Æneas, vrbe, & sociis, & classe relicta,
Sceptra Palatini, sedémque petit Euandri:
Nec satis: extremas Corythi penetrauit ad vrbeis:
Lydorúmque manum, collectos armat agrestes.
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus:
quæ absente Æneâ turbari facilè possunt.
*Rumpe moras omneis, * & turbata arripe castra.*
Dixit, & in cælum paribus se sustulit alis,
Ingentémque fuga secuit sub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis, duplicésque ad sidera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:
Homerus in Iliad. 204.
*Iri, * decus cæli, quis te mihi nubibus actam*

Detulit

Detulit in terras? vnde hæc tam clara repentè
Tempestas? video medium discedere cælum,
* Palanteúmq; polo stellas: sequor omina tanta, quasi in alienum tempus erroreveniences.
Quisquis in arma vocas. & sic effatus, ad vndam
Processit, summóque hausit de gurgite lymphas,
Multa deos orans; oneratúmq; æthera votis.
Iámque omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues equûm, diues pictaï vestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coërcent
Tyrrheidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice suprà est:
Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
* Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus id est, per profundam altitudinem.
Cùm refluit campis, & iam se condidit alueo.
Hæc subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.
Primus ab aduersa * conclamat mole Caicus: non interrogans (ipse enim nouit) sed cum admiratione.
Quis globus ô ciues caligine volvitur atra?
Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros:
Hostis adest: eia. ingenti clamore per omneis
Condant se Teucri, portas & mœnia complent,
Namque ita discedens præceperat optimus armis
Æneas: si qua interea * fortuna fuisset, casus bellicus.
Neu struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modò, & tutos seruarent aggere muros,
Ergò, etsi conferre manum pudor iráque monstrat,
Obiiciunt portas tamen, & præcepta facessunt,
Armatiq; cauis exspectant turribus hostem.
*Turnus, vt antè volans tardum præcesserat agmen, Homerus in Iliad. 8.
Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristáque tegit galea aurea rubra.

Ecquis

Ecquis erit mecum, ô iuuenes, qui primus in hostem?
more Romano: hasta enim in hostiũ fines immissa, pugnæ principium indicabatur. En, ait, & iaculum intorquens * emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert.
Clamore excipiunt socij, fremitúque sequuntur
Horrisono: Teucrûm mirantur inertia corda;
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere. huc turbidus, atq; huc
Lustrat equo muros, aditúmque per auia quærit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
vitra mediam noctem. Cùm fremit ad caulas, ventos perpessus, & imbres
Nocte super * media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper, & improbus ira
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ficca sanguine fauces:
Haud aliter Rutulo, muros, & castra tuenti,
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet,
Qua tentet ratione aditus, & quâ via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.
Homerus in Iliad. 12. * Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus septam circùm, & fluuialibus vndis
Inuadit, sociósque incendia poscit ouantes,
Atque manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum verò incumbunt, vrget præsentia Turni,
armatur, instruitur. Atque omnis facibus pubes * accingitur atris.
Diripuêre focos: piceum fert fumida lumen
Teda, & commistam Volcanus ad astra fauillam.
Quis deus ô Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite: prisca fides facto, sed fama perennis.
Formare cogitabat. non. n. in Ida, sed in Antandro fabricabat. Tempore quo primùm Phrygia * formabat in Ida
Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat,
Ipsa deûm fertur genitrix Berecyntia magnum

Vocibus

Vocibus his affata Iouem: Da gnate petenti,
Quod tua cara parens domito te posci Olympo.
Pinea silua mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant
Nigranti picea, trabibúsque obscurus acernis:
Has ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius angit.
Solue metus, atque hoc precibus sine posse parentem,
Ne cursu quassatæ vllo, neu turbine venti
Vincantur: profit, nostris in montibus ortas.
*Filius huic contra, * torquet qui sidera mundi:* | sustinet, regit.
O genitrix, quò fata vocas? aut quid petis istis?
Mortalíne manu factæ, immortale carinæ
** Fas habeant? certúsque incerta pericula lustret* | pro, ius.
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
*Immo, vbi * defunctæ finem, portúsque tenebunt* | liberatæ longa naufgatione.
Ausonios, olim quæcumque euaserit vndis,
Dardaniumq; ducem Laurentia vexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Aequoris esse deas: qualis Nereia Doto,
Et Galateæ secant spumantem pectore Pontum.
Dixerat: idq; ratum Stygij per flumina fratris, Iliad. 11.
*Per picè * torrentes, atráque voragine ripas* | ardentes.
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
Debita complerant, cùm Turni iniuria matrem
Admouit, sacris ratibus depellere tedas.
*Heic primùm * noua lux oculis effulsit, & ingens* | id est, nimbus deorum.
Visus ab Aurora cælum transcurrere nimbus,
Idæique chori: tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troum, Rutulorumq; agmina complet.
Ne trepidate meas Teucri defendere naues,

Nève armate manus: maria antè exurere Turno,
Quàm sacras, dabitur, pinus. vos ite soluta,
Ite deæ pelagi: genitrix iubet. & sua quaque
Continuò puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinúmque modo demersis aquora rostris,
Ima petunt: hinc virgineæ, mirabile monstrum,
Quot prius arata steterant ad litora prora,
Reddunt se totidem facies, Pontóque feruntur.
etsi Neptuni esset filius. *Obstupuere animis Rutuli: conterritus* ipse*
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans, reuocátque pedem Tiberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltrò animos tollit dictis, atque increpat vltrò:
Homerus in Iliad. 85. ** Troianos hæc monstra petunt: nobis Iupiter ipse*
Auxilium solitum eripuit: non tela, nec ignes
siquidem, nauibus amissis, iam periere. ** Exspectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris,*
Nes spes vlla fugæ: rerum pars altera ademta est:
Terra autem in manibus nostris: tot millia gentis
Arma ferunt Italæ. nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ se iactant, responsa deorum.
Homerus in Iliad. 172. ** Sat fatis, Veneriq; datum est, tetigere quòd arua*
Fertilis Ausoniæ Troës. sunt & mea contrà
Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem,
Homerus in Iliad. 97. *Coniuge præcepta: * nec solos tangit Atreidas*
Iste dolor, solisq; licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est. peccare fuisset
Antè satis, penitùs modò non genus omne perosos
Homerus in Iliad. 98. *Femineum: * quibus hæc medij fiducia valli,*
Fossarúmque mora, letbi discrimina parua,
Dant animos. an non viderunt mœnia Troiæ
Neptuni fabricata manu considere in igneis?
Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum

Apparat,

Apparat, & mecum inuadit trepidantia castra:
*Non * armis mihi Volcani, non mille carinis*
Est opus in Teucros: addunt se protinus omnes
Etrusci socios: tenebras, & inertia furta
Palladij, cæsis summæ custodibus arcis,
Ne timeant, nec equi cæca condemur in aluo:
Luce palàm certum est igni circumdare muros.
Haud sibi cum Danaus rem, faxo, & pube Pelasga
Esse putent, decurrũ quos diuulsit Hector in annum.
Nunc adeò, melior quoniam pars acta diei,
** Quod superest, lati bene gestis corpora rebus*
Procurate viri, & pugnam sperate parati.
Interea vigilum excubus obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flamis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quemque secuti
Purpurei cristis iuuenes, auróque coruſci,
Discurrunt, variantq; vices, fusiq; per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras aënos.
** Collucent ignes: noctem custodia ducit*
Insomnem ludo.
** Hæc super è vallo prospectant Troës, & armis*
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, ponteisq; & propugnacula iungunt,
Tela gerunt: instant Mnestheus, acérque Serestus:
Quos pater Aeneas, si quando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
*Omnis per muros legio * sortita periclum*
Excubat, exercétque vices, quod cuique tuendum est.
Nisus erat portæ custos acerrimus armis
Hyrtacides, comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibúsque sagittis:

gladio enim quem fecerat Vulcanus, vtebatur. vnde illud: Ensem; quem Dauno ignipotens deus ipse parenti Fecerat.

Homerus in Iliad. 20.

Homerus in Iliad. 9.

Homerus in Iliad. 9.

Homerus in Iliad. 10.

sorte diuisi ad pericula depellenda.

Et iuxtà comes Euryalus, quo pulcrior alter
*Non fuit Aeneadum, Troiana nec induit * arma,* 180
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
** His amor vnus erat, paritérque in bella ruebant:*
Tunc quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait, Dine hunc ardorem mentibus addunt
*Euryale? an sua cuique deus fit * dira cupido?* 185
Aut pugnam, aut aliquid iã dudũ inuadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant: somno, vinóque soluti
Procubuere: silent latè loca. percipe porrò 190
*Quid *dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.*
Aenean acciri omnes, populúsque, patrésque
Expoſcunt, mittiq; viros, qui certa reportent.
Si tibi, quæ poſco promittunt (nam mihi facti
Fama ſat eſt) tumulo videor reperire ſub illo 195
Poſſe viam ad muros, & mœnia Pallantea.
*Obſtupuit magno laudum *percuſſus amore*
Euryalus; ſimul his ardentem affatur amicum:
Me ne igitur ſocium ſummis adiungere rebus
Niſe fugis? ſolum te in tanta pericula mittam? 200
** Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes,*
*Argolicum * terrorem inter, Troiaq; labores*
Sublatum, erudiit: nec tecum talia geſſi,
Magnanimum Aenean, & fata extrema ſecutus.
Eſt hic, eſt animus lucis contemtor, & iſtum 205
Qui vita bene credat emi, quò tendis, honorem.
Niſus ad hæc: Equidem de te nil tale verebar:
Nec fas: non. ita me referat tibi magnus ouantem
Iupiter, aut quicumque oculis hæc adſpicit æquis.
Sed ſi quis (quæ multa vides diſcrimine tali) 210

Si quis

perætatem.

Homerus in Iliad. 177.

pro magna. alibi extiosum ſignificat.

pro cogitare incipiam.

* al. percuſſus

Homerus in Iliad. 44. quem Græci Troianis inferebant, non quo ipſi turbarentur.

Si quis in aduersum rapiat casúsve Deúsve,
Te superesse velim: tua vita dignior aras.
Sit qui me raptum pugna, pretióve redemtum
*Mandet humo *solita: aut, si qua id fortuna vetabit,*
Absentis ferat inferme, decoréque sepulcro:
Neu matri misera tanti sim causa doloris:
*Quæ te sola, puer, multus è * matribus ausa*
Prosequitur, magni nec mœnia curat Aceste.
Ille autem: Causas nequiquam nectis inanes,
Nec mea iam mutat loco sententia cedit.
Acceleremus ait: vigiles simul excitat. illi
Succedunt, seruántque vices: statione relicta
*Ipse comes Niso graditur, * regémque requirunt.*
Cetera per terras omnes animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus
** Consilium summis regni de rebus habebant,*
Quid facerent, quisve Æneæ iam nuntius esset.
Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes
Castrorum, & campi medio. tum Nisus, & una
Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rem magnam, pretiumque moræ fore. primus Iulus
Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides: Audine ô mentibus æquis
Aeneadæ, néve hæc nostrûm spectentur ab annis
Quæ ferimus. Rutuli somno, vinóque soluti
Conticuere. locum insidiis conspeximus ipsi,
Quinatos in biuio portæ, quæ proxima Ponto.
Interrupti ignes, atque ad sidera fumus
*Erigitur. si * fortuna permittitis vti,*
Quæsitum Aenean ad mœnia Pallantea,
Mox hæc cum spoliis, ingenti cæde peracta,

vbi ceteri se. peliuntur.

matres non nisi nobiles dici, ait Seruius.

Ascanium regis filium. sic lib. 6. Reginæ sed cui n miseratus amorem.

Homerus in Iliad. 107.

Homerus in Iliad. 108.

occasione oblata.

Affore cernetis: nec nos via fallit eunteis.
*Vidimus obscuris * primam sub vallibus vrbem*
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.
Heic annis grauis, atque animi maturus Alethes:
Di patrij, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
** Cùm taleis animos iuuenum, & tam certa tulistis*
Pectora: sic memorans, humeros dextrásque tenebat
Amborum, & vultum lacrymis atque ora rigabat.
*Quæ vobis, quæ digna viri pro * laudibus istis,*
Præmia posse rear solui? pulcerrima primùm
Di, morésque dabunt vestri: tum cetera reddet
Actutum pius Aeneas, atque integer æui
Ascanius, meriti tanti non immemor vnquam.
Immo ego vos, cui sola salus genitore reducto,
Excipit Ascanius, per magnos Nise Penateis,
Assaraciq; Larem, & canæ penetralia Vestæ,
Obtestor, quæcumque mihi fortuna, fidésque est,
In vestris pono gremiis: reuocate parentem,
Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.
Bina dabo, argento perfecta, atque aspera signis,
Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba:
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratêra antiquum, quem dat Sidonia Dido.
*Si * verò capere Italiam, sceptrisq; potiri*
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem:
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipsum illum clypeum, cristásque rubenteis
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuósque dabit, suáque omnibus arma:
** Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.*

primam vrbis partem.

Homerus in Iliad. 108.

al. *talibus ausis* Seruius legit, *Laudibus istis*; & exponit, virtutibus: vt à laude virtus intelligatur, id est, ab eo quod sequitur, id quod præcedit.

Homerus in Iliad. 94.

Homerus in Iliad. 5.

Homerus in Iliad. 109.

Ita legit Seruius, & exponit, super hęc.

Te

Te verò, mea quem spatiis propioribus ætas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omneis.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum,
Verborúmque fides. Contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit: * tantum mea fortuna secundet,
Aut aduersa cadat. sed te super omnia dona
Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia regis Aceſtæ.
Hanc ego nunc ignaram huius, quodcumq; pericli est,
Inq; salutatam linquo, nox, & tua testis
Dextera, quòd nequeam lacrymas perferre parentis.
At tu, oro, solare * inopem, & succurre relictæ.
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omneis. * percussa mente dederunt
Dardanidæ lacrymas: ante omneis pulcer Iulus,
Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tum sic effatur:
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis.
Namque erit ista mihi genitrix, nomenque Creusæ
Solum defuerit: nec * partum gratia talem
Parua manet, casus factum quicumque sequetur.
Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat
Quæ tibi polliceor reduci, reuúsque secundis,
Hæc eadem matriq; tuæ, genetriq; manebunt.
* Sic ait illacrymans: humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Cnosius, atque habilem vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mneſtheùs pellem, horrentiq; leonis

hoc tantùm promittere de me possum.

auxilij egentem, me discedente.

* percussa

Homerus in Iliad. 109.

quæ peperit te talē, debet ab omnibus coli.

Homerus in Iliad. 108.

Exuuias: galeam fidus permutat Alethes.

Homerus in Iliad. 168.

Protinus armati incedunt: quos omnis cunctis
Primorum manus ad portas, iuuenúmque senúmque
Prosequitur votis: nec non & pulcer Iulus, 310
Ante annos animumq; gerens curámque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata: sed aura
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

Homerus in Iliad. 112.

* *Egressi superant fossas, noctiq; per umbras*
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri 315
Exitio. passim vino, somnóque per herbam
Corpora fusa vident, arrectos litore currus;
Inter lora rotásque viros, simul arma iacêre,
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale, audendum dextra: nunc ipsa vocat res: 320

Homerus in Iliad. 112.

* *Hác iter est: tu, ne qua manus se attollere nobis*
A tergo possit, custodi, & consule longè.
Hac ego vasta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, vocémque premit, simul ense superbum

Homerus in Iliad. 107.

* *Rhamnetem aggreditur: qui forte tapetibus altis* 325
Exstructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, & regi Turno gratissimus augur:
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Treis iuxta famulos temere inter tela iacentes,

Homerus in Iliad. 64.

* *Armigerumq; Remi premit, aurigámque subipsis* 330
Nactus equis, ferróque secat pendentia colla.
Tum caput ipsi auferr domino, truncúmque relinquit

Homerus in Iliad. 140.

*Sanguine singultantem: * atro tepefacta cruore*

Homerus in Iliad. 45.

*Terra, *toriq; madet: nec nõ Lamyrumq; Lamumq;,*
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte 335
Luserat, insignũ facie, uultóque nitebat.

Hom. Il. 102. 309. 134.

Membra deo victus: felix, si protinus illum
Æquasset nocti lucem, in lucémque tulisset;

Impastus

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditq́, trahitq́
Molle pecus mutumq́ metu: fremit ore cruento.
*Nec minor Euryali caedes: * incensus & ipse* — exemplo Nisi.
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumq́, Hebesumq́ subit, Rhoecumq́, Abarimq́
Ignaros: Rhoecum vigilantem, & cuncta videntem:
Sed magnum, metuens, se post crateră tegebat:
Pectore in aduerso totum cui couinus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit.
Purpuream vomit ille animă, & cum sanguine mista
*Vina refert moriens. hic * furto feruidus instat:* — latenter enim sæuiebat nocturno prœlio.
Iámque ad Messapi sacios tendebat, vbi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breuiter cùm talia Nisus — Hom. Il. 9.
(Sensit enim nimia caede, atque cupidine ferri)
Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Pœnarum exhaustum satis est: via facta per hostis.
Multa virûm solido argento perfecta relinquunt
*Armáque, crateráque simul, * pulcróque tapetas.* — pictosque, Carisius legit lib. 1.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim
Quae mittit dona, hospitio cùm iungeret absens,
Cadicus: ille suo moriens dat habere nepoti:
Post mortem bello Rutuli, praedáque potiti.
Haec rapit, atque humeris nequiquàm fortibus aptat.
**Tum galeam Messapi habilem, crista q, decoram* — Hom. Il. 10.
Induit: excedunt castris, & tuta capessunt.
Interea praemissi equites ex vrbe Latina,
*Cetera dum * legio campis instructa moratur,* — propriè. nam legio de peditibus, turma de equitibus dicitur.
Ibant, & Turno regi responsa ferebant,
Tercentum, scutati omnes, Volcente magistro.

Iámque propinquabant castris, muróque subibant,
Hom.Il.110. * *Cùm procul hos læuo flectentes limite cernunt,*
Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra
Prodidit immemorem, radiúsq; aduersa refulsit.
Haud temerè est visum, conclamat ab agmine Volcens, 375
Hom.Il.110. *State viri: quæ causa viæ? quive estis in armis?*
Quóve tenetis iter? nihil ille tendere contrà:
Sed celerare fugam in siluas, & fidere nocti.
semitas transuersas, quæ sunt à latere viæ militaris. *Obiicium equites sese ad * diuortia nota*
Hinc, atq; hinc, omnémque aditum custode coronant. 380
Silua fuit late dumis, atque ilice nigra
Horrida, quam densi complerant vndique sentes:
Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ amorum, onerosáque præda
Impediunt, fallitq; timor regione viarum. 385
Nisus abit: iámque imprudens euaserat hostes,
Atque lacus, qui pòst Albæ de nomine dicti
Albani. tum rex stabula alta Latinus habebat:
Vt stetit, & frustrà absentem respexit amicum:
ad sepulcrum, non ad Euryalum, refert, vt ait Seruius. *Euryale, * infelix qua te regione reliqui?* 390
Quáve sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens
Fallacis siluæ, simul & vestigia retrò
Obseruata legit, dumisq; silentibus errat:
Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
inter audítum sonum, & visum Euryalum. *Nec longum in * medio tempus, cùm clamor ad auris* 395
Peruenit, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
Fraude loci & noctis, subito turbante tumultu,
Oppressum rapit, & conantem plurima frustrà.
Quid faciat? quave vi iuuenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes 400
Inferat, & pulcram properet per vulnera mortem?
Ocyùs adducto torquens hastile lacerto,

Suspiciens

Suspiciens altam Lunam, sic voce precatur:
** Tu dea, tu præsens nostro succurre labori,* Hom. Il. 50.
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos,
Si qua tuis vmquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras. Homerus in Iliad. 50.
Dixerat: & toto connisus corpore ferrum
Coniicit. hasta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibique
*Frangitur, ac * fixo transit præcordia ligno.* obscurũ hunc esse locum ait Seruius.
Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circumspiciunt. hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure,
Dum trepidant. it hasta Tago per tempus vtrumque
Stridens, traiectóque hæsit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volcens. nec teli conspicit vsquam
Auctorem, nec quò se ardens immittere possit.
*Tu tamen * intereà calido mihi sanguine pœnas* donec ille inuenitur.
Persolues amborum, inquit: simul ense recluso
Ibat in Euryalum. tunc verò exterritus, amens
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
** Me, me: adsum qui feci in me conuertite ferrum,* subaudi, occidite.
O Rutuli. mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit: cælum hoc, & conscia sidera testor.
Tantùm infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus
Transadigit costas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus letho, pulcrósque per artus
It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit:

**Purpureus*

Hom.II.87. * *Purpureus veluti cùm flos succisus aratro*
Languescit moriens; lassove papauera collo
Demisere caput, pluuia cùm fortè grauantur.
At Nisus ruit in medios, solúmque per omneis
Volcentem petit: in solo Volcente moratur.
Quē circum glomerati hostes, hinc cominus, atq; hinc
Proturbant. instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum; donec Rutuli clamantis in ore
Hom.II.64. *Condidit aduerso, & moriens* animam abstulit hosti.*
Tum super exanimem sese proiecit amicum
quasi contentus perempto hoste. *Confossus,* placidáque ibi demum morte quieuit.*
Fortunati ambo: si quid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli, spoliisq; potiti
Volcentem exanimum flentes in castra ferebant.
Hom.II.113. * *Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto*
Exsangui, & primis vna tot cæde peremtis,
Serranóque, Numáque, ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecésque viros, tepidúmque recenti
spumat enim sanguis cùm effunditur: & adhuc effundebatur: quia dixit, Seminecesque viros. *Cæde locum, & plenos* spumanti sanguine riuos.*
Agnoscunt spolia inter se, galeamque nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et tam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Iam Sole infuso, iam rebus luce retectis,
Homerus in Iliad.114. * *Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,*
Suscitat, aratásque acies in prælia cogit:
ex Euryali, & Nisi audacia susceptas. *Quisque suos, variisq; acuunt rumoribus* iras.*
Quin ipsa arrectis, visu miserabile, in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,

Euryali,

Euryali, & Nisi.
Aeneadæ duri murorum in parte sinistra
Oppositi aciem (nam dextra cingitur amni)
Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis
Stant mœsti: simul ora virûm præfixa videbant,
Nota nimis miseris, atróque fluentia tabo.
* Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuntia fama ruit, matrisq; allabitur aureis
Euryali, ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus radij, reuolutáque pensa.
Euolat infelix, & femineo vlulatu
Scissa comam, * muros amens, atque agmina cursu
Prima petit. non illa virûm, non illa pericli,
Telorúmque memor: cælum dehinc questibus implet:
Hunc ego te Euryale adspicio; túne ille senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? * nec, te sub tanta pericula missum,
Affari extremùm miseræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
* Alitibúsque iaces: nec te tua funera mater
Produxi, presive oculos, aut vulnera laui
Veste tegens, tibi quam noctes festina, diésque
Vrgebam, & telas curas solabar anileis.
Quò sequar? aut quæ nunc artus, auulsáque membra,
Et * funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Gnate refers? hoc sum terráque, mariq; secuta?
Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela
Conijcite, ô Rutuli, me primam absumite ferro:
Aut tu magne pater diuûm miserere, tuóque
Inuisum hoc detrude caput sub Tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hoc fletu concussi animi, mœstúsque per omneis

Homerus in Iliad. 246.

Homerus in Iliad. 70. 246. Homerus in Iliad. 247.

Homerus in Iliad. 275.

Il. 128. 247. Hom. Il. 3.

cadauer.

It gemi-

It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.
Illum incendentem luctus Idæus, & Actor
Ilioneï monitu, & multùm lacrymantis Iuli
non cum iniuria, sed cum celeritate. * *Corripiunt, intérque manus sub tecta reponunt.*
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit, sequitur clamor, cælúmque remugit.
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum.
Homerus in Iliad. 136. *Quærunt pars aditum, & * scalis adscendere muros,*
Qua rara est acies, interlucetque corona
Non tam spissa viris. telorum effundere contrà
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contu,
Il.19.46.206. * *Assueti longo muros defendere bello.*
Homerus in Iliad.131. * *Saxa quoque infesto voluebant pondere, si quà*
Possent tectam aciem perrumpere: cùm tamen omneis
Ferre libet subter densa testudine casus.
Nec iam sufficiunt. nam, quà globus imminet ingens,
Immanem Teucri molem volunt q3, ruunt q3:
Quæ Rutulos strauit latè, armorúmque resolvit
id est, ipsam testudinē, quæ armorū erat connexio. * *Tegmina: nec curant cæco contendere Marte*
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius igneis.
At Messapus equûm domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.
Homerus in Iliad.160. *Vos ô Calliope precor adspirate canenti,*
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco:
Et mecum ingentes oras evoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,

*Opportuna

*Opportuna loco: summis quam viribus omnes — circa portas.
Expugnare Itali, summaque euertere opum vi
Certabant: Troës contrà defendere saxis,
Pérque cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem conecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri: qua plurima vento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustráque malorum
Velle fugam. dum se glomerant, retróque residunt
In partem, qua* peste caret: tum pondere turris — id est, incendio.
Procubuit subitò, & cælum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, immani mole secuta,
Confixíq; suis telis, & pectora duro
Transfossi ligno veniunt. vix vnus Helenor,
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor,
Mæonio regi quem serua Licymnia fur. im
*Sustulerat, vetitisq; ad Troiam miserat armis, — educauerat. supra, Argolicum terrorem inter, Troizque labores Sublatum.
Ense leuis nudo, parmáque ingloriius alba.
Isq; vbi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atque hinc acies astare Latinas; — Homerus in Iliad. 12.
Vt fera, quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Iniicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuuenu medios moriturus in hostes
*Irruit, &, quà tela videt densissima, tendit. — Homerus in Iliad. 17.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes,
Inter & arma fuga muros tenet, altáque certat
Prendere tecta* manu, sociúmque attingere dextras. — quia tunc altè non erat muri.
Quem Turnus pariter cursu, telóque secutus,
Increpat his victor: Nostráne euadere demens
Speraisti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit:

*Qualis

Homerus in Iliad. 244.

* *Qualis vbi aut leporem, aut cãdenti corpore cygnum*
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis:

Homerus in Iliad. 50.

* *Quæsitum aut matri multis balatibus agnum*
Martius à stabulis rapuit lupus. vndique clamor
Tollitur. inuadunt, & fossas aggere complent.

Homerus in Iliad. 132. Il. 19. 46. 167.

Ardentes tedas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atque ingenti fragmine montis,
Lucetium portæ subeuntem, igneumq; ferentem,
Emathiona Liger, Chorineum sternit Asylas:
Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta.
Ortygium Caneus, victorem Cænea Turnus,
Turnus Itym, Clonimumque, Dioxippum, Promulumq;,
Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idam:
Priuernum Capys. hunc primò leuis hasta Themillæ
*Strinxerat: ille manum, proiecto tegmine, * demens*
Ad vulnus tulit. ergo alis allapsa sagitta,
Et leuo infixa est lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animæ letali vulnere rupit.
Strabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
*Eductum Martis luco, * Simæthia circum*
Flumina: pinguia vbi, & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam, positis Mezentius armis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
*Et media aduersi *liquefacto tempora plumbo*
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primùm bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, antè feras solitus terrere fugaces
Ascanius, fortémque manu fudisse Numanum;
Cui Remulo cognomen erat; Turnique minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.

qui tegmen, id est scutum, proiecerit.

Simæthos fluuius est Siciliæ.

quia plumbũ iactum dissoluitur nimio rotatu, & æris calore.

Is pri-

595 *Is primam ante aciem digna atque indigna relatu*
Vociferans, tumidúsque nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum, vallóque teneri
** Bis capti Phryges, & muros prætendere muris?* ab Hercule primùm, pòst à Græcis capti.
600 *En qui nostra sibi bello connubia poscunt.*
Quis deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hoc Atreidæ, nec fandi fictor Vlysses
Durum à stirpe genus: gnatos ad flumina primùm
*Deferimus, sanóque * gelu duramus, & vndis.* prognatos vndis.
605 *Venatu inuigilant pueri, silnásque fatigant:*
*Flectere * ludus equos, & spicula tendere cornu.* aliorum labor nostræ pueritiæ ludus est.
At patiens operum, parnóque assueta iuuentus,
Aut rastrù terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, versáque iuuencûm
610 *Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus*
Debilitat vires animi, mutátque vigorem.
Canitiem galea premimus, semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
*Vobis picta croco, & fulgenti * murice vestis,* purpura.
615 *Desidiæ cordi, iuuat indulgere choreis,*
Et tunica manicas, & habent redimicula mitræ.
** O vere Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta* Hom. Il. 18.
Dindyma: vbi assueti biforem dat tibia cantum.
*Tympana vos, buxúsque vocat * Berecyntia matris* à monte Berecyntho.
620 *Idææ: sinite arma viris, & cedite ferro.*
Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Ascanius, nec nóque obuersus equina
Contendit telum, diuersáque brachia ducens,
Constitit ante louem suppex per vota precatus.
625 *Iupiter omnipotens audacibus annue cœptis;*
Ipse tibi ad templa feram sollennia dona,

Homerus in Iliad. 109.
* Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum

æqualem matri, nondum patri.
Candentem, paritérque caput cum * matre ferentem;
Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.
Audit, & cæli genitor de parte ſerena
Intonuit læuùm. ſonat vnà letifer arcus,
Et fugit horrendùm ſtridens elapſa ſagitta,
Pérque caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Traucit. i, verbis virtutem illude ſuperbis.
Bis capti Phryges hæc Rutulis reſponſa remittunt.

& dixit, & fecit.
Hæc * tantùm Aſcanius. Teucri clamore ſequuntur,
Lætitiáque fremunt, animóſque ad ſidera tollunt.
Ætheria tum fortè plaga crimitus Apollo
Deſuper Auſonias acies vrbémque videbat;
Nube ſedens, atque his victorem affatur Iulum:
Macte noua virtute puer, ſic itur ad aſtra,

ob Venerem, geniture autē ob Iulium Cæſarem, & Auguſtum.
Dis * genite, & * geniture deos. iure omnia bella
Gente ſub Aſſaraci fato ventura reſident:
Nec te Troia capit. ſimul hæc effatus, ab alto
Æthere ſe mittit, ſpiranteis dimouet auras,

Homerus in Iliad. 185.
Aſcaniúmque petit. * forma tum vertitur oris

Hom. Il. 99.
Antiquum in Buten. * hic Dardanio Anchiſæ
Armiger antè fuit, fidúſque ad limina cuſtos.
Tum comitem Aſcanio pater addidit. ibat Apollo
Omnia longæuo ſimilis, vocémque colorémque,

terribilis.
Et crineis albos, & * ſæua ſonoribus arma:
Atque his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit ſatis Æneide, telis impunè Numanum
Oppetiiſſe tuis: primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & paribus non inuidet armis.

Hom. Il. 10.
Cetera parce puer bello. ſic orſus Apollo,
Mortalis medio aſpectus ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Agnouere

Agnouere deum proceres, diuináque tela Homerus in Iliad. 138.
Dardanidæ, pharetrámque fuga sensere sonantem.
Ergo auidum pugnæ dictu, ac numine Phœbi
Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt, animásque in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris:
Intendunt acreis arcus, amentáque torquent:
Sternitur omne solum telis. tum scuta, cauæq;
Dant sonitum flictu galeæ: pugna aspera surgit.
* *Quantus ab Occasu veniens pluuialibus Hædis* Homerus in Iliad. 104.
Verberat imber humum: quàm multa grandine nimbi
*In vada præcipitant, cùm * Iupiter horridus Austris* aër, vt alibi.
Torquet aquosam hiemẽ, & cælo caua nubila rumpit.
* *Pandarus, & Bitias, Idæo Alcanore creti,* Homerus in Iliad. 131.
Quos Iouis eduxit luco siluestris Hiera,
* *Abietibus iuuenes patriis, & montibus æquos,* Homerus in Iliad. 113.
Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt
Freti armis, vtróque inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra ac læua pro turribus adstant
Armati ferro, & cristis capita alta corusci:
Quales aëria liquentia flumina circum,
Siue Padi ripis, Athesin seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intensáque cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Irrumpunt, aditus Rutuli vt videre patentes.
Continuò Quercens, & pulcer Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Haemon,
Agminibus totis aut versi terga dedêre,
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ,
Et iam collecti Troës glomerantur eôdem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent.

Ductori Turno, diuersa in parte furenti,
Turbantiq; viros, perfertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patenteis.
Deserit inceptum, atque immani concitus ira,
Dardaniam ruit ad portam, fratrésque superbos:
Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat,
Id est, nobilis. *Thebana de matre, nothum Sarpedonis * alti,*
Coniecto sternit iaculo. volat Itala cornus
Aëra per tenuem, stomachóque infixa sub altum
Pectus abit, reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
gladio. *Tũ Meropẽ, atq; Erymantha * manu, tũ sternit Aphid-*
Tũ Bitiã ardentẽ oculis, animisq; frementem. (num:
Non iaculo, neque enim iaculo vitam ille dedisset,
Sed magnum stridens contorta phalarica vênit,
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis, & auro
Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
Homerus in Iliad. 48. *Dat tellus gemitum, & clypeũ superintonat ingens.*
Qualis in Eubico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit; magnis quam molibus antè
Constructam iaciunt Ponto: sic illa ruinam
Prona trahit, penitúsque vadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ.
mortiferum. *Tum sonitu Prochyta lata tremit, * durúmque cubile*
Inarime Iouis imperiis imposta Typhoeo.
Homerus in Iliad. 21. 170. ** Heic Mars armipotens animum virésque Latinis*
Addidit, & stimulos acreis sub pectore vertit,
Immisitq; fugam Teucris, atrúmque timorem.
Itali scilicet, quibus Mars animos addidit. *Vndique * conueniunt; quoniam data copia pugnæ,*
Bellatórque animo deus incidit.
Pandarus vt fuso germanum corpore cernit,

Et quo

Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam vi multa conuersa cardine torquet;
Obnixus latus humeris, multosque suorum
Mœnibus exclusos * duro in certamine linquit: fine spe inuadendi.
Ast alios secum includit, recipitq; ruentes
Demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
Viderit irrumpentem, vltróque incluserit urbi,
Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuò noua lux oculis effulsit, & arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeóque micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciem inuisam, atque immania membra
Turbati subitò Æneadæ. tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraterna feruidus ira,
Effatur: Non hæc * dotalis regia Amatæ, tibi data per dotem.
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
Castra inimica vides: nulli hinc exire potestas.
Olli * subridens sedato pectore Turnus: confidentia, virtutis.
Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram:
Hæc etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat. ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
* Excepere auræ vulnus: Saturnia Iuno Homerus in Iliad. 5. 227.
Detorsit veniens: portæq; infigitur hasta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies: neque enim is teli, nec vulneris auctor. Homerus in Iliad. 48.
Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubésque immani vulnere malis.
Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis

Homerus in Iliad. 180.

Huc caput, atque illuc humero ex vtroque pependit.
Diffugiunt versi trepida formidine Troës:

Homerus in Iliad. 86.

* *Et, si continuò victorem ea cura subisset,*
Rumpere claustra manu, sociósque immittere portis,
Vltimus ille dies bello, gentíq; fuisset:
Sed furor ardentem, cædúq; insana cupido
Egit in aduersos.
Principiò Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum: Iuno vires animúmque ministrat.
Addit Halyn comitem, & confixa Phegea parma:
Ignauos deinde in muris, Martémque cientes,
Alcandrúmque, Haliumq;, Noëmonáque, Prytanimq;
Lyncea tendentem contrà, sociósque vocantem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat. huic vno deiectum cominus ictu
Cum galea longè iacuit caput. inde ferarum

id est, peritior.

*Vastatorem Amycum, quo non * felicior alter*
Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno:
Et Clytium Aeoliden, & amicum Cretea Musis,
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper,

rhithmos facere intentione neruorum.

*Et citharæ cordi, * numerósque intendere neruis:*
Semper equos, atq; arma virûm, pugnásque canebat.
Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheùs, acérque Serestus,
Palanteúmq; vident socios, hostémque receptum.

Hom. Il. 86.

* *Et Mnestheùs: quò deinde fugam? quò tenditis, inquit.*
Quos alios muros, quæ iam vltrà mœnia habetis?

Hom. Il. 50.

* *Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndique septus*
Aggeribus, tantas strages impunè per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriæ, veterúmque deorum,

Et magni

Et viagui Aeneæ ſegnes miſerétque, pudétque?
** Talibus accenſi firmantur, & agmine denſo* Hom. Il. 65.
Conſiſtunt. Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acriùs hoc Teucri clamore incumbere magno,
*Et glomerare manum: * ceu ſæuum turba leonem* Homerus in Iliad. 123.
Cùm telis premit infenſis: at territus ille
Aſper, acerba tuens retrò redit, & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur: nec tendere contrà,
Ille quidem hoc cupiens, potis eſt per tela, virósque.
Haud aliter retrò dubius veſtigia Turnus
Improperata refert, & mens exæſtuat ira.
** Quin etiam bis tum medios inuaſerat hoſtes:* Homerus in Iliad. 124.
Bis conuerſa fuga per muros agmina vertit.
Sed manus è caſtris properè coit omnis in vnum:
Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere: æriam cælo nam Iupiter Irim
Demiſit, germanæ haud mollia iuſſa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
** Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantùm,* Homerus in Iliad. 175.
*Nec dextra valet: * iectis ſic vndique telis* Homerus in Iliad. 124.
*Obruitur: * ſtrepit aſsiduo caua tempora circum* Homerus in Il. 131. 175.
Tinnitu galea, & ſaxis ſolida æra fatiſcunt, Homerus in Iliad. 124.
Diſcuſſæq; iubæ capiti: nec ſufficit vmbo
Ictibus; ingeminant haſtis & Troës, & ipſo
Fulmineus Mneſtheùs. tum toto corpore ſudor
*Liquitur, & * piceum, nec reſpirare poteſtas,* ſordidum.
Flumen agit: feſſos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluuium dedit: ille ſuo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis,
Et lætum ſociis abluta cæde remiſit.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS LIB. X.

ARGVMENTVM.

Heic Iupiter, conuocato deorum concilio, ad concordiam ipsos adhortatur. Rutuli à Troianis obsessi totis sese viribus defendunt. Æneas interim ex Etruria triginta nauium classe ad suos reuenit. Vtrimque acriter pugnatur. Pallas, Lausus atque Mezentius interimuntur.

Iliad. 38. 82. PANDITVR *interea domus omnipotentis Olympi,*
Conciliúmq; vocat diuúm pater, atq; hominúm rex
Sideream in sedem: terras vnde arduus omneis,
Castráq; Dardanidûm aspectat, populósque Latinos.
Hom. Il. 82. * *Considunt tectis bipatentibus: incipit ipse:*
cur. Ennianũ sermonem Seruius ait esse. *Cælicolæ magni, quia * nam sententia vobis*
Versa retro? tantúmque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra vetitum discordia? quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrúmque lacessere suasit?
Aduenict iustum pugnæ, ne arcessite, tempus:
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpeis immittet apertis:
bellum per fetiales indicere. Seruius. *Tum certare odiis, tum res * rapuisse licebit.*
Nunc finite, & placitum lati componite fœdus.
Iupiter hæc paucis: at non Venus aurea contrà
Pauca refert.
Hom. Il. 25. * *O pater, ô hominum, diuúmque æterna potestas,*
Namq; aliud quid sit, quod iam implorare queamus;
Cernis vt insultent Rutuli, Turnúsque feratur
Per medios insignis equis, tumidúsque secundo
Marte ruat? non clausa tegunt iam mœnia Teucros:
Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent

Aggeribus

*Aggeribus * mœrorum, & inundant sanguine fossæ.* antiquè, pro murorum.
Æneas ignarus abest: nunquámne leuari
Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ: nec non exercitus alter:
Atque iterum in Teucros Æolis surgit ab Arpis
Tydeides. equidem, credo, mea vulnera nesciat:* Hom. Il. 5.
Et tua progenies mortalia demorer arma.
Si fine pace tua, atque inuito numine Troës
Italiam petiere; luant peccata: neque illos
Iuueris auxilio. sin tot responsa secuti,
*Quæ * superi,* Manésq; dabãt, cur nũc tua quisquam* per superos Apollinẽ intelligit, per manes Creusam, Aeneæ vxorem, & Anchisen patrem.
Vertere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in litore classeis?
Quid tempestatum regem, ventósque furentes
Æolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam Manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet, & superis immissa repentè
Alecto, medias Italûm bacchata per vrbeis.
Nil super imperio moueor: speremimus ista,
Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mauis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux
Dura: per euersæ, genitor, fumantia Troiæ
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
Æneas sanè ignotis iactetur in vndis,
Et, quamcumque viam dederit fortuna, sequatur.
Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ. Homerus in Iliad. 180.
Est Amathûs, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliæq; domus. positis inglorius armis
Exigat hic æuum. magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam: nihil vrbibus inde
Obstabit Tyrijs. quid pestem euadere belli

Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
Tótque maris, vastáq; exhausta pericula terræ,
Dum Latium Teucri, recidiuáque Pergama quærunt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthum, & Simoënta
Redde oro miseris: iterúmque reuoluere casus
Hom. Il. 38. Da pater Iliacos Teucris. * tum regia Iuno
Acta furore graui: Quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Aenean hominum quisquam diuúmque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petiit fatis auctoribus, esto,
Cassandræ impulsus furiis. num linquere castra
Incertis & inanibus. Hortati sumus, aut vitam committere * ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenámve fidem, aut genteis agitare quietas?
Id est, periculum. Quis deus in * fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? vbi heic Iuno, demissáve nubibus Iris?
Indignum est Itales Troiam circumdare flamis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra:
pungit Venerem, Aeneæ matrem, non enim dea Venilia, sed nympha. Cui Pilumnus auus, cui * diua Venilia mater.
Quid face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atque auertere prædas?
Quid soceros legere, & gremiis abducere pactas?
Pacem orare manu, præfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graiûm,
Próque viro nebulam, & ventos obtendere inaneis:
Et potes in totidem classem conuertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse, nefandum est.
Aeneæ ignarus abest, ignarus & absit.
Est Paphos, Idalióque tibi, sunt alta Cythera.
Quid grauidam bellis vrbem, & corda aspera tentas?

Nósne

*Nósne tibi * fluxas Phrygiæ res vertere fundo* — molles, quæ etiam sine inimicis perire possent.
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causſa fuit consurgere in arma
Europámque, Asiámque, & fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, foueve Cupidine bella?
Tunc decuit metuiſſe tuis: nunc sera querelis
Haud iuſtis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno, cunctíq; fremebant
Cælicolæ assensu vario: ceu flamina prima,
Cùm deprensa fremunt siluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tum pater omnipotens, rerum cui summa poteſtas, — Homerus in Iliad. 265.
Infit. eo dicente, deûm domus alta ſileſcit,
Et tremefacta solo tellus; ſilet arduus æther:
Tum Zephyri poſuere: premit placida æquora Pōtus.
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.
Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum eſt, nec veſtra capit diſcordia finem:
*Quæ cuiq; eſt fortuna hodie, quam quiſq; * fecat ſpem,* — pro tenet: vide ſectæ philoſophorum, propria quædam inſtituta retinentium.
Tros, Rutulúſve fuat, nullo diſcrimine habebo:
Seu fatis Italûm caſtra obſidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ, monitiſq; ſiniſtri.
Nec Rutulos soluo. ſua cuique exorſa laborem,
Fortunámque ferent. rex Iupiter omnibus idem.
FATA viam inuenient. Stygij per flumina fratris,
Per pice torrentes, atráque voragine ripas
Annuit, & totum nutu tremeſecit Olympum. — Hom. Il. 17.
Hic finis fandi. ſolio tum Iupiter aureo
*Surgit, * cælicolæ medium quem ad limina ducunt.* — Hom. Il. 12.
Interea Rutuli portis circùm omnibus inſtant — Homerus in Iliad. 120.
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flamis.

Aſt legio

Aſt legio Aeneadûm vallis obſeſſa tenetur:
Nec ſpes vlla fugæ: miſeri ſtant turribus altis
Nequiquam, & rara muros cinxere corona.
Aſius Imbraſides, Hicetaonius{q}ue Thymœtes,
Aſſaraci{q} duo, & ſenior cum Caſtore Thybris,
Prima acies. hos germani, Sarpedonis ambo,
nobili. Et Clarius, & Hæmon, Lycia comitantur ab* alta
Fert ingens toto connixus corpore ſaxum,
Phryx: nam Lyrneſos ciuitas eſt Phrygiæ. Haud partem exiguam montis, * Lyrneſius Acmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Meneſtheo.
Hi tacuis, illi certant defendere ſaxis,
Moliri{q} ignem neruóque aptare ſagittas.
Ipſe inter medios, Veneris inuiſiſſima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum:
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Oricos ciuitas eſt Epiri, iuxta quam naſcitur terebinthus nigri ligni. Inclusum buxo, aut* Oricia terebintho
Lucet ebur: fuſos ceruix cui lactea crineis
Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.
Te quoque magnanimæ viderunt Iſmare gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,
Mæonia generoſe domo: vbi pinguia culta
Exercent{q}ue viri, Pactolúſque irrigat auro.
Affuit & Meneſtheus, quem pulſi priſtina Turni
Aggere murorum ſublimem gloria tollit;
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
Illi inter ſeſe duri certamina belli
Contulerant, media Æneas freta nocte ſecabat:
Namque vt ab Euandro caſtris ingreſſus Etruſcis,
Regem adit, & regi memorat nomenque genuſque:
Quidve petat, quidve ipſe ferat, Mezentius arma
Quæ ſibi conciliet, violentáque pectora Turni

Edocet:

Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus
Admonet, immisceriq; preces. haud fit mora, Tarchon
Iungit opes, fœdúsque ferit. tum * libera fatis
Classem conscendit iussis gens Lydia diuûm
Externo commissa duci. Æncia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones:
Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Heic magnus sedet Æneas, secumque volutat
Euentus belli varios: Pallásque sinistro
Affixus lateri, iam quærit sidera, spacæ
Noctis iter, iam, quæ passus terráque, marique.
Pandite nunc Helicona deæ, cantúsque mouete,
Quæ manus interea Tuscis comitetur ab oris
Æneam, armémque ratem, pelagóque vehatur.
Massicus æratæ Princeps secat æquora Tigri:
Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia Clusi,
Quiq; vrbem liquere Cosas: queis tela, sagittæ,
* Goryti q; leues humeris, & letifer arcus.
Vnà toruus Abas. huic totum insignibus armis
Agmen, & auratô fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes; ast Ilua trecentos
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius, ille hominum, diuûmque interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ volucrûm, & præsagi fulminis ignes,
Mille * rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Hos parêre iubent Alphæa ab origine Pisæ,
Vrbs Etrusca solo. sequitur pulcerrimus Astur,
Astur * equo fidens, & versicoloribus armis.
Tercentum adiiciunt (mens omnibus vna sequendi)
Qui Carêto domo, qui sunt Minionis in aruis,

permittentibus fatis: quia pugnare non poterant, ob illud, Externos optare duces, lib. 8.

pharetræ.

Homerus in Iliad. 28.

raptim ducit.

eques optimus.

Et Pyrgi

pestifere, quasi sine temperie: Grauiscæ enim dictæ, quòd grauem æ̃rem sustinerent.

*Et Pyrgi veteres, * intempestæq́ Grauiscæ.*
Non ego te Ligurum ductor fortissime bello
Transierim Cycne, & pauci comitate Cupauo,
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ:
Crimen amor vestrum, formæq́ insigne paternæ.
Namque ferunt luctu Cycnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondeis, vmbrámque sororum
Dum canit, & mœstum Musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sidera voce sequentem.
Filius, æqualeis comitatus classe catervas,
Ingentem remis Centaurum promouet: ille
Instat aquæ, saxúmque vndis immane minatur
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis:
Qui muros, matriq́ dedit tibi Mantua nomen,
Mantua diues auis. sed non genus omnibus vnum.
quia Mantua vrbs Tusciæ, tres habuit tribus, quæ in quaternascurias diuidebantur. *Gens illi * triplex, populi sub gente * quaterni:*
Ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis Auletes, centenáque arbore fluctum
mari. *Verberat assurgens. spumant vada * marmore verso.*
Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert, in Pristin desinit aluus:
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
Iámque dies cælo concesserat: almáque curru

Noctiuago

Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympum:
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
*Ipse sedens clauúmque * regit, velisque ministrat.* & lib. 5. dedit ei gubernandi peritiam.
Atque illi medio in spatio chorus ecce suarum
Occurrit comitum, nymphæ: quas alma Cybele
Numen habere maris, nymphasque è nauibus esse
Iusserat. innabant pariter, fluctúsque secabant,
Quot prius arata steterant ad litora proræ.
Agnoscunt longè regem, lustrantq; choreis.
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea,
Ponè sequens dextra puppim tenet, ipsáque dorso
Eminet, ac læua tacitis subremigat vndis.
Tum sic ignarum alloquitur: Vigilásne deûm gens,
Aenea? vigila, & velis immitte rudentes.
Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,
*Nunc pelagi nymphæ, classis tua, * perfidus vt nos* qui post fœdus bellum commouit: vnde illud Latini regis, Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.
Præcipites ferro Rutulus, flamáque premebat:
Rupimus inuitæ tua vincula, téque per æquor
Quærimus. hanc genitrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse deas, auúmque agitare sub vndis.
At puer Ascanius muro, fossúq; tenetur
Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permissus Etrusco
Arcas eques. medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge agè, & Aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube, & clypeum cape, quem dedit ipse
Inuictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.
Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,
Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos.
Dixerat: & dextrâ discedens impulit altam, moderationis, quippe quæ fuerat nauis.
Haud ignara modi, puppim: fugit illa per vndas*

Ocyor

Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.
Inde alacres celerant cursus: stupet insciu ipse
Tros Anchisiades, animos tamen omine tollit.
* *Tum breuiter supera adspectans conuexa precatur:*
Alma parens Idæa deûm, cui Dindyma cordi,
Turrigeræq; vrbes, biugiq; ad frena leones:
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu vitè propinques
Augurium, Phrygibúsque adsis pede diua secundo.
Tantum effatus; & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctémque fugarat.
Principio sociis edicit, signa sequantur,
Atque animos aptent armis, pugnæq; parent se.
Iámque in conspectu Teucros habet, & sua castra
Stans celsa in puppi. clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem. * *clamorem ad sidera tollunt*
Dardanidæ è muris. SPES *addita suscitat iras,*
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
* *Strymoniæ dant signa grues, atque æthera tranant*
Cum sonitu, fugiuntq; Notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibúsque ea mira videri
Ausoniis, donec versas ad litora puppes
Respiciunt, totúmque allabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristisq; ac vertice flamma
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus igneis:
Non secus, ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, * *aut Seirius ardor*
Ille sitim, morbósque ferens mortalibus ægris
Nascitur, & læuo contristat lumine cælum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit.
Litora præripere, & venientibus pellere terra.
Vltrò animos tollit dictis, atque increpat vltrò:
* *Quod votis optastis, adest, perfringere dextris*

Homerus in Iliad. 268.

familiare facias: vt, Et propiùs res adspice nostras.

Homerus in Iliad. 29. 56.

Homerus in Iliad. 29.

Homerus in Iliad. 48.

Homerus in Iliad. 239.

Homerus in Iliad. 171.

In ma-

In manibus Mars ipse, viri: nunc coniugis esto
*Quisque suæ tectiq; memor: * nunc magna referto*
Facta patrum, laudes. vltrò occurramus ad vndam,
Dum trepidi, egressisq; labant vestigia prima.
AVDENTEIS *Fortuna iuuat.*
*Hæc ait, & secum * versat, quos ducere contrà,*
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Intereà Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit: multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu.
Per remos alij. speculatus litora Tarchon,
Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu,
Aduertit subitò proras, sociósque precatur:
Nunc, ô lecta manus, validis incumbite remis;
Tollite, ferte rates, inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcúmque sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arreptà tellure semel. quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis,
Spumantesq; rates aruis inferre Latinis:
Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ, sed non puppis tua Tarchon.
*Namque inflicta vadis * dorso dum pendet iniquo,*
Anceps sustentata diu, fluctúsque fatigat,
Soluitur, atque viros mediis exponit in vndis:
Fragmina remorum quos, & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitq; pedes simul vnda relabens.
*Nec * Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer*
Totam aciem in Teucros, & contra in litore sistit.
Signa canunt. primus turmas inuasit agrestes
*Æneas, * omen pugna, strauitq; Latinos,*

Homerus in Iliad. 83.171.

cogitat quidē, nō tamen facit: ne, diuiso exercitu, vtrobiq. vincantur.

arenæ durioris cumulo.

Homerus in Iliad. 130.

quia vt nunc, sic vbiq. vincet Aeneas.

Occisa Therone, virûm qui maximus vltrò
Æneam petit, huic gladio perque aurea scuta,
Per tunicam squalentem auro, latus hausit apertum.
Inde Lycam ferit, exsectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum: casus euadere ferri
Cui licuit paruo. nec longè Cisseа durum,
Immanémque Gyan, sternentis agmina claua,
Deiecit letho: nihil illos Herculis arma,
Nil validæ iuuere manus, genitórque Melampus,
Alceida comes, vsque graueu dum terra labores
Præbuit. ecce, Phara vocas dum iactat inertis,
Interquens iaculum clamanti figit in ore.
Tu quoque, flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix, noua gaudia, Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuuenum tibi semper erant, miserande iaceres,
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies, septem numero, septenáque tela
Coniiciunt. partim galea clypeóque resultant
Irrita: deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. fidum Æneas affatur Achatem:
Suggere tela mihi (non vllum dextera frustra
Torserit in Rutulos) steterũt quæ in corpore Graiûm
Iliacis campis. tum magnam corripit hastam,
Et iacit. illa volans clypei transuerberat æra
Maonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem
Sustentat dextra. traiecto missa lacerto
Pratinus hasta fugit, seruátque cruenta tenorem:
Dexteraq; ex humero nerui moribunda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Æneam petiit: sed non & figere contrà

Homerus in Iliad. 13.

Cydones Cretenses erant. porro de Cretensibus legitur, intemperantes in amore puerorum fuisse.

Hom. Il. 51.

Homerus in Iliad. 141.

retroacto.

Hom. Il. 17.

Est licitum, magnique femur perstrinxit Achatæ.
*Heic Curibus, fidens primæuo corpore, * Clausus* Mezentij filius.
Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta,
Sub mentum grauiter pressa, paritérque loquentis
Vocem animamque rapit traiecto gutture. at ille
Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
Treis quoque Threïcios Boreæ de gente suprema,
*Et treis, quos Idæa pater, & patria * Ismara mittit,* Thraciæ vrbs.
Per varios sternit casus. occurrit Alæsus,
Auruncæque manus: subit & Neptunia proles,
*Insignis Messapus equis: * expellere tendunt* Homerus in Iliad. 13.
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ. magno discordes æthere venti
Prœlia ceu tollunt, animis & viribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu: stant obnixa omnia contrà:
Haud aliter Troianæ acies, aciésque Latinæ
** Concurrunt: hæret pede pes, densúsque viro vir.* Hom. Il. 15.
At parte ex alia, quà saxa rotantia latè
Intulerat torrens, arbustaque diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestreis
*Vt vidit Pallas * Latio dare terga sequaci,* pro Latinis.
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos: vnum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
Quò fugitis socij? per vos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaque bella,
Spémque meam, patriæ quæ nunc subit æmula laudi,
** Fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hostis* Homerus in Iliad. 16.
Est via, quà globus ille virûm densissimus vrget:
Hàc vos, & Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste

Mortales: totidem nobis animæq́, manúsque.
Ecce maris magno claudit nos obiice Pontus:
Deest iam terra fugæ: pelago Troiámne petemus?
vt eos hortaretur exẽplo. *Hæc ait,* & medius densos prorumpit in hostes.*
Obuius huic primùm, fatis adductus iniquis, 380
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere saxum,
Intorto figit telo, discrimina cassis
Per medium quà spina dedit, hastámque receptat
Ossibus hærentem. quem non super occupat Hisbon,
Ille quidem hoc speraus: nam Pallas antè ruentem, 385
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis
pulmo tumidus est naturaliter. *Excipit, atque ensem* tumido in pulmone recondit*
Hinc Sthelenum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis 390
Daucia, Laride, Thymbérque, simillima proles,
Indiscreta suis, gratúsque parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis:
Te decisa suum Laridæ dextera quærit; 395
Homerus in Iliad. 49. ** Semianimésque micãt digiti, ferrúmque retractant.*
Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Facta viri, mistus dolor, & pudor armat in hostes.
Hom. Il. 48. ** Tum Pallas, binis fugientem Rhœtea prater*
ad mortem. *Traiicit. hoc spatium, tantúmque* moræ fuit Ilo:* 400
Ilo namque procul validam direxerat hastam:
Quam medius Rhœtèus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratrémque Tyren, currúque volutus
Cadit semianimis Rutulorum calcibus arua.
Homerus in Iliad. 117. *Ac velut optatò, ventis aflante coortis,* 405
Dispersa immittit siluis incendia pastor:
Correptus subitò mediis, extenditur vnà

Horrida per latos acies Volcania campos:* vis ignea.
Ille sedens victor flamas despectat ouantes:
Non aliter sociûm virtus coit omnis in vnum,
Téque iuuat Palla. sed bellis acer Alæsus
*Tendit in aduersos, séque *in sua colligit arma.* post scutum se clausit.
Hic mactat Ladona, Pheretáque, Demodocúmque:
Strymonio dextram fulgenti deripit ense
Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis,
Ossáque dispergit cerebro permista cruento.
** Fata canens siluis genitor celarat Alæsum:* Hom. H. 28.
Vt senior letho canentia lumina soluit,
Iniecere manum Parcæ, telisq; sacrarunt
Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus:
Da nunc Thybri pater ferro, quod mittile libro,* vicinũ inuocat numen: nam circa ripas eius pugnabant.
Fortunam atque viam duri per pectus Alasi.
Hæc arma, exuuiásque viri tua quercus habebit.
*Audiit illa deus. dum *texit Imaoniâ Alæsus,* id est, spoliat: sic Plaut. Hominem detexam pallio.
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cade viri tantà perterrita Lausus,
Pars ingens belli, finit agmina: primus Abantem
Oppositum interimit, pugnæ nodúmque, morámq;.* Hom. Il. 7.
Sternitur Arcadiæ proles: sternuntur Etrusci,
Et vos ô Graiis imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt ducibúsque, & viribus æquis.
Extremi addensant acies: nec turba moueri
Tela manúsque sinit. hinc Pallas instat, & vrget,
Hinc contrà Lausus. nec multum discrepat ætas:
Egregij forma, sed quem fortuna negarat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi:
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.* Pallantẽ enim Turnus, Lausum occidit Aeneas.
Interea soror alma monet succurrere Lauso

Turnum: qui volucri curru medium secat agmen.
Vt vidit socias, Tempus desistere pugnæ:
Homerus in Iliad. 242. *Solus ego in Pallanta feror; soli mihi Pallas*
Debetur: cuperem, ipse parens spectator adesset.
Hæc ait: & socij cesserunt æquore iusso.
At Rutulûm abscessu iuuenis, tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno, corpúsque per ingens
Lumina voluit, obitq; truci procul omnia visu,
Talibus & dictis it contra dicta tyranni:
Homerus in Iliad. 134. **Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis,*
Aut letho insigni: sorti pater æquus vtrique est:
Tolle minas. fatus medium procedit in æquor.
Homerus in Iliad. 77. *Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.*
Disiluit Turnus biiugis: pedes apparat ire
Cominus. vtq; leo specula cùm vidit ab alta
Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.
vt posset hasta feriri. *Hunc vbi * contiguum missa fore credidit hasta,*
Ire prior Pallas, si quà fors adiuuet ausum
Viribus imparibus; magnúmque ita ad æthera fatur:
Per patris hospitium, & mensas quas aduena adisti,
Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis:
Cernat femineci sibi me rapere arma cruenta,
Victorémque ferat morientis lumina Turni.
Audiit Alcides iuuenem, magnúmque sub imo
Corde premit gemitum, lacrymásque effudit inanes.
Tum genitor gnatum dictis affatur amicis:
Homerus in Iliad. 72. STAT SVA *cuique dies: breue, & irreparabile tempus*
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. Troia sub mœnibus altis
Tot gnati cecidere deûm: quin occidit vnà
Homerus in Iliad. 147. *Sarpedon, mea progenies: etiam sua Turnum*

Fata

Fata vocant, metásque dati peruênit ad aui.
** Sic ait, atque oculos Rutulorum reiicit aruis.* Homerus in Iliad.30.
At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vagináque caua fulgentem deripit ensem.
Illa volans, humeri surgunt qua tegmina summa,
*Incidit, atque viam clypei * molita per oras,* quasi cum difficultate.
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni. Homerus in Iliad.40.
Heic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur:
Adspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
** Dixerat: ac clypeum, tot ferri terga, tot aris,* Homerus in Iliad. 57.
Cùm pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
*Loricaq́ moras, & pectus perforat * ingens,* non pectus, sed cuspis: nō enim ingens pueri pectus.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vna eadémq́ via sanguisq́, animúsque sequuntur,
Corruit in vulnus: sonitum super arma dedêre:
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens,
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quidquid solamē humādi est,
*Largior: haud illi * stabunt Aeneia paruo* constabunt.
Hospitia: & læuo pressit pede, talia fatus,
Exanimum, rapiens immania pondera balteî,
*Impressúmque * nefas: vna sub nocte iugali* Danai filiarū, quæ suos viros occiderūt omnes: vna nocte.
Cæsa manus iuuenum fœde, thalamiq́ cruenti:
Quæ Clonus Eurytides multo calauerat auro:
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudétque potitus.
NESCIA *mens hominum fati, sortisq́ futuræ,* Homerus in Iliad.275.
Et seruare modum rebus sublata secundis.
Turno tempus erit, magno cùm optauerit emtum

Intactum Pallanta, & cùm spolia ista, diémque
Oderit, at socij multo gemitu, lacrymiq́;
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
Homerus in Iliad. 275. *O * dolor, atque decus magnum rediture parenti:*
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert:
Cùm tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor
Aduolat Æneæ, tenui discrimine lethi
in fugam. *Esse suos, tempus * versis succurrere Teucris.*
Proxima quæque metit gladio, latúmque per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne, superbum
Cæde noua, quærens: Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ, quas aduena primus
Homerus in Iliad. 226. *Tunc adiit, dextræq́; datæ * Sulmone creatos*
Quatuor heic iuuenes, totidem, quos educat Vfens,
Viuentes rapit, inferias quos immolet Vmbris,
Captiuóque rogi perfundat sanguine flamas.
Homerus in Iliad. 229. *Inde Mago procul infensam cùm tenderet hastam,*
Ille astu subit, ac tremebunda superuolat hasta,
Hom. Il. 227. Hom. Il. 64. & 116. *Et * genua amplectens effatur talia supplex:*
Per patrios manes, & spes surgentis Iuli,
Te precor, hanc animam serues gnatóque, patriq́;.
altè infossa, fossæ commissa. *Est domus alta: iacent penitus * defossa talenta*
Calati argeenti: sunt auri pondera facti
Infectiq́; mihi: non heic victoria Teucrûm
Vertitur: haud anima vna dabit discrimina tanta.
Homerus in Il. 116. 230. *Dixerat: Æneas contrà cui talia reddit:*
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
Ignoscendi facultatem. *Gnatis parce tuis: belli * commercia Turnus*
Sustulit ista prior, iam tum Pallante peremto,
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatur, galeam læua tenet, atque reflexa

Ceruice

Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem.
Nec procul Æmonides, Phœbi, Triuiæq; sacerdos,
* Infula cui sacra redimibat tempora vitta, fascia de albo & cocco.
Totus colluces veste, atque insignibus armis.
Quem congressus agit campo, lapsúmque superstans
Immolat, ingentiq; vmbra tegit: arma Seretius
Lectaq; refert humeris, tibi rex Gradiue tropæum.
* Instaurant acies, Volcani stirpe creatus, iam fusas.
Cæculus, & veniens Marsorum montibus Vmbro,
Dardanides contrà furit: Anxurus ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo
Crediderat, calóque animum fortasse * ferebat, æquabat.
Canitiémque sibi, & longos promiserat annos.
* Tarquitus exsultans contrà fulgentibus armis, Homerus in Iliad. 121.
Siluicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam clypeiq; ingens onus impedit hasta.
* Tum caput orantis nequiquam, & multa parantis. Homerus in Iliad. 117.
Dicere, deturbat terræ, truncúmque repentem
Prouoluens, * super hæc inimico pectore fatur: Homerus in Iliad. 122.
Istic nunc metuende iace: * non te optima mater Homerus in Il. 166. 230.
Condet humi, patrióve onerabit membra sepulcro:
Alitibus linquêre feris: aut gurgite mersum
Vnda ferat, piscésque impasti vulnera lambent.
Protinus Antæum, & Lycan, prima agmina Turni
Persequitur, fortémq; Numam, fuluúmq; Camertem;
Magnanimo Volcente satum: ditissimus agri
Qui fuit Ausonidûm, & * tacitis regnauit Amyclis. quia veniente hoste, cum nemo nuntiaret, improuisò captæ sunt.
Ægaon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenásque manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribúsque arsisse, Iouis cùm fulmina contrà

Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
Sic toto Æneas desæuit in æquore victor,
Hom.Il.64. *Vt semel intepuit mucro: * quin ecce Niphai* 570
Quadriiuges in equos, aduersáque pectora tendit:
longis gradibus. *Atque illi * longè gradientem, & dira frementem*
Vt videre, metu versi, retróque ruentes,
Effundúntque ducem, rapiúntque ad litora currus.
Interea biiugis infert se Lucagus albis 575
In medios, fratérque Liger: sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Æneas tanto feruore furentes:
Homerus in Iliad.116. ** Irruit, aduersáque ingens apparuit hasta.*
Cui Liger: 580
duos nominat, à quibus est victus Æneas. *Non * Diomedis equos, non currus cernis Achillis,*
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & æui
His dabitur terris, vesano talia latè
Dicta volant Ligeri: sed non & Troïus heros
Dicta parat contrà: iaculum nam torquet in hostem. 585
Lucagus, vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos, proiecto dum pede lauo
Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei; tum læuum perforat inguen.
Excussus curru moribundus voluitur armis. 590
Quem pius Æneas dictis affatur amaris:
Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanæ verè ex hostibus vmbræ:
Ipse rotis saliens iuga deseris. hæc ita fatur,
Arripuit biiugos. frater tendebat inermes: 595
Infelix palmas, curru delapsus eodem.
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane, sine hanc animam, & miserere precantis.
Pluribus orantì Æneas: Haud talia dudum

Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater.
Tum, latebras animæ, pectus mucrone recludit.
* Talia per campos edebat funera dux. Hom.Il.46.
Dardanius, torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens tandem erumpunt, & castra relinquunt
Ascanius puer, & nequiquam obsessa iuuentus.
Iunonem interea compellat Iupiter vltrò:
* O germana mihi, atque eadem gratissima coniux, Hom.Il.30.
Vt rebare, Venus, nec te sententia fallit,
Troianas sustentat opes, non viuida bello
Dextra viris, animásque ferox, patiensq; periculi.
Cui Iuno submissa: Quid, ô pulcerrime coniux,
Sollicitas agram, & tua * tristia dicta timentem? seuera.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quámque esse decebat,
Vis in amore foret, non hoc mihi namque negares
Omnipotens, quin & pugna subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat, Teucrúmq; pio det sanguine pœnas.
* Ille tamen nostra deducit origine nomen: Homerus in Iliad.264.
Pilumnúsque illi quartus pater; & tua larga
* Sæpè manu, multisq; onerauit limina donis. Hom.Il.86.
Cui rex æthereÿ breuiter sic fatur Olympi:
Si mora præsentis lethi, tempúsque * caduco morituro.
Oratur iuueni, méque hoc ita ponere sentis:
Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vacat. sin altior istis
Sub precibus venia vlla latet, totúmque moueri,
Mutarive putas bellum; spes pascis inanes.
Cui Iuno illacrimans: Quid si, quod voce grauaris,
Mente dares, atque hæc Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem grauis exitus: aut ego veri
* Vana feror: quod vt ô potiùs formidine falsa ignara veritatis.

Ludar,

Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas:
Hæc vbi dicta dedit, cælo se protinus alto
Misit, agens hiemem nimbo succincta per auras,
Iliacámque aciem, & Laurentia castra petiuit. 635

Hom. Il. 55. ** Tum dea nube cauâ tenuem sine viribus vmbram*
In faciem Æneæ, visu mirabile monstrum,
Dardaniis ornat telis, clypeúmque, iubásque
Diuini assumulat capitis: dat inania verba,
Dat sine mente sonum, gressúsque effingit euntis. 640

Suscepta. *Morte * obita, quales fama est volitare figuras,*
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primus lætà ante acies exsultat imago,
Iritátque virum telis, & voce lacessit,
Instat cui Turnus, strídentémque eminus hastam 645
Coniicit: illa dato vertit vestigia tergo.
Tum verò Æneam auersum vt cedere Turnus
elatus, arrogantia tumens. *Credidit, atque animo spem * turbidus hausit inanem:*
Quò fugis Æneæ thalamos ne desere pactos:
Hæc dabitur dextra tellus quæsita per vndas. 650
Talia vociferans sequitur, strictúmque coruscat
Mucronem, nec ferre videt sua gaudia ventos.
abrupti saxi altitudine. *Fortè ratis celsi coniuncta * crepidine saxi*
Expositis stabat scalis, & ponte parato,
Quà rex Clusinis aduectus Osinius oris. 655
Hùc sese trepida Aeneæ fugientis imago
Contulit in latebras: nec Turnus segnior instat,
Exsuperátque moras, & pontis transilit altos.
ne redire posset in prælium. *Vix proram attigerat, * rumpit Saturnia funem,*
Auolsámque rapit reuolutà per æquora nauim. 660
Illum autem Aeneas absentem in prælia posci:
Obuia multa virûm demittit corpora morti.
Tum leuis haud vltrà latebras iam quærit imago,

Sed

Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ:
Cùm Turnum medio intereà fert æquore turbo.
*Respicit ignarus * rerum, ingratúsque salutis,* artis, per quã euaserat.
Et duplices cum voce manus ad sidera tendit:
Omnipotens genitor, tantón' me crimine dignum
Duxisti, & talem voluisti expendere pœnas?
Quò feror? vnde abij? quæ me fuga? quémve reducet?
Laurentesne iterum muros, aut castra videbo?
Quid manus illa virûm, qui me, meáque arma secuti?
Quósque, nefas, omnem infanda in morte reliqui;
Et nunc palantem video, gemitúmque cadentum
Accipio? quid agam? aut qua iam satis ima dehiscat
Terra mihi? vos ô potius miserescite venti:
In rupes, in saxa, volens vos Turnus adoro,
Ferte ratem, sauúq; vadis immittite Syrtis:
Quò neque me Rutuli, neque conscia fama sequatur.
** Hæc memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc:* Hom. Il. 15.
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
*Induat, & * crudum per costas exigat ensem:* crudelem.
Fluctibus an iaciat medijs, & litora nando
Curua petat, Teucrûmque iterum se reddat in arma.
Ter conatus vtramque viam: ter maxima Iuno
*Continuit, iuuenémque * animi miserata repressit.* pro, animo.
Labitur alta secans, fluctúque, astúque secundo;
*Et patrijs antiquam Dauni defertur ad * vrbem.* Ardeam.
At Iouis intereà monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ, Teucrósque inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atque omnibus vni,
Vni odijsq; viro, telisq; frequentibus instant.
** Ille, velut rupes, vastum quæ prodit in æquor* Homerus in Iliad. 170.
Obuia ventorum furijs, expostáque Ponto,
Vim cunctam, atq; minas perfert cæliq; marisq;

Ipsa

Ipſa immota manens: prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagū, Palmúmq; fugacem:
Sed Latagum ſaxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat os, faciémque aduerſam: poplite Palmum
Succiſo volui ſegnem ſinit, armaq; Lauſo
Donat habere humeris, & vertice figere criſtas.
Nec non Euantem Phrygium, Paridúq; Mimanta
Æqualem, comitémque: vna quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Ciſſeis regina Parin creat: vrbe paterna
Occubat: ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Homerus in Il.189.121. * *Ac velut ille canum morſu de montibus altis*
Aptus aper, multos Veſulus quem pinifer annos
Defendit, multóſque palus Laurentia, ſilua
Paſtus arundinea, poſtquàm inter retia ventum eſt,
Subſtitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam iraſci, propiúſve accedere virtus:
Sed iaculis, tutisq; procul clamoribus inſtant.
Homerus in Iliad.186. * *Haud aliter, iuſtæ quibus eſt Mezentius iræ,*
Non vlli eſt animus ſtricto concurrere ferro:
Miſſilibus longè, & vaſto clamore laceſſunt.
diſponit ſe. *Ille autem impauidus parcis * cunctatur in omneis,*
Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquens profugus Hymenæos:
Hom.Il.50. * *Hunc vbi miſcentem longè media agmina vidit*
Purpureum pennis, & pactæ coniugis oſtro:
Hom.Il.29. * *Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans,*
(Suadet enim veſana fames) ſi forte fugacem
cornibus eminentem. *Conſpexit capream, aut * ſurgentē in cornua ceruum,*
Gaudet hians immanè, comasq; arrexit, & hæret
Viſceribus ſuper accumbens: lauit improba teter

Ora

Ora cruor:
Sic ruit in denſos alacer Mezentius hoſtes.
Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum exſpirans, infractaq; tela cruentat.
Atque idem fugientem haud eſt dignatus Orodem
Sternere, nec iacta cæcum dare cuſpide vulnus:
Obuius aduerſóque occurrit, ſeq; viro vir
Contulit, haud furto melior, ſed fortibus armis. furto, id eſt, inſidiis.
Tum ſuper abiectum poſito pede nixus, & haſta,
* *Pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes.* Hom. Il. 46.
Conclamant ſocij latum pæana ſecuti:
* *Ille autem exſpirans: Non me, quicumque es, inulto,* Homerus in Iliad. 187.
Victor, nec longùm lætabere: te quoque fata
Proſpectant paria, atque eadem mox arua tenebis.
Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira;
* *Nũc morere: aſt de me diuũm pater, atq; hominũ rex* Homerus in Iliad. 245.
Viderit, hoc dicens eduxit corpore telum.
* *Olli dura quies oculos, & ferreus vrget* Homerus in Iliad. 118.
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpen,
Partheniúmque Rapo, & prædurum viribus Orſen:
Meſſapus Cloniúmque, Lycaoniúmque Ericaten:
Illum * *infrenis equi lapſu tellure iacentem,* aſperrimi.
Hunc peditem pedes; & Lycius proceſſerat Agis:
Quem tamen haud expers Valeræ virtutis auita
Deiicit, Atronium Salius, Saliúmque Nealces,
Inſignis iaculo, & longè fallente ſagitta.
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera: cedebant pariter, pariterque ruebant
Victores, victíq;: * *neque hùc fuga nota, nec illùc.* Homerus in Iliad. 115.
Di Iouis in tectis iram miſerantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus eſſe labores.

Hinc

Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno:
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At verò ingentem quatiens Mezentius hastam,
Turbidus ingreditur campo: quàm magnus Orion,
Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna viam scindens, humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingreditúrque solo, & caput inter nubila condit:
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contrà Aeneas speculatus in agmine longo,
Obuius ire parat: manet imperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens, & mole sua stat,
Atque oculis spatium emensus, quantum satis hasta,
Dextra mihi deus, & telum quod missile libro,
Nunc adsint: voueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause tropæum
Hom.Il.16. *Aenea, dixit,* * *stridentémque eminus hastam*
Iecit: at illa volans clypeo est excussa, procúlque
Egregium Antorem latus inter, & ilia figit:
Herculis Antorem comitem, qui missus ab Argis
Haserat Euandro, atque Italâ consederat vrbe.
telo in Aeneam destinato. *Sternitur infelix alieno* * *vulnere, calúmque*
Adspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos.
Hom.Il.35. * *Tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem*
lino enim tegebantur scuta. *Aere cauum triplici, per* * *linea terga, tribúsque*
Transiit intextum tauris opus, imáque sedit
Inguine, sed vires haud pertulit. ocyus ensem
Homerus in Iliad.122. *Aeneas,* * *viso Tyrrheni sanguine latus,*
Eripit à femine, & trepidanti feruidus instat.
Ingemuit cari grauiter genitoris amore,
Vt vidit, Lausus, lacrymaq; per ora volutæ.
Heic mortis durę casum, tuáque optima facta,

Si qua

Si qua fidem tanto est * operi latura vetustas, pietati, & virtuti Lausi.
Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus
Cedebat, clypeoque inimicum hastile trahebat.
Proripuit iuuenu, seseque immisceuit armis
Iámque assurgentis dextrã, plagámque ferentis
Aeneã subiit mucronem, ipsumq; morando
Sustinuit. socij magno clamore sequuntur,
Dum genitor gnati parma protectus abiret:
Teláque coniiciunt, protarbántque eminus hostem
Mißilibus. furit Aeneas, tectusq; tenet se.
* Ac velut, effusa si quando grandine nimbi Hom. Il. 4. & 133.
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola; & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit, in terris vt posßint, Sole reducto,
Exercere diem. sic obrutus vndique telis
Aeneas, nubem belli, dum * detonet, omnis dum impetus hostium remittatur.
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoque minatur:
Quò moriture ruis, maioráque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. nec minùs ille
Exsultat demens: saua iámque altiùs ira
Dardanio surgunt ductori, extremáque Lauso
Parcæ fila legunt. validum namque exigit ensem
Per medium Aeneas iuuenem, totumq; recondit.
Transit & parmam mucro, leuia arma, minacis,
Et tunicam, matris quam mollibus auerat auro;
* Impleuitq; sinum sanguis: tum vita per auras Homerus in Iliad. 227.
Conceßit mœsta ad Manes, corpusq; reliquit.
* At verò vt vultum vidit morientis, & ora, Hom. Il. 57.
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miseratus grauiter, dextrámque tetendit,

Et mentem patriæ subiit pietatis imago.
Quid tibi nunc miserande puer, pro laudibus istis,
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus lætatus, habe tua: téque parentum
Manibus, & cineri, si qua est ea cura, remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneæ magni dextra cadis. increpat vltrò
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum,
tunc enim viri, vt mulieres, componebant capillos. Sanguine turpantem comtos de * more capillos.
Interea genitor Tiberini ad fluminis vndam
Vulnera siccabat lymphis, corpúsque leuabat
Arboris acclinis trunco: procul arma ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.
Hom. Il. 41. * Stant lecti circum iuuenes: ipse æger, anhelans
sustinens se trunco arboris. * Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam:
Multa super Lauso rogitat, multosque remittit,
Qui reuocent, maestiq; ferant mandata parentis.
At Lausum socij exanimum super arma ferebant
Flentes, ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Hom. Il. 207. Hom. Il. 204. 207. * Agnouit longè gemitum præsaga mali mens:
Canitiem immundo deformat puluere, & ambas
Ad cælum tendit palmas, & corpore hæret.
Tantane me tenuit viuendi gnate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ,
quæ afficio, ab Aenea tibi illata. Quem genui? tuáne hæc genitor per * vulnera seruor,
Morte tua viuens? heu, nunc misero mihi demum
Exsilium infelix. nunc altè vulnus adactum.
Idem ego gnate tuum maculaui crimine nomen,
Pulsus ob inuidiam solio, sceptrúq; paterni.
Debueram patriæ pœnas, odiúq; meorum:
Omneis per mortes animam sontem ipse dedissem.
Homerus in Iliad. 203. * Nunc viuo: neq; adhuc homines, lucemque relinquo:

Sed

Sed linquam. simul hæc dicens, attollit in ægrum
Se femur; &, quamquam vis alto volnere tardat,
Haud deiectus, equum duci iubet. hoc decus illi,
Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat
Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit:
Phœbe diu, RES si qua diu mortalibus vlla est,
Viximus: aut hodie victor spolia illa* cruenta, Lausi cruora perfusa.
Et caput Aeneæ referes, Lausique dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter: neque enim fortissime credo
Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit, & * exceptus tergo consueta locauit equo se præbente.
Membra, manúsque ambas iaculis onerauit acutis,
Aere caput fulgens, cristáque hirsutus equina.
Sic cursum in medios rapidus dedit. æstuat ingens
Imo in corde * pudor, mistóque insania luctu, quia victus iam sit.
Et Furiis agitatus amor, & conscia virtus:
Atque hoc Aeneam magna ter voce vocauit.
Aeneas agnouit eum, latúsque precatur:
Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo;
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & * infesta subit obuius hasta. in vulnus parata.
Ille autem: Quid me erepto sæuissime gnato
Terres? hæc via sola fuit, qua perdere posses:
Nec mortem horremus, nec diuûm parcimus vlli.
Desine, iam venio moriturus, & hæc tibi porto
Dona prius. dixit, telumque intorsit in hostem:
Inde aliud super, atque aliud figitque, volátque
Ingenti gyro, sed sustinet aureus vmbo.
Ter circum adstantem læuos equitauit in orbeis,
Tela manu iaciens: ter secum Troïus heros
Immanem ærato circumfert tegmine siluam.

Inde vbi tot traxisse moras, tot spicula tædet
pedes contra equitem. *Vellere, & vrgetur pugna congressus * iniqua;*
Multa mouens animo, iam tandem erumpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
* quia cecidit in faciē, quasi in eam partem quam cernimus. *Verberat, effusumq; equitem super ipse secutus*
*Implicat, eiectoque incumbit * cernuus armo.*
Clamore incendunt cælum Troësq;, Latinique.
Aduolat Aeneas, vaginaque eripit ensem,
Et super hæc, Vbi nunc Mezentius acer, & illa
Effera vis animi? contrà Tyrrhenus, vt auras
Suspiciens hausit cælum, mentemque recepit:
Homerus in Iliad. 227. *Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?*
Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia veni,
Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
Vnum hoc per, si qua est victis venia hostibus, oro,
Corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc oro defende furorem,
Homerus in Iliad. 249. * *Et me consortem gnati concede sepulcro.*
Hæc loquitur, iugulóque haud insciis accipit ensem,
Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS LIB. XI.

ARGVMENTVM.

Æneas victor, occiso Mezentio, Marti tropæū erigit. Vtrimque cæsis supremus sepulturæ honor redditur. Diomedes Latinis arma denegat, Drances & Turnus se mutuis cōuiciis proscindunt. Equestre prœlium dubio vtrimque euentu diu committitur: verūm Camillæ nece conseruati Rutuli sese in fugam recipiunt.

Hom. Il. 82. OCEANVM interea surgens Aurora reliquit.
Aeneas, quamquā & socijs dare tempus humādis

Præci-

*Præcipitant curæ, turbatáque * funere mens est,* virgent. funere autem Pallantis.
Vota deûm primo victor soluebat Eoo.
Ingentem quercum decisis vndique ramis Homerus in Iliad. 112.
Constituit tumulo, fulgentiáque induit arma,
Mezentî ducis exuuias, tibi magne tropæum
Bellipotens: aptat roranteis sanguine cristas,
*Teláque * trunca viri, & bis sex thoraca petitum,* perfracta: ita in tropæis poni consueuere.
Perfossumq; locis, clypeumq; ex ære sinistra
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios, namque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum, sic incipiens hortatur ouanteis:
Maxima res effecta viri: timor omnis abesto. Homerus in Iliad. 11. 245.
Quod superest: hæc sunt spolia, & de rege superbo
Primitiæ, manibusq; meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis, murósque Latinos.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum:
Ne qua mora ignaros, vbi primùm vellere signa
Annuerint superi, pubemque educere castris,
Impediat, segnesque metu sententia tardet.
Interea socios, inhumataque corpora terræ Homerus in Iliad. 248.
Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.
Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus: mæstámque Euandri primus ad vrbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
*Abstulit atra dies, & funere mersit * acerbo.* immaturo. translatio à pomis.
Sic ait illacrymans, recipitq; ad limina gressum,
Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acœtes
Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro
Armiger antè fuit, sed non felicibus æquè
Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.
Circum omnes, famulúmq; manus, Troianaq; turba,

ancillæ Aeneæ: nam honestas mulieres in Sicilia omnes reliquerat, excepta Euryali matre.

Et mæsta Iliades crinem de more soluta.*
Vt verò Aeneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus, mæstóque immugit regia luctu.
Ipse caput nitidi sultum Pallantis, & ora
Vt vidit, leuiq; patens in pectore vulnus
Cuspidis Ausoniæ, lacrymis ita fatur obortis:
Tène, inquit, miserande puer, cùm læta veniret,
Inuidit fortuna mihi, ne regna videres
Nostra, neque ad sedes victor veherere paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam, cùm me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium, metuénsq; moneret
Acreis esse viros, cum dura prælia gente.
Et nunc ille quidem spe multùm captus inani
Forset vota facit, cumulátque altaria donis.
Nos iuuenem exanimum, & nil iam cælestibus vllis
quia perijt. ** Debentem, vano mæsti comitamur honore.*
Infelix gnati funus crudele videbis.
Hi nostri reditus, exspectatiq; triumphi:
Homerus in Il. 141. 207. *Hæc mea magna fides. * at non Euandre pudendis*
Vulneribus pulsum adspicies: nec sospite dirum
Optabis gnato funus pater. hei mihi quantum
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule!
Hæc vbi defleuit, tolli miserabile corpus
ergo Troianos, Tuscos, Arcades. *Imperat, & * toto lectos ex agmine mittit*
Mille viros, qui supremum comitentur honorem,
Intersintq; patris lacrymis, solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alij crateis, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno,
Exstructóque toros obtentu frondis inumbrant.

Heic

Heic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit,
Non iam mater alit tellus, virésque ministrat.
Tunc geminas vestis, ostróque auróque rigentis,
Extulit Æneas, quas illi, læta laborum,
* Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido Hom. Il. 60.
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Harum vnam iuueni, supremum, mœstus, honorem,
Induit, arsuráque comas obnubit amictu;
Multáque præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci.
Addit * equos, & tela, quibus spoliauerat hostem. Homerus in Iliad. 250.
Vinxerat & post terga manus, quos mitteret Vmbris
* Inferias, cæso sparsuros sanguine flamas: sacra sunt mortuorum.
Indutósque iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, inimicáque nomina figi.
* Ducitur infelix æuo confectus Acœtes, quasi præ dolore non posset ire.
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora:
Sternitur, & toto proiectus corpore terra.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
* Post bellator equus, positis insignibus, Æthon Homerus in Iliad. 195.
It lacrymans, guttisq; humectat grandibus ora.
Hastam alij, galeámque ferunt: nam cetera Turnus
Victor habet. * tũ mœsta phalanx, Teucriq; sequuntur, Homerus in Iliad. 250.
Tyrrheniq; duces, & * versis Arcades armis. lugentium more; quæ mucronem habet, non cuspidem contra terram tenebant.
Postquam omnis longè comitum processerat ordo;
Substitit Æneas, gemitúque hæc addidit alto:
Nos alias hinc ad lacrymas, eadem horrida belli
Fata vocant. salue æternum mihi maxume Palla,
Æternúmque vale. nec plura effatus, ad altos

Tendebat muros, greſſumq́ in caſtra ferebat,
Iámque oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis olea, veniámque rogantes:
Hom.Il.80. * *Corpora, per campos ferro quæ fuſa iacebant,*
Redderet, ac tumulo ſineret ſuccedere terræ:
Homerus in Iliad. 264. * *Nullum cum victis certamen, & æthere caſtis:*
Parceret hoſpitibus quondam, ſocerúq́ vocatis.
Hom.Il.80. * *Quos bonus Aeneas, haud aſpernanda precantes,*
Proſequitur venia, & verbis hæc inſuper addit:
admirátis eſt, non dubitantis. * *Quænam vos tanto fortuna indigna Latino*
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacémne exanimis, & Martis ſorte peremtis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni, niſi fata locum, ſedémque dediſſent;
Nec bellum cum gente gero. rex noſtra reliquit
Hoſpitia, & Turni potiùs ſe credidit armis.
Aequiùs huic Turnum fuerat ſe opponere morti.
Si bellum finire manu, ſi pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis:
Vixet, cui vitam deus, aut ſua dextra dediſſet.
quaſi aliena culpa pereuntibus. *Nunc ite, & * miſeris ſupponite ciuibus ignem.*
Dixerat Aeneas. olli obſtupuere ſilentes:
Conuerſiq́ oculos inter ſe atque ora tenebant.
Tum ſenior, ſempérque odiis & crimine Drances
Hom.Il.17. * *Infenſus iuueni Turno, ſic ore vicißim*
Orſa refert: O fama ingens, ingentior armis,
ijs qui in cæ-lo ſunt. *Vir Troiane, quibus * cælo te laudibus æquem?*
Iuſtitiane prius mirer, belline laborum?
Nos verò hæc patriam grati referemus ad vrbem,
Et te, ſi qua viam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi: quærat ſibi fœdera Turnus.
Quin & fatalis murorum attollere moles,

Saxáque

Saxáque subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc, vnóque omnes eadem ore fremebant.
*Bis senos pepigere dies, & pace * sequestra* media.
Per siluas Teucri, mistiq; impunè Latini
*Errauere iugis: ferro sonat alta * bipenni* nomen proprium pro epitheto vsurpauit.
Fraxinus: euertunt actas ad sidera pinus,
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum, Homerus in Iliad. 276.
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.
Et iam fama volans tanti præcurrit honoris,
Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet,
Quæ modò victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more vetusto ii qui erant intra vrbem.
Funereas rapuere faces. lucet via longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
Contrà turba Phrygum veniens plangentia iungit
*Agmina: * quæ postquàm matres succedere tecta* Homerus in Iliad. 202.
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus vrbem.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere:
*Sed venit in medios: * feretro Pallanta reposto* Homerus in Iliad. 205.
Procumbit super, atq; hæret lacrymansq; gemensque,
Et vix tandem voci laxata dolore est:
Non hæc ô Palla dederas promissa parenti,
Cautiùs vt sæuo velles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ, belliq; propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota, precésque meæ: tuq; ô sanctissima coniux,
Felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem.
*Contrà ego viuendo * vici mea fata, superstes* superaui naturalem ordinem vitæ longiore.
Restarem vt genitor: Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis: animam ipse dedissem,

Atque hæc pompa domum me, non Pallãta, referret.
Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec, quas
Iunximus hoſpitio, dextras: ſors iſta ſenectæ
Debita erat noſtræ. quòd ſi immatura manebat
Homerus in Iliad.275. *Mors gnatum, cæſis * Volſcorum millibus antè,*
Homerus in Iliad.275. ** Ducentem in Latium Teucros, cecidiſſe iuuabit.*
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quàm pius Æneas, & quã magni Phryges, & quam
Tyrrheniq; duces, Tyrrhenûm exercitus omnis.
Magna tropæa ferunt, quos dat tua dextera letho.
ſicut reliqui duces à Pallante cæſi. *Tu * quoque nunc ſtares immanis truncus in armis,*
Eſſet par ætas, & idem ſi robur ab annis,
Turne. ſed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte:
Quòd vitam moror inuiſam, Pallante peremto,
Dextera cauſſa tua eſt, Turnum gnatóque, patriq;,
Quam debere vides: meritis vacat hic tibi ſolus,
Homerus in Iliad.203. *Fortunæq; locus: * non vita gaudia quæro,*
Nec fas: ſed gnato Manes perferre ſub imos.
Homerus in Iliad.14.80. *Aurora intereà miſeris mortalibus almam*
Extulerat lucem, referens opera atque labores.
Iam pater Æneas, iam curuo in litore Tarchon
Hom.Il.80. *Conſtituêre pyras: * huc corpora quiſque ſuorum*
More tulere patrum: ſubiectiſq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cælum.
Homerus in Iliad.248. ** Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis*
Decurrêre rogos: ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis, vlulatúſque ore dedêre.
Hom.Il.80. ** Spargitur & tellus lacrymis, ſparguntur & arma.*
It cælo clamórque virûm, clangórque tubarum.
Hinc alij ſpolia, occiſis direpta Latinis
Coniiciunt igni, galeas, enſeſq; decoros,

Frenáque,

*Frenáque, * feruenteisq́ rotas: pars munera nota,* nimio cursu. Horat. Metaque feruidis Euitata rotis.
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
** Multa boum circà mactantur corpora morti;* Hom. Il.248.
Setigerósque sues, raptásque ex omnibus agris Hom.Il.250.
In flamam iugulant pecudes: tum litore toto
Ardenteis spectant socios, semiustáque seruant
Busta; nec auelli possunt, nox humida donec
*Inuertit cælum stellis fulgentibus * aptum.* coniunctum, vt alibi.
Nec minùs & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim
Multa virûm terræ infodiunt, auectáque partim
Finitimos tollunt in agros, vrbique remittunt.
Cetera, confusæq́ ingentem cædis aceruum,
Nec numero, nec honore cremant: tunc vndique vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
** Tertia lux gelidam cælo dimouerat vmbram:* Hom. Il.251.
** Mærentes altum cinerem, & confusa ruebant* Hom.Il.80.
Ossa focis, tepidóque onerabant aggere terræ.
** Iam verò in tectis prædiuitis vrbe Latini* Hom. Il.266.
Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.
Heic matres, miseræq́ nurus, heic cara sororum
Pectora mærentum, pueriq́ parentibus orbi,
Dirum execrantur bellum, Turniq́ Hymenæos:
Ipsum armis, ipsúmque iubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.
** Ingrauat hæc sæuus Drances, solúmque vocari* maiorẽ concitat inuidiã.
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contrà variis sententia dictis
Pro Turno, & magnum reginæ nomen obumbrat:
Multa virum meritis sustentat fama tropæis.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce super mæsti magna Diomedis ab vrbe

Legati

Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum: nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum. 230
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus:
Fatalem Æneam manifesto Numine ferri
exsorum in pugna. Admonet ira deûm, * tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primósque suorum
Imperio accitos, alta intra limina cogit. 235
Hom.Il.15. * Olli conuenêre, fluúntque ad regia plenis
Tecta viis. sedet in mediis & maximus ævo,
Hom.Il.15. Et * primus sceptris, haud lata fronte, Latinus.
Atque hic legatos Ætola ex vrbe remissos,
Hom.Il.103. * Quæ referant, fari iubet, & responsa reposcit 240
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier infit:
Vidimus ô ciues Diomedem, Argiuáque castra,
itineris, vt flumina, latrones. Atque iter emensi casus superauimus * omneis,
Contigimúsque manum, qua concidit Ilia tellus. 245
Ille vrbem Argyripam, patriæ cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquàm introgressi, & coram data copia fandi;
Munera præferimus, nomen, patriámque docemus:
Qui bellum intulerint, quæ causſa attraxerit Arpos. 250
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore:
O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
primi enim Ausones tenuisse dicuntur Italiam. * Antiqui Ausonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat, suadétque ignota lacessere bella?
Quicumque Iliacos ferro violauimus agros, 255
(Mitto ea quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omneis,

Vel

*Vel Priamo miseranda manus. scit triste * Minerua*
Sidus, & Euboicæ cautes, vltórque Caphareùs.
Militia ex illa diuersum ad litus abacti,
Atreides Protei Menelaus aduſque columnas
Exſulat; Ætnæos vidit Cyclopas Vlyſſes.
Regna Neoptolemi referam, verſóſque Penateis
Idomenei, Libycóve habitanteis littore Locros?
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuûm
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetiit: deiecta Aſia ſubſedit adulter.
Inuidiſſe deos, patriis vt redditus oris
*Coniugium optatum, & * pulcram Calydona viderem?*
Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur:
Et ſocij amiſſi petierunt æthera pennis:
Fluminibúſque vagantur aues (heu dira meorum
Supplicia) & ſcopulos lacrymoſis vocibus implent.
Hæc adeò ex illo mihi iam ſperanda fuerunt
Tempore, cùm ferro cæleſtia corpora demens
Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram.
*Ne verò, ne me ad * taleu impellite pugnas.*
Nec mihi cum Teucris vllum poſt eruta bellum
Pergama; nec veterum memini, lætórve malorum.
Munera, quæ patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Æneam. ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimúſque manus: experto credite, quantus
In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.
Si duo prætereà taleis Idæa tuliſſet
Terra viros; vltrò Inachias veniſſet ad vrbeis
Dardanus, & verſis lugeret Græcia fatis.
Quidquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ,
Hectoris Æneæq; manu victoria Graiûm
Hæſit, & in decimum veſtigia rettulit annum:

Iratæ Græcis ob ſtuprum Caſſandræ.

Hom. Il. 51.

Hom. Il. 59.

quarũ etiam victoria pernicioſa eſt.

Hom. Il. 53.

Hom. Il. 20.

Pardanius populus.

Homerus in Iliad. 197.

* Ambo

Homerus in Il.189.197. *Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis:
Hic pietate prior. coëant in fœdera dextræ,
Quà datur: ast, armis concurrant arma, cauete.
Et, responsa simul quæ sint, rex optume, regis
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea legati, variúsque per ora cucurrit
Ausonidûm turbata fremor: ceu, saxa morantur
Cùm rapidos amneis, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis.
Hom. Il.103. *Vt primùm placati animi, & trepida ora quierunt,
Præfatus diuos, solio rex infit ab alto:
Antè quidem summa de re statuisse, Latini,
Et vellem, & fuerat melius; non tempore tali
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.
originem ducente à deis. Bellum importunum ciues cum gente * deorum,
Inuictisq; viris, gerimus, quos nulla fatigant
Prœlia, nec victi possunt absistere ferro.
Spem, si quam accitis Ætolûm habuistis in armis,
Ponite: spes sibi quisq;: sed, hæc quàm angusta, videtis.
Cetera quæ rerum iaceant perculsa ruina,
quasi dicat, narratione non egent. Ante * oculos, intérque manus sunt omnia vestras.
Nec quemquam incuso: potuit quæ plurima virtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis, animos adhibete, docebo.
Est antiquus ager, Tusco mihi proximus amni,
Longus in occasum, fineis super vsque Sicanos.
Arunci, Rutuliq; serunt, & vomere duros
Exercent colleis, atque horum asperrima pascunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociósque in regna vocemus:

Considant,

Considant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fineis, aliámque capessere gentem
Est animus, possúntque solo decedere nostro;
Bis denas Italo texamus robore naueis,
Seu plureis complere valent: iacet omnis ad vndam
Materies: ipsi numerúmque, modúmque carinis
*Præcipiant: nos æra, manus, * naualia demus.* posuit pro trabibus, ex quibus naues fiunt.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacúmq; manu prætendere ramos,
Munera portantes eboruq;, auriq; talenta,
Et sellam, regni, trabeámque, insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, stimuluq; agitabat amaris,
*Largus opum, & * lingua melior, sed frigida bello* Hom. Il. 17.
Dextera, consilijs habitus non futilis auctor, Hom. Il. 14.
Seditione potens (genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)
Surgit, & his onerat dictis, atque aggerat iras:
Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem,
Consulis ô bone rex. cuncti se scire fatentur
*Quid fortuna ferat populi, sed dicere * mussant.* verentur.
Det libertatem fandi, flatúsque remittat,
Cuius ob auspicium infaustum, moréque siniſtros
(Dicam equidē, licet arma mihi, mortēmq; minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq; videmus Homerus in Iliad. 9. 2. 100.
Consedisse vrbem luctu, dum Troia tentat iacere afflictam.
Castra, fugæ fidens, & cælum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, ducíq; iubes, vnum optime regum
Adiicias; nec te vllius violentia vincat,

* Quin

Hom. Il. 79. * *Quin gnatam egregio genero, digniq; Hymenæis*
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quòd si tantus habet menteis & pectora terror;
Ipsum obtestemur, veniámque oremus ab ipso:
Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat.

singula verba pondus habent. *Quid * miseros toties in aperta pericula ciueis*
Proiicis? ô Latio caput horum & cauſſa malorum!
Nulla ſalus bello: pacem te poſcimus omnes,
Turne, ſimul pacis ſolum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuiſum quem tu tibi fingis, & eſſe
Nil moror; en ſupplex venio: miſerere tuorum,
Pone animos, & pulſus abi: ſat funera fuſi

abductis ad bellum coloniis. *Vidimus, ingenteis & * deſolauimus agros.*
Aut, ſi fama mouet, ſi tantum pectore robur
Concipis, & ſi adeò dotalis regia cordi eſt,

Hom. Il. 69. * *Aude, atque aduerſum fidens fer pectus in hoſtem.*
Scilicet, vt Turno contingat regia coniux.
Nos, anima viles, inhumata inſletáque turba,

virtus. *Sternamur campis. etiam tu, ſi qua tibi * vis,*
Si patrij quid Martis habes, illum adſpice contrà,
Qui vocat.

Homerus in Iliad. 184. *Talibus exarſit dictis violentia Turni:*

Hom. Il. 22. *Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore voces:*
Larga quidem ſemper Drance tibi copia fandi,
Tunc cùm bella manus poſcunt, patribúſque vocatis
Primus ades: ſed non replenda eſt curia verbis,

arect, repellit. *Qua tutò tibi magna volant, dum * diſtinet hoſtem*
Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ.
Proinde tona eloquio, ſolitum tibi, méque timoris
Argue tu Drance, tot quando ſtragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, paſſimq; tropæis
Inſignis agros: poſſit quid viuida virtus,

Experiare

Experiare licet: nec longè scilicet hostes
Quærendi nobis: circumstant vndique muros.
Imus in aduersos. quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibúsque fugacibus istis
Semper erit?
*Pulsus ego? aut quisquam meritò fœdissime * pulsum* Homerus in Iliad. 5. 191.
Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Thybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitiæ, & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor sub Tartara misi,
Inclusus muris hostilibq; aggere septus.
*Nulla salus bello: capiti * cane talia demens* quasi vates, futura diuinans.
Dardanio, rebúsque tuis: proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victæ, contrà premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremiscunt,
Nunc & Tydeides, & Larissæus Achilles: (cunt,
Amnis & Adriacas retro fugit Ausidus vndas.
Vel cùm se pauidum contra mea iurgia fingit,
*Artificis * scelus, & formidine crimen acerbat.* est enim sceleratorum simulare formidinem.
Numquam animam talem dextra hac, absiste moueri,
Amittes; habitet tecum, & sit pectore in isto.
Nunc ad te, & tua magne pater consulta reuertor.
Si nullam nostris vltrà spem ponis in armis;
Si tam deserti sumus, &, semel agmine verso,
Funditus occidimus, nec habet fortuna regressum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quamquàm ô, si solitæ quidquam virtutis adesset,
Ille mihi ante alios, fortunatúsque laborum, Homerus in Iliad. 267.
Egregiúsque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit. Hom. Il. 21.

Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilióque vrbes Italæ, populíq; supersunt:
Homerus in Iliad. 195. * *Sin & Troianis cum multo gloria vênit*
Sanguine: sunt illi sua fata, párque per omneis
Tempestas: cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
MVLTA *dies, variúsque labor mutabilis æui*
Rettulit in melius: multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.
Hom. Il. 6. * *Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi?*
At Messapus erit, felixq; Tolumnius, & quos
Tot populi misêre duces: nec tarda sequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.
Hom. Il. 20. *Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt,*
Idq; placet, tantúmque bonis communibus obsto:
Non adeò has exosa manus victoria fugit,
vt solus dicar seruasse rempu. *Vt * tanta quidquam pro sbe tentare recusem.*
Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillem,
Factáque Volcani manibus paria induat arma
Ille licet. vobis animam hanc, soceróque Latino
Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus,
Deuoueo. solum Æneas vocat? & vocet, oro.
Nec Drancès potius, siue est hæc ira deorum,
Hom. Il. 8. *Morte luat: sine est virtus, & gloria, tollat.*
Illi hæc inter se dubiis de rebus agebant
Certantes: castra Æneas, aciemque mouebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisq; vrbem terroribus implet,
Instructos acie Tiberino à flumine Teucros,
Tyrrhenámque manum totis descendere campis.

Extemplò

Extemplò turbati animi, concussáque vulgi
Pectora, & arrecta stimulis haud mollibus ira.
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuuentus:
*Flent mæsti, * mussántque patres: hinc vndiq; clamor* querunturi
Dissensu vario magnus se tollit in auras:
Haud secus, atque alto in lacu cùm fortè caterua
*Consedêre anium, piscosóve amne * Padusa*
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni,
Immò, ait, ô cives, arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruunt. nec plura locutus,
Corripuit sese, & tecto citus extulit altus.
*Tu Volusc armari Volscorum edice * manipli,*
Duc, ait, & Rutulos: equites Messapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars adstus vrbi firment, turrésque capessant:
Cetera, quà iusso, mecum manus inferat arma.
Ilicet in muros tota discurritur vrbe.
Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus Hom.11.17.
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt:
Multáque se incusat, qui non acceperit vltrò
Dardanium Æneam, generúmque adsciuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas, aut saxa, sudésque ante portas
Subuectant: bello dat signum rauca cruentum faciunt fossas.
Buccina: tunc muros varia cinxere corona
Matronæ, puerique: vocat labor vltimus omneis.
Nec non ad templum, summásque ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua, pilento scilicet, vt lib.8. Pilentis matres in mollibus.
Dona ferens, iuxtáque comes Lauinia virgo,
Causa mali tanti, atque oculos deiecta decoros.
Succedunt mares, & templum thure vaporant, Hom.11.69.
Et mæstas alto fundunt de limine voces:

Hom. Il. 69.

Armipotens belli præses Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
Pronum sterne solo, portuq; effunde sub altu.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus:

Homerus in Iliad. 218.

* *Iámque adeò Rutulum theraca indutus, ænis*

Homerus in Il. 72. 114.

Horrebat squamis, surásque incluserat auro,

Homerus in Iliad. 114.

Tempora nudus adhuc, lateriq; accinxerat ensem,
Fulgebátque alta decurrens aureus arce,
Exsultátque animis, & spe iam præcipit hostem.

Homerus in Iliad. 164.

* *Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis*
Tandem liber equus, campóque potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentáque tendit equarum,
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus altè
Luxurians, ludúntque iubæ per colla, per armos.
Obuia cui, Volscorum acie comitante, Camilla
Occurrit, portisq; ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis

atte quadam, & facili concinnoq. motu.

*Ad terram * defluxit equis. tum talia fatur:*
Turne, sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo, & Aeneadûm promitto occurrere turmæ,

Homerus in Iliad. 138.

* *Solâque Tyrrhenos equites ire obuia contra.*
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.

In armis egregia, metuenda.

*Turnus ad hæc, oculos * horrenda in virgine fixus,*
O decus Italiæ virgo, quas dicere grates,
Quásve referre parem? sed nunc, est omnia quando
Iste animus supra, mecum partire laborem.
Aeneas, vt fama fidem, missiq; reportant
Exploratores, equitum leuia improbus arma

perturbarent insidias.

*Præmisit, * quaterent campos; ipse ardua montis*
Per deserta iugo properans aduentat ad vrbem.

Furtà

Furta paro belli conuexo in tramite siluæ,
Vt biuias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:
Tecum acer Messapus erit, turmæq; Latinæ,
*Tiburtiq; * manus: ducis & tu concipe curam.* Catillus, & Corax, fratres.
Sic ait, & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, sociosque duces; & pergit in hostem.
*Est curuo amfractu * valles, accommoda fraudi,* pro vallis, ob metri necessitatem.
Armorumque dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget vtrimque latus, tenuis quà semita ducit,
Angustæq; ferunt fauces, aditúsque maligni.
Hanc super in speculis, summóque in vertice montis
*Planities ignota iacet, tutiq; * receptus:* quò se citò recipere posset exercitus.
Seu dextra, læuáque velis occurrere pugnæ,
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione viarum;
Arripuitq; locum, & siluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus socias, sacrâque caterua,
Compellabat: & hæc triste Latonia voces
Ore dabat: Graditur bellum ad crudele Camilla,
*O virgo, & * nostris nequiquam cingitur armis,* quibus vtraq. gaudemus.
Cara mihi ante alias. neque enim nouus iste Diana
Venit amor, subitâque animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, viresque superbas,
Priuerno antiqua Metabus cùm excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli
Sustulit exsilio comitem, matrisq; vocauit
Nomine Casmillæ, mutilata parte, Camillam.
*Ipse sinu præ se portans iuga * longa petebat* remotiora.
Solorum nemorum: tela vndique sæua premebant,
Et circumfuso volitabant milite Volsci.

inter fugam. *Ecce fugæ* medio summis Amasenus abundans*
Spumabat ripis: tantus se nubibus imber
Ruperat. ille innare parans infantis amore
Tardatur, caroque oneri timet: omnia secum
Versanti subitò, vix hac sententia sedit.
Telum immane, manu valida quod fortè gerebat
hastæ enim igni durari plerumque consueuerũt. *Bellator, solidum nodis, & robore* cocto,*
Huic natam, libro, & siluestri subere clausam
Implicat, atque habilem media circumligat hastæ:
Quam dextra ingenti librans ita ad æthera fatur:
Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo
quia soli patres potestatẽ habent auctorandi. *Ipse pater famulam voueo: tua prima per auras*
Tela tenens supplex hostem fugit: accipe tector
Diua tuam, quæ nunc dubiis committitur auris,
Dixit, & adducto contorsum hastile lacerto
Immittit. sanguine vndæ rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus, magna propius iam vrgente caterua,
Dat sese fluuio, atque hastam cum virgine victor
Gramineo donum Triuiæ de cespite vellit.
hoc dicit, nec in ciuitates, nec in priuatam admissus est domum. *Non illum* tectis vlla, non mœnibus vrbes*
Accepere, neque ipse manus feritate dedisset;
Pastorum & solis exegit montibus æuum.
Hic gnatam in dumis, interque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Vtq; pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas onerauit acuto,
Spiculaque ex humero parua suspendit, & arcum:
Pro crinali auro, pro longa tegmine palla,
Tigridis exuuiæ per dorsum à vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit,

Et fun-

Et fundam tereti circum caput egit habena,
* Strymoniámque gruem, aut album deiecit olorem. Thraciam, à flumine Strymone.
Multa illam frustrà Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Æternum telorum, & virginitatis amorem
Intemerata colit. vellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Cara mihi, comitúmque foret nunc vna mearum.
Verùm agè, quandoquidem fatis vrgetur acerbis,
* Labere Nympha polo, finesq; inuise Latinos, Homerus in Iliad. 265.
Tristis vbi infausto committitur omine pugna.
Hæc cape, & vlricem pharetra deprome sagittam:
Hac quicumque sacrum violarit vulnere corpus,
Tros, Italúsve, mihi pariter det sanguine pœnas.
Post ego nube caua miseranda corpus, & arma
Inspoliata feram tumulo, patriisq; reponam.
Dixit: at illa leuem cæli demissa per auras
Insonuit, * nigro circumdata turbine corpus. Homerus in Iliad. 266. quia descédit ad luctũ. contrarie Venere ad lætitiam descendente, lib. 8. Aethereos inter candida nimbos.
At manus interea muris Troiana propinquat,
Etruscique duces, equitumq; exercitus omnis,
Compositi numero in turmas, fremit æquore toto
Insultans sonipes, & pressu pugnat habenis
Huc obuersus, & huc: tum late ferreus hastis
Horret ager, campiq; armis sublimibus ardent.
Nec non Messapus contrà, celeresque Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ
* Aduersi campo apparent, hastasq; reductis Hom. Il. 45.
Protendunt longè dextris, & spicula vibrant:
*Aluentisq; virûm, fremitusq; ardescit equorum. Homerus in Iliad. 222. Hom. Il. 23.
Iámque intra iactum teli progressus vterque
Substiterat: subitò erumpunt clamore, fremoncisq;
Exhortantur equos: fundunt simul vndique tela

Crebra niuis ritu, cælúmque obtexitur vmbra.
Continuò aduersis Tyrrhenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primiq; ruinam
Dant sonitu ingenti, præfractáque quadripedantum
Pectora pectoribus rumpunt. excussus Aconteus
vt pilæ ferreę. Fulminis in morem, aut tormento * ponderis acti,
Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.
Extemplò turbata acies, versíque Latini
retro agunt. * Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt:
Troës agunt: princeps turmas inducit Asylas.
Iámque propinquabant portis, rursúsque Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penitúsque datis referuntur habenis.
Qualis vbi alterno procurrens gurgite Pontus
Nunc ruit ad terras, scopulósque superiacit vndam
flexu vndarum. Spumeus, extremámque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque æstu reuoluta resorbens
Saxa, fugit, litúsque vado labente relinquit.
Bis Tusci Rutulos egêre ad mœnia versos:
Bis reiecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquàm congressi in prælia, totas
Implicuere inter se acies, legitq; virum vir:
Tum verò & gemitus morientum, & sanguine in alto
Armáque, corporáque, & permisti cade virorum
Semianimes voluuntur equi: pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,
Hom. Il. 83. * Hastam intorsit equo, ferrúmque sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altáque iactat,
Vulneris impatiens, arrecto pectore crura.
Voluitur ille excussus humi. Catillus Iolaum,
Ingentémque animis, ingentem corpore & armis
Deiicit Herminium: nudo cui vertice fulua
Cæsaries:

Cæsaries, nudiq; humeri; nec vulnera terrent:
*Tantus in arma patet. latos hinc hasta per * armos*
Acta tremit duplicátque, virum transfixa, dolorem.
Funditur ater vbique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulcrámque petunt per vulnera mortem.
*At medias inter cædes exsultat * Amazon,*
Vnum exserta latus pugna, pharetrata Camilla.
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat:
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,
** Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.*
At circùm lectæ comites, Larináque virgo,
Tullaque, & aratam quatiens Tarpeia securim,
*Italides, quas ipsa * decus sibi dia Camilla*
Delegit pacis q; bonas belliq; ministras.
Quales Threïcia cùm flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
*Seu circum * Hippolyten, seu cùm se Martia curru*
** Penthesilea refert, magnóque vlulante tumultu*
Feminea exsultant lunatis agmina peltis.
** Quem telo primum, quem postremum aspera virgo*
Deiicit? aut quot humi morientia corpora fundit?
Eunæum Clytio primùm patre: cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriens q; suo se in volnere versat.
Tum Lyrim, Pagasumq; super: quorum alter habenas
** Suffosso reuolutus equo dum colligit, alter*
Dum subit, ac dextram labenti tendit inermem,
Præcipites, pariterque ruunt. his addit Amastrum
Hippotaden: sequiturque incumbens eminus hasta,

transfert ad hominem quod est quadrupedis.

non verè Amazon, sed quasi Amazon.

Hom. II. 87.

ad decus. ad ornamentum.

duas Amazonum reginas nominat.

Homerus in Il. 59. 185.

* al. *Suffuso.* id est, casuro, vt exponit Seruius.

Tereáq3, Harpalycúmq3, & Demophoõta, Chrominq3:
Hom.II.87. ** Quótquot emissa manu contorsit spicula virgo,*
Tot Phrygij cecidêre viri. procul Ornytus armis
nouis, insolitis. ** Ignotis, & equo venator Iapyge fertur:*
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit: caput ingens oris hiatus,
Et malæ texêre lupi cum dentibus albis,
Agrestisq́3 manus armat sparus: ipse cateruis
Vertitur in mediis, & toto vertice suprà est.
fraude circumuentum. *Hunc illa * exceptum, neq3 enim labor agmine verso,*
Traiicit, & super hæc inimico pectore fatur:
Siluis te Tyrrhene feras agitare putasti?
Aduênit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomen tamen haud leue partum
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
Protinus Orsilochũ, & Buten, duo maxima Teucrûm
Corpora: sed Buten aduersum cuspide figit
equitis. *Loricam, galeámque inter, quà colla * sedentis*
Lucent, & læuo dependet parma lacertò:
Orsilochum fugiens, magnúmque agitata per orbem
breuiore scilicet circulo. *Eludit gyro * interior, sequitúrque sequentem.*
Tum validam pérque arma viro, pérque ossa securim,
Altior insurgens, oranti, & multa precanti
Congeminat: vulnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitóque adspectu territus hæsit
Apenninicolæ bellator filius Auni,
quos omnes fallaces esse, ait Cato lib. 11. Originũ. *Haud * Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.*
Isq́3 vbi se nullo iam cursu euadere pugnæ
Posse, neque instantem reginam auertere cernit:
Consilio versare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc: Quid tam egregium, si femina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te cominus æquo

Mecum

Mecum crede solo, pugnaq; accinge pedestri:
Iam nosces, * *ventosa ferat cui gloria laudem.* vana, inanis more venti.
Dixit: at illa furens, acriq; incensa dolore,
Tradit equum comiti, parmúsque assistit in armis,
Ense pedes nudo, puráque interrita parma.
At iuuenis vicisse dolo ratus, anolat ipse,
Haud mora, conuersisq; fugax aufertur habenis,
Quadripedémque citum ferrata calce fatigat.
Vane Ligus, frustráque animis elate superbis,
Nequiquam patrias tentasti * *lubricus artes,* fallax, mobilis.
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frenoq; aduersa prehensis
Congreditur, pœnásque inimico à sanguine sumit. Homerus in Il. 116. 241.
Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprensámque tenet, pedibúsque euiscerat vncis:
Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.
At non hæc nullis hominum sator, atque deorum Homerus in Iliad. 23.
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes, cadentiáque agmina Tarchon
Fertur equo, variisq; instigat vocibus alas,
Nomine quemq; vocans, reficitq; in prælia pulsos.
Quis metus, ô numquam dolituri, ô semper * *inertes* stulti. stultus enim, qui non mouetur iniuria.
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Femina palantes agit, atque hæc agmina vertit?
Quò ferrum, quidve hac gerimus tela irrita dextris? Hom. Il. 43.
At non in Venerem segnes, nocturnáque bella,
Aut, vbi curua choros indixit tibia * *Bacchi,* quia ludi theatrales apud veteres erant in honorē Bacchi.
Exspectare dapes, & plena pocula mensæ.

Hic

Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus haruspex
Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.
Homerus in Iliad. 180.
Hæc effatus, equum in medios moriturus & ipse
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert,
Dereptúmque ab èquo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in cælum clamor, cunctiq́ Latini
Conuertêre oculos. volat igneus æquore Tarchon,
Arma virúmque ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & parteis rimatur apertas,
Quà vulnus lethale ferat. contrà ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.
Homerus in Iliad. 138.
Vtq́ volans altè raptum cùm fulua draconem
Fert aquila, implicuitq́ pedes, atq́ vnguibus hæsit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectuq́ horret squamis, & sibilat ore,
Arduus, insurgens: illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis.
Haud aliter prædam Tiburtum ex agmine Tarchon
primùm virtutem, deinde felicitatem ponit.
*Portat ouans, ducis exemplum, * euentúmque secuti*
Mæonidæ incurrunt. tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, &, quæ sit fortuna facillima, tentat.
Quà se cumque furens medio tulit agmine virgo,
Hàc Aruns subit, & tacitus vestigia lustrat:
Quà victrix redit illa, pedémque ex hoste reportat,
Hàc iuuenis furtim celereis detorquet habenas.
Hos aditus, iámque hos aditus, omnémque pererrat
Vndiq́ circuitum, & certam quatit improbus hastam.
monitem pro numine posuit quod in eo colitur.
*Fortè sacer * Cybele Chloreùs, olimq́ sacerdos*
Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantémque agitabat equum: quem pellis aënis

In

In plumam squamis, auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus, & ostro,
Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu.
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
**Caßida: tum croceã chlamydémq; sinúsq; crepanteús* pro, casses.
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma
Troïa, captiuo siue vt se ferret in auro,
Venatrix, vnum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totúmque incauta per agmen
** Femineo prædæ, & spoliorum ardebat amore:* impatienti, irrationabili.
Telum ex insidiis cùm tandem, tempore capto,
Coniicit, & superos Aruns sic voce precatur:
*Summe deûm, sancti custos * Soractis Apollo,* mons est Hirpinorum in Flaminia.
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna,
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens. non exuuias, pulsæ've tropæum* occisæ.
Virginis, aut spolia vlla peto: mihi cetera laudem
Facta ferant: hæc dira meo dum vulnere pestis
*Pulsa cadat, * patriam remeabo inglorius vrbem.* Hom. Il. 16. Homerus in Iliad. 177.
Audiit, & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit; partem volucreis dispersit in auras.
Sterneret vt subita turbata morte Camillam,
Annuit oranti: reducem vt patria alta videret,
Non dedit, inq; Notos vocem vertêre procellæ.
Ergo, vt missa manu sonitum dedit hasta per auras,
Conuertêre animos acres, oculósque tulêre
*Cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec * aurâs,* aurâs, pro aura antiquo more legit Seruius.
Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli,

Hasta

Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineúmque altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominámque ruentem
Suscipiunt. fugit ante omneis exterritus Aruns,
Lætitia, mistóque metu: nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quàm tela inimica sequantur,
Continuò in monteis sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnóve iuuenco,
Conscius audacis facti, caudámque remulcens
Subiecit * pauitantem vtero, siluásque petiuit.
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentúsque fuga, mediis se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus adcostas alto stat vulnere mucro.
Labitur exsanguis: labuntur frigida letho
Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic exspirans Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur, fida ante alias quæ sola * Camillæ,
Quî cum partiri curas, atque hæc ita fatur:
Hactenus Acca soror potuî: nunc victus acerbum
Confixit, & tenebris nigrescunt omnia circùm:
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer:
Succedat pugnæ, Troianósque arceat vrbe:
Iámque vale. simul his dictis linquebat habenas
Ad terram non sponte fluens: tum frigida toto
Paullatim exsolvit se corpore, lentaq; colla,
Et captum letho posuit caput, arma relinquens:
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub Vmbras.
Tum verò immensus surgens ferit aurea * clamor
Sidera: deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm,

Homerus in Iliad. 17.

pro, ipse pauicans.

subaudi, consueuerat.

Troianorum, præ lætitia scilicet, ob Camillam occisam.

Tyrrhe-

Tyrrhenique duces, Euandriq; Arcades alæ.
At Triuiæ custos iam dudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectátque interrita pugnas:
Vtq; procul medio iuuenum in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam,
Ingemuitq;, dedítq; has imo pectore voces:
Heu nimiùm virgo, nimiùm crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello:
Nec tibi deserta in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras:
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte, neque hoc sine nomine letum
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicumque tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet merita. fuit ingens * monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacáque ilice tectum.
Hoc Dea se primùm rapido pulcerrima nisu
Sistit, & Arruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem,
Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum,
Huc perituræ veni, capias vt digna Camillæ
Præmia. * túne etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Depromsit pharetra, cornúque insensa tetendit,
Et duxit longe, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret equis,
Læua aciem ferri dextra, neruóque papillam.
Extemplò teli stridorem, aurásque sonantes
Audiit vnà Aruns, hæsitq; in corpore ferrum.
Illum exspirantem socij, atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt:

aut enim sub montibus, aut in domibus veteres sepeliebantur.

dolet eum morris genere nobilitari.

Hom. Il. 40. 10.

Hom. Il. 3.

Opis

Opis ad æthérium pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camillæ:
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas:
Disiectiq; duces, desolatiq; manipli
Homerus in Iliad. 237. * *Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.*
Nec quisquã instantes Teucros, lethúmque ferentes
Sustentare valet telis, aut sistere contrà:
solutos. *Sed * laxos referunt humeris languentibus arcus:*
Quadripedúmq; putrem cursu quatit vngula cãpum.
paullo pòst dicet, Fumantes pulucre campos. *Volvitur ad muros * caligine turbidus atra*
Puluis, & è speculis percussæ pectora matres
Femineum clamorem ad cæli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi irruperè patentes,
Hos inimica super misto premit agmine turba;
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
Mœnibus in patriis, atque inter tuta domorum
Homerus in Iliad. 231. *Confixi exspirant animas. pars claudere portas;*
Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oritúrque miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Excluſi ante oculos, lacrymantúmque ora parentum
Homerus in Iliad. 130. * *Pars in præcipites fossas, vrgente ruina,*
Voluitur: immisso pars cæca, & concita frenis
id est, more arietis, bellici instrumenti, irruit in portas. * *Arietat in portas, & duros obuice postes.*
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Monstrat amor verus patriæ) vt vidêre Camillam,
Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro,
Stipitibus ferrum, sudibúsque imitantur obustis
Præcipites, primæq; morì pro mœnibus audent.
Interea Turnum in siluis sæuissimus implet
Nuntius, & iuueni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,

Ingruere

Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum iam ad mœnia ferri.
Ille furens (& sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campúmque tenebat,
*Cùm pater Aeneas saltus ingressus * apertos,* sine insidiis, quas ante exposuerat Turnus.
Exsuperatq; iugum, siluáque euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi, totóque feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Aeneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiáq; agmina vidit,
*Et * sæuum Aenean agnouit Turnus in armis,* fortè, vt lib. x. sæuus Hector. Hom. Il. 78.
Aduentúmque pedum, flatúsque audiuit equorum:
Continuò pugnas ineant, & prœlia tentent;
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctémque die labente reducat.
*Considunt castris ante vrbem, & mœnia * vallant.* & qui tuetur, & qui obsident.

P. VIRGILII MARONIS ÆNEIDOS LIB. XII.

ARGVMENTVM.

Turnus singulari cum Ænea certamine dimicare contendit. Æneas non recusat: sollemnique virimque sacramento fœdus sancitur, quod à Rutulis rumpitur. Venus gnato sagitta vulnerato dictamno medetur. Postremò Turnus ad monomachiam coactus, ab Ænea spoliatur.

*TVRNVS vt * infractos aduerso Marte Latinos* numquã antea victos.
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis: vltrò implacabilis ardet,
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo, gaudétque comantes

venatoris, quia latrones vocabantur milites conducti: & venatores ipsi quoque suas operas locabant.

Excutiens ceruice toros, fixúmque latronis*
Impauida frangit telum, & fremit ore cruento.
Haud secus ascenso gliscit violentia Turno.
Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno: nihil est quòd dicta retractent
Ignaui Æneadæ, nec, quæ pepigere, recusent:
Congredior: fer sacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam
Desertorem Asiæ (sedeant, specténtque Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.
Olli sedato respondit corde Latinus:
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exsuperas, tanto me impensius æquum est
Consulere, atq; omneis metuentem expendere casus.*

casus nominat, ne de eius virtute dubitare videatur.

Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu, nec nõ aurúmq; animúsque Latino est.
Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus indecores: sine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri:
Me gnatam nulli veterum sociare procorum
Fas erat, idq; omnes diuíque, hominésque canebant.

quia Venilia, Turni mater, Amatæ soror, vxoris Latini.

Victus amore tui, cognato sanguine victus,*
Coniugis, & mæstæ lacrymis, vincla omnia rupi:
Promissam eripui genero; arma impia sumsi.
Ex illo qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella, vides, quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna, vix vrbe tuemur
Spes Italas: recalent nostra Tiberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent.
Quò referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si, Turno exstincto, socios sum accire paratus;

Hom. II. 49.

Cur

Cur non incolumi potiùs certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
Italia? ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim, gnatam, & connubia nostra petentem?
*Respice res bello * varias, miserere parentis*
Longaeui, quem nunc maestum patria Ardea longè
Diuidit. Haud quaquam dictis violentia Turni
Flectitur, exsuperat magis, aegrescitque medendo.
*Vt primùm fari potuit, sic * institit ore:*
Quam pro me curam geris, hanc precor optime pro me
Deponas, lethúmque sinas pro laude pacisci.
Et nos tela, pater, ferrúmque haud debile dextra
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.
Longè illi dea mater erit, quae nube fugacem
*Feminea * tegat: & vanis sese occulat vmbris.*
At regina, noua pugnae conterrita sorte,
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat:
Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amata
Tangit honos animum (spes tu nunc vna senectae,
Tu requies miserae: decus, imperiúmque Latini
Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit.)
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
Qui te cumque manent isto certamine casus,
Et me Turne manent: simul haec inuisa relinquam
Lumina, nec generum Aeneam captiua videbo.
Accepit vocem lacrymis Lauinia matris,
Flagranteis perfusa genas: cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa: taleis virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, fugitq; in virgine vultus:

casus memorat, vt paullo antea, ne ignauiae videatur cum arguere.

* incipit

Homerus In Iliad. 46. 52.

vt in bello Troiano.

Hom. Il. 36.

Hom. Il. 40.

Ardet in arma magis, pauciq; affatur Amatam:
Homerus in Iliad. 36. 267. *Ne, quæso, ne me lacrymis, nève omine tanto*
Prosequere in duri certamina Martis euntem,
O mater: neque enim Turno mora libera mortis.
Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Hom. Il. 30. *Haud placitura refer. cùm primùm crastina cælo*
Puniceis innecta rotis Aurora rubebit, (scant,
Non Teucros agat in Rutulos: Teucrûm arma quie-
Et Rutulûm; nostro dirimatur sanguine bellum:
Illo quæratur coniux Lauinia campo.
Hæc vbi dicta dedit, rapidúsque in tecta recessit,
Poscit equos, gaudétque tuens ante ora frementeis:
Homerus in Iliad. III. *Pilumno quos ipsa * decus dedit Orithyia:*
ad decus: vt supra, Quos ipsa decus tibi dia Camilla Delegit. *Qui candore * niues anteirent, cursibus auras.*
Circumstant properi aurigæ, manibúsque lacessunt
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squalentem, albóque orichalco
ad habēdum, vt cōgruè possint inhærere. *Circumdat loricam humeris: simul aptat * habendo*
Ensemque, clypeúmque, & rubræ cornua cristæ:
Ensem quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat, & Stygia candentem tinxerat vnda.
Exin, quæ in mediis ingenti adnixa columnæ
Ædibus astabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Aruncì spolium, quassátque trementem
Vociferans: Nunc, ô numquam frustrata vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,
pro, lacerata euellere. *Loricamq; manu valida * lacerare reuolsam*
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crineis
Vibratos calido ferro, myrrhaq; madenteis.
His agitur Furiis, totóque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt: oculis micat acribus ignis.

Mugitus

Mugitus veluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat;
Arboris obnixus trunco, ventósque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
*Nec minùs interea maternis * sæuus in armis* — fortis, vt alibi.
Æneas acuit Martem, & se suscitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum socios, mœstúmq; metum solatur Iuli, — Hom. Il. 4.
Fata docens, regiq; iubet responsa Latino
Certa referre viros, & pacis dicere leges.
Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cùm primùm alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucémque elatis naribus efflant:
Campum ad certamen magna sub mœnibus vrbis — locus Homeri Il. 3. de Menelai & Paridis pugna.
Dimensi, Rutulíq; viri, Teucríq; parabant:
*In medióque focos, & * dis communibus aras* — Marti, Bellonæ, Victoriæ, qui in bellis vtrique parti fauere possunt.
Gramineas; alij fontémque, ignémque ferebant
Velati lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Ausonidûm, pilatáque plenis
Agmina se fundunt portis: hinc Troius omnis,
Tyrrhenúsque ruit variis exercitus armis;
Haud secus instructi ferro, quàm si aspera Martis
Pugna vocet: nec non mediis in millibus ipsi
Ductores auro volitant, ostróque decori,
Et genus Assaraci Mnestheùs, & fortis Asylas,
Et Messapus equûm domitor, Neptunia proles.
Vtq; dato signo spatia in sua quisque recessit,
Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant. — Hom. Il. 32.
Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum,
Inualidiq; senes, turreis, & tecta domorum
Obsedere; alij portis sublimibus adstant.
At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur,

(Tum neque nomẽ erat, neq; honos, aut gloria monti)
Prospiciens tumulo, campum spectabat, & amnis
Laurentum Troúmque acies, vrbémque Latini.
Extemplò Turni sic est affata sororem:
Iuturna fons est iuxta Numicũ fluuium saluberrimus. Diua deam, * stagnis quæ, fluminibusq; sonoris
Præsidet; hunc illi rex æthere altus honorem
Iupiter, erepta pro virginitate sacrauit:
Nympha decus fluuiorum, animo gratissima nostro,
Scis, vt te cunctis vnam, quotcumque Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum adscendêre cubile,
Prætulerim, cælóq; libens in parte locarim:
Disce tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.
Quà visa est fortuna pati, Parcæq; sinebant
Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia texi:
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis:
Parcarúmque dies, & vis inimica propinquat.
Non pugnam adspicere hanc oculis, nũ fœdera possum.
Tu pro germano: si quid præsentius audes,
fortè possit ordo fatorum mutari. Perge: decet: forsan miseros meliora * sequentur.
Vix ea, cùm lacrymas oculis Iuturna profudit,
Térque, quatérque manu pectus percussit honestum.
Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno:
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti:
Hom. Il. 39. Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus:
Auctor ego audendi. sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.
Hom. Il. 33. * Interea reges (ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cinxêre,
Solis aui specimen: bigis it Turnus albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro:
Hinc pater Æneas, Romanæ stirpis origo,

Sidereo

Sidereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,
Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ)
Procedunt castris, puraque in veste sacerdos
*Setigeræ fetum * suis, intonsámque bidentem*
Attulit, admouitq; pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentem conuersi lumina Solem
** Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro*
Summa notant pecudum, pateriq; altaria libant.
** Tum pius Æneas stricto sic ense precatur:*
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iam diua precor, tuq; inclyte Mauors,
*Cuncta tuo qui bella pater sub numine * torques:*
Fonteisq;, fluuiósque voco, quæq; ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt numina Ponto:
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem:
Cedet Iulus agris: nec post arma vlla rebelles
Æneadæ referent, ferróve hæc regna lacessent.
*Sin nostrum annuerit nobis victoria * Martem,*
(Vt potiùs reor, & potiùs di numine firment)
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æternâ in fœdera mittunt.
Sacra, deósquo dabo: socer arma Latinus habeto,
Imperium sollemne socer: mihi mœnia Teucri
Constituent, vrbiq; dabit Lauinia nomen.
Sic prior Æneas: sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens cælum, tenditque ad sidera dextram:
Hæc eadem, Aeneà, terram, mare, sidera, iuro,
*Latonæq; genus duplex, * Ianúmque bifrontem,*

more Romano: vt, Cæsa iungebãt fœdera porca.

Hom. Il. 34.

Hom. Il. 34.

regis.

pro, si Mars annuerit victoriam.

qui faciendis fœderibus præest.

Vimque deûm infernam, & duri sacraria Ditis:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediósque igneis, & numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quò res cumque cadent: nec me vis vlla volentem
Auertet, non si tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens, cælúmve in Tartara soluat:
Hom.II.7. ** Vt sceptrum hoc (dextra sceptrum nã fortè gerebat)*
Numquam fronde leui fundet virgulta, nec vmbras,
Cùm semel in siluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitq́; comas, & brachia ferro,
orichalco, splendorem auri possidente. *Olim arbos, nunc artificis manus ære * decoro*
Inclusit, patribúsque dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant fœdera dictis
Conspectu in medio procerum: tum ritè sacratas
In flamam iugulant pecudes, & viscera viuis
Eripiunt, cumulántque oneratis lancibus aras.
At verò Rutulis impar ea pugna videri
Iam dudum, & vario misceri pectora motu.
diligentius. *Tum magis, vt * propius cernunt non viribus æquis,*
Adiuuat incessu tacito progressus, & aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus,
Tabentésque genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem simul ac Iuturna soror crebescere vidit
Sermonem, & vulgi variare labantia corda:
Hom.II.39. ** In medias acies, formam assimulata Camerti,*
Cui genus à proauis ingens, clarúmque paternæ
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis,
In medias dat sese acies, haud nescia rerum,
Rumorésque serit varios, ac talia fatur:
Non pudet ô Rutuli cunctis pro talibus vnam
Hom.II.16. *Obiectare animam? * numeróne, an viribus æqui*

Non

Non sumus? ex omnes & Troës, & Arcades hoc sunt,
Fataliq; manus, infensa Etruria Turno:
Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris,
*Succedet fama, * viuúsque per ora feretur:* tamquam de viuo omnes loquentur.
Nos, patria amissa, dominis parêre superbis
Cogemur, qui nunc lenti consedimus aruis.
Talibus incensa est iuuenum sententia dictis,
Iam magis, atq; magis, serpit q; per agmina murmur.
Ipsi Laurentes mutati, ipsiq; Latini, Hom. Il. 31.
Qui sibi iam requiem pugna, rebúsque salutem
Sperabant, nunc arma volunt, fœdúsque precantur
Infectum, & Turni sortem miserantur iniquam.
** His aliud maius Iuturna adiungit, & alto* Homerus in Iliad. 132.
*Dat signum cælo; quo non * præsentius vllum* *al. præsantius sed Seruius legit, præsentius, &, opinor, rectè.
Turbauit mentes Italas, monstróque fefellit.
Namque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra
Litoreas agitabat aues, turbámque sonantem
Agminis aligeri, subitò cùm lapsus ad vndas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexere animos Itali, cunctæq; volucres
** Conuertunt clamore fugam, mirabile visu,* redeunt cum clamore.
Ætheráque obscurant pennis, hostémque per auras
Facta nube premunt, donec vi victus, & ipso
Pondere defecit, prædámque ex vnguibus ales
Proiecit fluuio, penitúsque in nubila fugit.
*Tum verò augurium Rutuli clamore * salutant,* venerantur.
Expediúntque manus: primúsque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpè petiui.
Accipio, agnoscóque deos: me, me duce ferrum
Corripite ô Rutuli, quos improbus aduena bello
Territat, inualidas vt aues, & litora vestra

Vt populat: petet ille fugam, penitusq; profundo
Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas,
Et regem vobis pugna defendite raptum.
Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens: sonitum dat stridula cornus, & auras
incuitabilis. * *Certa secat: simul hoc, simul ingens clamor, & omnes*
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Hasta volans, vt fortè nouem pulcerrima fratrum
Corpora constiterant contrà, quos fida Metabi
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gylippo:
figuratè, pro vnus. *Horum * vnum ad medium, teritur quà sutilis aluo*
Balteus, & laterum iunctura fibula mordet,
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Transadigit costas, fuluaque extendit arena.
At fratres animosa phalanx, accensaque luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
Corripiunt, cacique ruunt: quos agmina contra
more vndæ fluunt. *Procurrunt Laurentum: hinc densi rursus * inundant*
Troës, Agyllinique, & pictis Arcades armis.
Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.
Diripuere aras: it toto turbida cælo
Tempestas telorum, ast ferreus ingruit imber:
Craterasque, focosque ferunt. fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infectos fœdere diuos.
id est, equos. *Infrenant alij * currus, aut corpora saltu*
Subiiciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
diadema. *Messapus regem, regique * insigne gerentem*
Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus,
Aduerso præterret equo: ruit ille recedens,
Et miser oppositis à tergo inuoluitur armis
In caput, inq; humeros: at feruidus aduolat hasta
Messapus, teloque grauem multa trabali

Desuper altus equo grauiter ferit, atque ita fatur:
Hoc * habet, hac melior magnis data victima diuis. id est, letbali percussus est vulnere. Terent. Captus est, habet.
Concurrunt Itali, spoliántque calentia membra.
Obuius ambustum torrem Chorineus ab ara
Corripit, & venienti Ebùso, plagámque ferenti
Occupat os flamis: illi ingens barba reluxit,
Nidorémque ambusta dedit. super ipse secutus
Cæsariem læua turbati corripit hostis,
Impressóque genu nitens, terræ applicat ipsum:
Sic rigido latus ense ferit. Podaleirius Alsum
Pastorem, primáque acie per tela ruentem
* Ense sequens nudo superimminet: ille securi Homerus in Iliad. 147.
Aduersi frontem mediam, mentúmque reducta
Diuidit, & sparso latè rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem. Homerus in Iliad. 146.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
* Nudato capite, atque suos clamore vocabat. vt posset agnosci.
Quò ruitis? quæ've ista repens discordia surgit?
O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges: mihi ius concurrere soli:
Me sinite, atque auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi * sacra. quasi à Turno violata.
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est:
Incertum quæ pulsa manu, quo turbine adacta,
Quis tantam Rutulis laudem casúsve, deúsve
Attulerit: pressa est insignis gloria facti:
Nec se se Aeneæ iactauit vulnere quisquam.
Turnus vt Aeneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatósque duces, subità spe feruidus ardet:
Poscit equos, atque arma simul, saltúque superbus

Emicat

regit. alibi, parat.
*Emicat in currum, & manibus * molitur habenas.*
Homerus in Iliad. 227.
** Multa virûm volitans dat fortia corpora letho:*
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Hom. Il. 77.
** Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri*
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes
Bella mouens emittit equos: illi æquore aperto
Hom. Il. 27. Hom. Il. 45.
*Ante Notos, Zephyrúmq; volãt: * gemit vltima pulsu*
Thraca pedum, circúmque atræ formidinis ora
Iræq́;, insidiæq́; dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
pro, miserabiliter.
*Fumantes sudore quatit, * miserabile, cæsis*
Hostibus insultans: spargit rapida vngula rores
Sanguineos, mistáque cruor calcatur arena.
Iámque neci Sthenelúmque dedit, Thamyrimque, Pholúmque,
Hunc congressus, & hunc; illum eminus: eminus ambo
Imbrasidas, Glaucum, atq; Laden, quos Imbrasus ipse
Hom. Il. 57.
** Nutrierat Lycia, paribusq́; onerauerat armis,*
Vel conferre manum, vel equo præuertere ventos.
Homerus in Iliad. 109.
Parte alia media Eumedes in prælia fertur,
Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auum referens, animo manibusq́; parentem;
Homerus in Iliad. 111.
Qui quondam, castra vt Danaûm speculator adiret,
Ausus Peleidæ pretium sibi poscere curru:
Illum Tydeides alio pro talibus ausis
id est, pœna.
*Affecit * pretio: nec equis adspirat Achillis.*
Hunc procul vt campo Turnus conspexit aperto,
Antè leui iaculo longum per inane secutus,
Hom. Il. 30.
Sistit equos biiuges, & curru desilit, atque
Semianimi, lapsóque superuenit, & pede collo
Impresso, dextra mucronem exterquet, & alto

Fulgentem

Fulgentem tingit iugulo; atque hæc insuper addit:
En agros, &, quam bello Troiane petisti,
Hesperiam metire iacens: hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt: sic mœnia condunt.
Huic comitem Asbuten coniecta cuspide mittit:
Chloreáque, Sybarimq́, Daretáq́, Thersilochúmque,
*Et * sternacis equi lapsum ceruice Thymœten.* ferocis, qui facilè sternit sedentem.
Ac velut Edonî Boreæ, cùm spiritus alto
Insonat Ægæo, sequitúrque ad litora fluctus,
Quà venti incubuere, fugam dant nubila cælo:
Sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt,
Conuersæq́ ruunt acies: fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantem Phegeùs, animusq́ frementem:
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra detorsit equorum.
Dum trahitur, pendétque iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitq́ infixa bilicem
*Loricam, & summum * degustat vulnere corpus.* leuiter tangit.
Ille tamen, clypeo obiecto, conuersus in hostem
Ibat; & auxilium ducto mucrone petebat:
*Quem rota præcipitem, & * procursu concitus axis* impetu.
Impulit, effuditque solo: Turnúsque secutus
Imam inter galeam, summi thoracis & oras,
Abstulit ense caput, truncúmque reliquit arena.
Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Æneam Mnestheùs, & fidus Achates,
Ascaniusq́ comes castris statuêre cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.
** Sæuit, & infracta luctatur arundine telum* quia non potest in pugnā procedere.
Eripere, auxilióque viam, quæ proxima, poscit:
Ense secent lato vulnus, teliq́ latebram

Rescindant

Reſcindant penitùs, ſeſéque in bella remittant.
Iámque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapyx
Hom. Il. 28. *Iaſides: * acri quondam cui captus amore*
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo
Augurium citharámque dabat, celeresq; ſagittas.
Ille, vt depoſiti proferret fata parentis,
Hom. Il. 41. ** Scire poteſtates herbarum, vſúmque medendi*
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens, ingentem nixus in haſtam
Æneas; magno iuuenum, & mœrentis Iuli
Concurſu, lacrymiſq; immobilis. ille retorto
medicinales: à Pæone deorum medico. ** Pæonium in mortem ſenior ſuccinctus amictu,*
Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis
Nequiquam trepidat, nequiquam ſpicula dextra
Sollicitat, prenſatque tenaci forcipe ferrum.
Hom. Il. 41. *Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo*
Subuenit, & ſæuus campis magis, ac magis horror
Crebeſcit, propiúſque malum eſt. iam puluere cælum
Hom. Il. 14. *Stare vident; ſubeunt equites, & ſpicula caſtris*
Denſa cadunt mediis: it triſtis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro ſub Marte cadentum.
qui natus erat ex vulnere non digne illato. *Hæc Venus indigno nati concuſſa * dolore,*
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo. non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo volucres hæſere ſagittæ.
à parte totum corpus intelligendum. *Hoc Venus obſcuro * faciem circumdata nimbo*
Detulit, hoc ſuſcum labris ſplendentibus amnem
Inſicit, occultè medicans, ſpargitq; ſalubres
Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam.
Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapyx
Homerus in Iliad. 182. *Ignorans, ſubitóque omnis de corpore fugit*

Quippe

Quippe dolor: omnis stetit imo volnere sanguis:
Iamque secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atque noua rediere in pristina vires.
Arma citi properate viro, quid statis? Iapis
Conclamat, primúsque animos accendit in hosteis.
Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt; neque te Aenea mea dextera seruat:
Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.* Apollo, inuentor medicinæ.
Ille auidus pugnæ, suras inclusérat auro
Hinc atque hinc, oditq; moras, hastámque coruscat.
Postquàm habilis lateri clypeus, loricáque tergo est;
Ascanium fusis circum complectitur armis,
** Summáque per galeam delibans oscula, fatur:* Hom. Il. 72.
DISCE* puer virtutem ex me, verúmque laborem, Sophocles in Aiace, vbi Aiax filium alloquitur, & in Oedipo tyranno, in extremo.
Fortunam ex aliis, nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox, cùm matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.
Hæc vbi dicta dedit, portis sese extulit ingens
Telum immane manu quatiens: simul agmine denso
Antæus, Mnestheúsque ruunt; omnisq; relictis
Turba fluit castris: tum cæco puluere campus
Miscetur, pulsúque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso venientem aggere Turnus,
Vidêre Ausonij, gelidúsque per ima cucurrit
Ossa tremor, prima ante omneis Iuturna Latinos
Audiit, agnouitq; sonum, & tremefacta refugit.
Ille volat, campóque atrum rapit agmen aperto.* pulueris nube coopertum.
** Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus* Hom. Il. 42.
It mare per medium; miseris, heu, præscia longè
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas

Arboribus,

cuertet.

*Arboribus, ſtragémque ſatis, * ruet omnia latè:*
Antè volant, ſonitumq́ ferunt ad litora venti.
Talis in aduerſos ductor Rhœteius hoſtes
Hom. Il. 56. *Agmen agit: denſi cuneis ſe quiſque coactis*
Agglomerant. ferit enſe grauem Thymbraea Oſirim,
Archetium Mneſtheùs, Epulonem obtruncat Achates,
Vfentémque Gyas: cadit ipſe Tolumnius augur,
Homerus in Iliad. 182. *Primus in auerſos telum qui torſerat hoſtes.*
Tollitur in cælum clamor, verſiq́ vicisſim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neque aduerſos dignatur ſternere morti,
Nec pede congreſſos æquo, nec tela ferentes
Homerus in Iliad. 185. *Inſequitur: * ſolum denſa in caligine Turnum*
Hom. Il. 37. ** Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.*
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago
Hom. Il. 62. ** Aurigam Turni media inter lora Methyſcum*
Excutit, & longè lapſum temone relinquit.
Ipſa ſubit, manibusq́ vndanteis flectit habenas,
Cunctaq́ gerēs, vocémq́, & corpus, & arma Methyſci.
Nigra velut magnas domini cùm diuitis ades
Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo,
Pabula parua legens, nidiq́ loquacibus eſcas,
magnis: vt, Vacua atria luſtrat Saucius. *Et nunc porticibus * vacuis, nunc humida circum*
Stagna ſonat ſimilis medios Iuturna per hoſteis
Fertur equis, rapidóque volans obit omnia curru:
Iámque heic germanũ, iámq́ heic oſtendit ouantem:
ab ea parte qua veniebat Æneas. *Nec conferre manum patitur: volat *auia longè.*
Haud minùs Æneas tortos legit obuius orbeis,
Veſtigátque virum, & diſiecta per agmina longè
Voce vocat. quoties oculos coniecit in hoſtem,
Alipedúmque fugam curſu tentauit equorum,
Auerſos toties curru Iuturna retorſit.

Heu,

Heu, quid agat? vario nequiquam fluctuat æstu:
Diuersæq; vocant animum in contraria curæ.
*Huic Messapus, vti * læua duo fortè gerebat* Hom. Il. 29.
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
*Substitit Æneas, & se * collegit in arma,* texit, vt omnino feriri nõ posset.
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summásque excußit vertice cristas.
Tum verò assurgunt iræ, insidiisq; subactus,
Diuersos vbi sensit equos, currúmque referri,
Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
*Terribilis, sæuam * nullo discrimine cædem* obtrũcat vniuersos æquè, nemini parcit.
Suscitat, irarúmque omneis effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine cædes
Diuersas, obitúmque ducum, quos æquore toto
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros,
Expediat? tantón' placuit concurrere motu
Iupiter æterna genteis in pace futuras?
Æneas Rutulum Sucronem (ea prima ruenteis
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus,
Excipit in latus, &, quà fata celerrima, crudum
Transadigit costas, & crates pectoris ensem.
** Turnus equo deiectũ Amycum, fratrémque Diorem* Hom. Il. 50.
Congressus pedes: hunc, venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit; currúque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanaimq; neci, fortémque Cethegum,
*Treis vno congressu, & * mæstum mittit Onyten,* natura tristẽ. & seuerum.
Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequiquam bella Menœten

Arcada: piſcoſa cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, paupérque domus; nec nota potentum
Munera, conductáque pater tellure ſerebat.
Homerus in Iliad.115. * *Ac velut immiſſi diuerſis partibus ignes*
Arentem in ſiluam, & virgulta ſonantia lauro:
Hom.Il.15. *Aut vbi decurſu rapido de montibus altis*
Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currunt,
Quiſque ſuum populatus iter: non ſegniùs ambo
Homerus in Iliad.115. *Aeneas Turnúſque ruunt per prœlia: nunc, nunc*
Fluctuat ira intus: rumpuntur neſcia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.
Murranum hic, atauos, & auorum antiqua ſonantem
Nomina, per regéſque actum genus omne Latinos,
Præcipitem ſcopulo, atque ingenti turbine ſaxi
Excutit, effunditq; ſolo. hunc lora, & iuga ſubter
Prouoluêre rotæ: crebro ſuper vngula pulſu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Ilo, animiſq; immanè frementi
Homerus in Iliad.226. *Occurrit, telúmque artata ad tempora torquet:*
Olli per galeam fixo ſtetit haſta cerebro.
Dextera nec tua te Graiûm fortiſſime Cretheû
Eripuit Turno: nec dî texêre Cupentum,
Aenea veniente, ſui: dedit obuia ferro
Pectora: nec miſero clypei mora profuit æreî.
Te quoque Laurentes viderunt Aeole campi
Oppetere, & latè terram conſternere tergo:
Homerus in Iliad.226. *Occidis, Arginæ quem non potuere phalanges*
Sternere, nec Priami regnorum euerſor Achilles.
Heic tibi mortis erant metæ: domus alta ſub Ida,
Lyrneſi domus alta, ſolo Laurente ſepulcrum.
Totæ adeò conuerſæ acies, omnéſque Latini,
Omnes Dardanidæ: Mneſtheùs, acérque Sereſtus,

Et

Et Messapus equûm domitor, & fortis Asylas,
Tuscorúmque phalanx, Euandriq; Arcadu alæ,
Pro se quisque viri, summa nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies: vasto certamine tendunt.
Heic mentem Aeneæ genitrix pulcerrima misit,
Iret vt ad muros, vrbiq; aduerteret agmen
Ocyùs, & subita turbaret clade Latinos.
Ille, vt vestigans diuersa per agmina Turnum,
Huc atque huc * acies circumtulit, adspicit vrbem oculorum.
Immunem tanti belli, atque impunè quietam.
Continùo pugna accendit maioris imago:
Mnestheu, Sergestúmque vocat, fortémque Serestum,
Ductores, tumultúmque capit: quò cetera Teucrûm
Concurrit legio: nec scuta, aut spicula densi
Deponunt: celso medius stans aggere fatur:
* Ne qua meis esto dictis mora: Iupiter hâc stat: Hom. Il. 16.
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior isto.
Vrbem hodie, * causſam belli, regna ipsa Latini, ob Lauiniam, Latini filiam.
Ni frenum accipere, & victi parêre fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet exspectem, libeat dum prœlia Turno
Nostra pati, rursúsque velit concurrere victus?
Hoc caput ô ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces properè, fœdúsque reposcite * flamm. id est, flammas fœderis innouemus vrbis incêdio. nam, reposcite, est, reuocate, vt ait Seruius.
Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densæque ad muros mole feruntur.
Scala improuisò, subitúsque apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas, primósque trucidant:
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Æneas magnáque incusat voce Latinum,
Testatúrque deos * se inuitum ad prœlia cogi: *al. iterum se ad pr. cogi:

Bis iam Italos hosteis, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciueis:
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
*Dardanidis, ipsumq́; * trahunt in mœnia regem.*
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas vt cùm latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumóque impleuit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisq́; acuunt stridoribus iras.
*Voluitur * ater odor tectis: tum murmure cæco*
Intus saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis:
Quæ totam luctu concussit funditus vrbem.
Regina vt tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignesq́; ad tecta volare;
Nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Exstinctum, & subito mentem turbata dolore,
Se caussam clamàt, criménque, caputq́; malorum:
Multáque per mæstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postquàm accepere Latinæ,
Filia prima manu flauos Lauinia crineis,
Et roseas laniata genas: tum cetera circùm
Turba furit: resonant latè plangoribus ædes.
*Hinc totam * infelix vulgatur fama per vrbem:*
Demittunt menteis. it scissa veste Latinus,
Coniugis attònitus fatis, vrbisq́; ruina,
Canitiem immundo perfusam puluere turpans:
Multáque se incusat, qui non acceperit antè
Dardanium Æneam, generumq́; adsciuerit vltrò.

pro, trahere volunt vt videat vrbis discrimen.

respexit ad colorē fumi. nam in odore color non est.

* Incendi

nuntiat enim res infelices.

Intereà

Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palanteis sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minùs atque minùs successu latus equorum.
Attulit hunc illis cæcis terroribus aura ex oppugnatione, & morte reginæ.
Commissum clamorem, arrectáque impulit aureis
Confusæ sonus vrbis, & illætabile murmur.
Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quisve ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
*Sic ait, adductiq; * amens subsistit habenis.* cõsilij egens.
Atque huic, in faciem soror vt conuersa Methysci
Aurigæ, currúmque, & equos, & lora regebat,
Talibus occurrit dictis: Hâc Turne sequamur
Troiugenas, quà prima viam victoria pandit:
Sunt alij, qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis, & prœlia miscet:
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris;
*Nec * numero inferior, pugnæ nec honore recedes:* exforum à te.
Turnus ad hæc:
O soror, & dudum agnoui, cùm prima per artem
Fœdera turbasti, téque hæc in bella dedisti:
Et nunc nequiquam fallis dea, sed quis Olympo Hom. Il. 21.
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri letbum vt crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ iam spondet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Murranum, quo non superat mihi carior alter, Homerus in Iliad. 20.
Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Vfens
Adspiceret: Teucri potiuntur corpore, & armis.
Exscindine domos (id rebus defuit vnum) Hom. Il. 55.
Perpetiar? dextrâ nec Dauos dicta refellam?
Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?

Hom.Il.52. VSQVEADEÓNE *mori miſerum eſt? vos ô mihi manes*
Eſte boni: quoniam ſuperis auerſa voluntas.
fugæ. *Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia* culpæ,*
Deſcẽdam, magnorũ haud vmquam indignus auorum.
Vix ea fatus erat; medios volat ecce per hoſteis 650
Vectus equo ſpumante Sages, aduerſa ſagittà
Saucius orá, ruitq́; implorans nomine Turnum:
Homerus in Iliad.123. * *Turne in te ſuprema ſalus, miſerere tuorum:*
Fulminat Æneas armis, ſummáſque minatur
Deiecturum arceis Italûm, excidióque daturum: 655
Iámque faces ad tecta volant: in te ora Latini,
dubitat. *In te oculos referunt: * muſſat rex ipſe Latinus,*
Quos generos vocet, aut quæ ſeſe ad fœdera flectat.
Præterea Regina, tui fidiſſima, dextra
Occidit ipſa ſua, lucémque exterrita fugit. 660
Soli pro portis Meſſapus & acer Atinas
Suſtentant aciem: circum hos vtrimque phalanges
Stant denſæ, ſtrictiſq́; ſeges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deſerto in gramine verſas.
multiplici nuntio. *Obſtupuit * varia confuſus imagine rerum* 665
Turnus, & obtutu tacito ſtetit: æſtuat ingens
Imo in corde pudor, miſtóque inſania luctu,
Et Furiis agitatus amor, & conſcia virtus.
mentis caligo. *Vt primùm diſcuſſæ * vmbræ, & lux reddita menti eſt,*
Ardentes oculorum orbes ad mœnia torſit 670
Turbidus, éque rotis magnam reſpexit ad vrbem.
Ecce autem flamis inter tabulata volutus
Ad cælum vndabat vortex, turrimq́; tenebat;
Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipſe,
quo poſſet ad ea loca trahi quibus inſtaret. *Subdiderátque * rotas, ponteisq́; inſtrauerat altos.* 675
Iam iam fata, ſoror, ſuperant, abſiſte morari:
Quò deus, & quò dura vocat fortuna, ſequamur.

Stat

Stat conferre manũ Æneæ: stat, quidquid acerbi est,
Morte pati: nec me indecorem germana videbis
Amplius: hunc, oro, sine me furere antè furorem.
Dixit, & è curru saltum dedit ocyùs armis: Hom. Il. 65.
Pérque hostes, per tela ruit, mœstámque sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice præceps Homerus in Iliad. 139.
Cùm ruit auulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut amnis soluit sublapsa vetustas,
*Fertur in abruptum magno * mons improbus actu,* pars montis.
Exsultátque solo, siluas, armenta, virósque
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic vrbis ruit ad muros, vbi plurima fuso Homerus in Iliad. 123.
Sanguine terra madet, stridéntque hastilibus aura:
Significátque manu, & magno simul incipit ore:
Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini: Homerus in Iliad. 30. 74.
Quæcumque est fortuna, mea est: me verius vnum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spatiúmque dedêre.
At pater Æneas, audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces,
Præcipitátque moras omneis: opera omnia rumpit,
Lætitia exsultans, horrendúmque intonat armis:
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis
Cùm fremit ilicibus quantus, gaudétque niuali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
Iam verò & Rutuli certatim, & Troës, & omnes
Conuertêre oculos Itali, quiq; alta tenebant Hom. Il. 74.
Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros:
Armáque deposuere humeris. stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
*Inter se coüsse viros, & * cernere ferro.* * al. *decernere*, sed antiquam

lectionem ait Seruius fuisse, cernere.

Atque illi, vt vacuo patuerunt æquore campi,
Procurſu rapido coniectis eminus haſtis,
Inuadunt Martem clypeis, atque ære ſonoro.
Dat gemitum tellus: tum crebros enſibus ictus

casus in Turno, virtus in Aenea.

*Congeminant. * ſors, & virtus miſcentur in vnum.*
Ac velut ingenti Syla, ſummóve Taburno,
Cùm duo conuerſis inimica in prœlia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri,
Stat pecus omne metu mutum, muſſántque iuuencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequantur:
Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent,
Cornuáque obnixi infigunt, & ſanguine largo
Colla armóſque lauant: gemitu nemus omne remugit.
Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet.

Homerus in Iliad. 242.

Iupiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet, & fata imponit diuerſa duorum,

liberet.

*Quem * damnet labor, & quò vergat pondere lethum.*
Emicat hic, impune putans, & corpore toto
Altè ſublatum conſurgit Turnus in enſem,
Et ferit. exclamant Troës, trepidique Latini,

Hom. Il. 35.

Arrectæque amborum acies. at perfidus enſis

Hom. Il. 62.

Frangitur, in medióque ardentem deſerit ictu,
Ni fuga ſubſidio ſubeat: fugit ocyor Euro,
Vt capulum ignotum, dextrámque adſpexit inermem.
Fama eſt, præcipitem, cùm prima in prœlia iunctos

nam Daunii fuerat gladius. lib. 9.

*Conſcendebat equos, * patrio mucrone relicto,*
Dum trepidat, ferrum auriga rapuiſſe Methyſci:
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit. poſtquàm arma dei ad Volcania ventum eſt,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Diſiluit: fulua reſplendent fragmina arena.

Ergo

Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus: Homerus in Iliad. 241.
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbeis.
Vndique enim densa Teucri inclusere corona:
Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
*Nec minùs Aeneas, quamquam, tardata * sagitta* vulnere ex sagitta illato.
Interdum genua impediunt, cursúmque recusant,
Insequitur, trepidique pedem pede feruidus vrget.
Inclusum veluti si quando in flumine nactus Homerus in Iliad. 88. 120.
Ceruum, aut puniceæ septum formidine pennæ.
Venator cursu canis, & latratibus instat:
*Ille autem insidiis, & ripa * territus alta,* quo modo insidiis ? quia videt instrumentum ad terrendas bestias factum.
Mille fugit refugitque vias: at viuidus Vmber
Hæret hians, iamiámque tenet, similíque tenenti
Increpuit malis, morsúque elusus inani est.
Tum verò exoritur clamor, ripæque, lacúsque
Responsant circà, & cælum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omneis,
Nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.
Aeneas mortem contrà, præsénsque minatur Homerus in Iliad. 244.
Exitium, si quisquam adeat; terrétque trementeis,
Excisurum vrbem minitans, & sæuius instat.
Quinque orbeis explent cursu, totidémque retexunt, Homerus in Iliad. 241.
Huc, illuc. nec enim leuia, aut ludicra petuntur
Præmia: sed Turni de vita, & sanguine certant.
*Fortè sacer * Fauno foliis oleaster amaris* * Fauni.
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti diuo, & votas suspendere vestes.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro vt possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneæ stabat: huc impetus illam Homerus in Iliad. 231.
Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat.

Incubuit, voluitq́ manu conuellere ferrum
Dardanides, telóque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. tum verò amens formidine Turnus,
Faune precor miserere, inquit; túque optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Hom. Il. 3. *Quos contra Aeneadæ bello fecere profanos.*
Dixit, opémque dei non cassa in vota vocauit.
Namque diu luctans, lentóque in stirpe moratus,
Viribus haud vllis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas. dum nititur acer, & instat,
Rursus in auriga faciem mutata Methysci
Procurrit, fratriq́ ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nympha indignata licere,
Homerus in Iliad. 243. *Accessit, telúmque alta ab radice reuellit.*
Olli sublimes armis, animiq́ refecti,
Hic gladio fidens, hic acer, & arduus hasta,
Insistunt contra certamina Martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis Olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem:
Quæ iam finis erit coniux? quid denique restat?
Indigetem Aeneam scis ipsa, & scire fateris,
Deberi cælo, fatisq́ ad sidera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus hæres?
subaudi, futurum. *Mortalin' decuit violari vulnere* diuum?
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, & vim crescere victis?
Desine iam tandem, precibúsque inflectere nostris:
Homerus in Iliad. 265. *Nec te tantus edat tacitam dolor: & mihi cura*
Sæpè tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est. terris agitare, vel vndis
quasi dicat, iam non potes: vincunt enim fata. *Troianos* potuisti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miscere Hymenæos:

Viterius

Vlterius tentare veto. Sic Iupiter orsus,
Sic dea submisso contrà Saturnia vultu:
Ista quidem quia nota mihi tua magne voluntas
Iupiter, & Turnum, & terras iuuita reliqui.
Nec tu me aëria solam nunc sede videres
Digna, indigna pati; sed flamis cincta sub ipsa
Starem acie, traherémq; inimica in prœlia Teucros.
Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri
Suasi, & pro vita maiora audere probaui,
Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum:
Adiuro Stygij caput implacabile fontis: Homerus in Il. 156.161.
Vna superstitio superis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem, pugnásque exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
*Pro Latio obtestor, pro maiestate * tuorum:* respexit ad Saturnū, qui in Italia quādoque regnauerat.
Cùm iam connubiis pacem felicibus, esto,
Component, cùm iam leges & fœdera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrósque vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestem.
Sit Latium: sint Albani per sæcula reges:
Sit Romana potens Itala virtute propago:
Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum, rerúmque repertor:
Es germana Iouis, Saturniq; altera proles:
Irarum tantos voluis sub pectore fluctus.
Verùm agè, & inceptum frustra submitte furorem.
Do quod vis, & me victúsque, volénsque remitto.
Sermonem Ausonij patrium, morésque tenebunt:
Vtq; est, nomen erit: commisti corpore tantùm
Subsident Teucri: morem, ritusq; sacrorum quasi latebūt.
Adiiciam, faciámque omneis vno ore Latinos.

Hinc

Hinc genus, Ausonio mixtum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos aequè celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mentem lætata retorsit.
Interea excedit cælo, nubémque reliquit.
His actis, aliud genitor secum ipse volutat,
Iuturnámque parat fratris dimittere ab armis.
Homerus in Iliad. 193. *Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ*
Quas & tartaream Nox intempesta Megæram
Vno eodémque tulit partu, paribúsque reuinxit
Serpentum spiris, ventosásque addidit alas.
Hæ Iouis ad solium, sæuique in limine regis
præsto sunt ad obsequiũ. vnde apparitores dicti. *Apparent, acuúntque metum mortalibus ægris,*
Si quando lethum horrificum, morbósque deûm rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.
* demisit *Harum vnam celerem * demisit ab æthere summo*
Iupiter, inq; omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa volat, celeríq; ad terram turbine fertur.
Non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni,
Parthus, siue Cydon, telum immedicabile torsit,
Stridens, & celeres incognita transilit vmbras.
Talis se sata Nocte tulit, terrásque petiuit.
Postquàm acies videt Iliacas, atque agmina Turni;
noctux. nam bubo maior est. *Alitis in * paruæ subitò collecta figuram,*
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serùm canit importuna per vmbras:
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fértque refértque sonans, clypeúmque euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor,
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
At, procul vt Diræ stridorem agnouit, & alas,

Infelix

Infelix trineis scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis:
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? talin' possum me opponere monstro?
Iam iam linquo acies: ne me terrete timentem
Obscenæ * volucres, alarum verbera nosco, inuidiosè dixit: nam vnà erit.
Lethalémque sonum: nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis, hæc pro virginitate reponit?
Quò vitam dedit æternam? cur mortis ademta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nunc certè, & misero fratri comes ire per vmbras.
Immortalis ego? aut quidquam mihi dulce meorum
Te sine frater erit? ô quæ satis ima dehiscat Hom. Il. 41.
Terra mihi, manesq; deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco contexit amictu, Hom. Il. 164.
Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.
Æneas instat contrà, telúmque coruscat
Ingens arboreum, & sæuo sic pectore fatur:
* Quæ nunc deinde mora est? aut quid iam Turne Hom. Il. 243.
retractas?
Non cursu, sæuis certandum est cominus armis.
Verte omnem te te in facies, & * contrahe quidquid collige.
Siue animis, siue arte vales: optâ arripe pennis
Astra sequi, clausúmque cana te condere terra.
Ille caput quassans, Non me tua feruida terrent
Dicta ferox: di me terrent, & Iupiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens, Hom. Il. 235.
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat Iliad. 224.
Limes agro positus, litem vt discerneret arui. Iliad. 236.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent, Iliad. 53.
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Ille

Ille manu raptum trepida torquebat in hostem,
Altior insurgens, & cursu concitus heros.
Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollentémve manu, saxumq; immane mouentem:
Genua labant: gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri, vacuum per inane volutus,
Nec spatium euasit totum, nec pertulit ictum.
Homerus in Iliad. 242. *Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit*
Nocte quies, nequiquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus; non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur:
Sic Turno, quacumque viam virtute petiuit,
Successum dea dira negat. tum pectore sensus
Vertuntur varij. Rutulos adspectat, & vrbem,
Cunctaturq; metu, telúmque instare tremiscit.
Homerus in Iliad. 244. *Nec quò se eripiat, nec qua vi tendat in hostem,*
Nec curtus vsquam videt, aurigámque sororem.
Homerus in Iliad. 244. *Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,*
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet. murali concita numquam
pro tonitru, sine quo nunquam est fulmen. *Tormento sic saxa fremunt, nec * fulmine tanti*
Dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orásque recludit
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur. incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusq; remugit
Mons circùm, & vocem latè nemora alta remittunt.
Ille humilis, supplexque oculos, dextrámq; precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit:
interfice hostem. *Vtere sorte tua. miseri te si qua parentis*

Tangere

Tangere cura potest, oro: fuit & tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senectæ:
Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis. vicisti, & victum tendere palmas
*Ausonij vidêre. * tua est Lauinia coniux:* certaminis causa.
Vlteriùs ne tende odijs. Stetit acer in armis
Aeneas voluens oculos, dextrámque repressit.
Et iam iámque magis cunctantem flectere sermo
*Cœperat, * infelix humero cùm apparuit alto* quia mortem attulit Turno.
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atque humeris inimicum insigne gerebat.
Ille, oculis postquàm sæui monumenta doloris,
*Exuuiásque * hausit, furijs accensus, & ira* vidit: vt lib. 4. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto.
Terribilis: Túne hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus; ast illi solluntur frigore membra,
Vitáque cum gemitu fugit indignata sub vmbras. Homerus in Il. 226. 245.

FINIS.

occasionis
causis.

quis virorum
notabilis fue-
rit.

vitia, virtutes,
laudis, hono-
ramen ignem
crudelis ab
alio.

Homeris in
Il. scholis.

IN OMNIA
P. VIRGILII MARONIS
OPERA,
RERVM AC VERBORVM
LOCVPLETISSIMVS INDEX.

Cuius priore numero liber, posteriore versus significatur.

A.

AAS 10.AEN.170
Abella opidum 7.AEN.740
Abellæ populi ibid.
Abies 2.G.68.
Acanthis, quæ carduelis à carduo dicitur 3.G.338.
Acanthus, quæ Pharmacopœis Branca dicitur 3.Ecl.45.2.G. 119.4.G 123.
Acca Camillæ comes 11.AE.820
Acerræ ciuitas 2.G.225
Acestes rex. 5.AE.36
Acheron 2.G.492.5.AE.99.6. AE.107.& 295.7.AE.91.&.312 & 569.11.AE.23.
Achates AEneæ comes 1.AE.192
Achæmenides vnus sociorũ Vlyssis, 3.AE.6.14.
Acherontis cymba 6.AE.303
Achilles Lariſſæus 2.AE.197. Priami regnorum euersor. 12. AE.545.
Aclides tela 7.AE.730
Acmon Lyrneſſius 10.AE.128.
Acœtes Euãdri armiger 11.AE.30
Acragas mõs & ciuitas 4.AE.703
Actiaci ludi 3.AE.280.
Actæa insula Circes 3.AE.385
Adoleſcentes in bonum aſſueſcendi 3.G.162.
AEgeon Gigas centimanus, 10. AE.565
AEgle Naias 6.Ec.20
AEgyptus 4.G.291
AEnus mons Laconiæ 2.G.448
AEolia 1.AE.55
AEolus ventorum rex 1.AE.56
AEneadũ vrbs in Thracia 3.AE.18
AEneæ virtus 6.AE.403.10.AE. 311.& 584. clypeus 8.AE.447 conſtantia 4.AE.438. æquitas, 1.AE.548.& 5.AE.347. religio, 7.AE.135. pietas in patrem, 2.AE.707. pietas & induſtria erga ſuos, 1.AE.184 vrbs ædificata 3.AE.17.&.132 arma fabricata à Cyclopibus, 8.AE.445. ad Euandrum profectio & oratio, 8.AE.115.& 126. monomachia cum Achille, 5.AE.807. cum Turno, 12. AE.710. ab inimico laus, 11. AE.282.
AEneas redire ad ârma prohibitus ab vxore, 2.AE.674. in Helenam commotus, 2.AE.667. Hectori cõparatur, 11.AE.288. patri viſa narrat, 3.AE.179. Creuſam amiſſam requirit, 2. AE.738. claſſem reparat, 4.AE. 396. inconſpicuus redditur, 1.AE.415. iuſſa parentis exſequitur, 5.AE.749. Didoni profectionem fatetur, 4.AE.360. recedit à Didone, 4.AE.554. redit in Siciliam, 5.AE.32. ab Heleno conſilium petit, 3.AE.359. Ilium ædificandum deſignat, 5. AE.755. Cumas delatus, 6.AE. 3. Sibyllam accedit, 6.AE.10. Infernum ingreditur, 6.AE.55. Italiam venit, 7.AE.112. Pallantem mortuum alloquitur, 11.AE.41. vulneratur, 12.AE. 318. curatur à Venere, 12.AE. 411. Latinorum vrbem oppugnat, 12.AE.574. Apollini collatus, 4.AE.143. ad Apollinem, 3.AE.85. ad oratores Latinorũ, 11.AE.108. ad Turnum, 12.AE.889. eiuſdem ſanguinis cum Euandro, 8.AE.142. ad Andromachen & Helenum,

3.AE.379. Indiges à Ioue vocatus, 12.AE.794.
AEneas Siluius 6.AE.769
AEquicola 7.AE.746
AEsculapius Phœbigena 7.AE.773
AEtna Trinacria dicta 3.AE.582
AEtnæ descriptio, 3.AE.571.
deque ea variæ poëtarum opiniones, ibid.
AEthon equus 11.AE.89
Afer 3.G.344
Afflictorum cõsolatio, 1.AE.202. & 5.AE.709. & 6.AE.95.
Aganippe 10.Ec.12
Agathyrsi ficti 4.AE.146
Agenoris vrbs 1.AE.342
Agragas: mons & ciuitas 4.AE.703
Agricultura negligi tempore belli, 2.G.505
Agricolturæ laus 2.G.490
Agricolarum studia per hiemem, ludi, 2.G.523
Agrippa 8.AE.682
Agrorum pestes 1.G.181
Agyllina ciuitas 8.AE.479
Alacis Oilei interitus 1.AE.35
Alæsus Agamemnonius, 7.AE.724 eiusdem virtus & interitus, 10.AE.411
Alba, & eius origo 3.AE.392
Albanus mons 12.AE.134
Alcides 6.AE.801
Alcyones, 1.G.338. Thetidi dilectæ, 1.G.399 serenitatis nuntiæ, ibid.
Alecto Furia, 7.AE.35. Amatam furore corripit, ibid. in Calybem se transformat, 7.AE.419 Turnum accedit, ibidem
Allia fluuius vbi Galli Romanos vicerunt, 7.AE.717.
Almus vbi nascitur 2.G.110
Aloidæ Gigantes 6.AE.582
Alpina vrbs 10.AE.179
Alsi hæus amnis 3.AE.694
Alucaria quomodo facienda, & eorum castratio, 4.G.228
Amantium incõstantia, 10.Ec.44
Amasenus fluuius Campaniæ, 7.AE.683
Amastrus Hippotades 11.AE.673
Amata furiis correpta, 7.AE.346 Turno pacẽ dissuadet, 12.AE.54 laqueo vitam finit, 12.AE.603
Ambarualia sacra 1.G.345
Ambrachiæ ludi celebrantur, 3.AE.280
Amellum flos 4.G.271
Amicitiæ typus Euryalus & Nisus, 9.AE.427
Amiternæ 7.AE.710
Ammonis templum in Lydia, 4.AE.198
Amor ex visu 8.Ec.41
Amor amantem cruciat, 2.Ec.68 & 4.AE.1
Amor noxius est, 8.Ec.47
Amor moderatus 2.Ec.68
Amor vincit omnia, 10.Ec.69
Amoris ortus, 8.Ec.43. sedes oculi, vis in Didone, 1.AE.720. & 4.AE.3. Amoris impatientis exemplum, 2.AE.403
Amor negligentes reddit 4.AE.85
Amore pereuntes vti sint apud inferos, 6.AE.440
Amphrysius, pastor Apollinis, 3.G.2. & fluuij Thessaliæ nomen, 6.AE.399
Amphrysia vates ibidem
Amphion, poëta 2.Ec.24
Amsancti vallis descriptio, 7.AE.567
Amyclæ, opidũ Laconiæ, 3.G.89
Amyclas silentium perdidit, 10.AE.564
Amyclæus canis 3.G.345
Anna Didoni nuptias suadet, 4.AE.30 ad AEneam mittitur 4.AE.424
Anagnia 7.AE.684
Anchemoli incestus cũ nouerca, 10.AE.389
Anchisæ mortis contemtus, 2.AE.634
Anchisæ statura, 8.AE.162. obtutus apud Drepanum, 3.AE.709. superstitiosa petitio, 2.AE.690. sacrorum curam cur ei assignauerit præcipuam Virgil. 3.AE.525. & 2.AE.717. stantis in puppi votum, ibid.
Anchises propter concubitũ Veneris fulmine tactus est, 2.AE.648. ex incendio liberatur, 2.AE.705. AEneæ in somnis apparet, 5.AE.722 apud inferos alloquitur AEneam filium, 6.AE.687. oraculum Phœbi falsò interpretatur, 3.AE.103.
Ancile 7.AE.188. & 8.AE.664
Ancus Martius, quartus Romanorum rex, Numæ ex filio nepos, 6.AE.815
Androgei cædes 2.AE.370
Andromache Hectoris vxor, 3.AE.309

Andromа-

Andromache Aeneam excipit, 3. AE. 345
Andromaches munera. 3. AE. 482
Andromache barbarorũ morem, in cremandis cadaueribus obseruat, 3. AE. 302.
Angitia, 7. AE. 759.
Anguis cæleste signum 1. G. 105
Anien fluuius, 4. G. 369. & 7. AE. 683
Anij regis & sacerdotis hospitalitas & amicitia, 3. AE. 80
Anima diuina 6. AE. 730
Anima corpore vt carcere premitur, 6. AE. 732.
Animarum ad superos reditus in alia atq. alia corpora. 6. AE. 713.
Animal pingue caret pilis, 3. G. 385
Animalium pestis 3. G. 440
Animus plebis in tyrannum, 1. AE. 365
Animi maligni signa 2. AE. 671
Antandrus 3. AE. 6
Antemnæ turrigeræ 7. AE. 631
Antenor Patauinæ vrbis cõditor, 1. AE. 246.
Antenoridæ tres, scilicet Archilochus, Acomas, Polychaon, 6. AE. 484
Anteus 1. AE. 185. & 514
Antonij contra Augustum Cæsarẽ pugna naualis apud Actium, 8. AE. 675.
Antonio deuicto Augustus Cæsar Actiacos ludos ad Actium in Apollinis honorem instituit, 3. AE. 278
Anton, eiusque cædes. 10. AE. 779
Antrum Cyclopis 3. AE. 617
Sibyllæ, 6. AE. 42.
Anubis contra Neptunum, Venerem atq. Minerua 8. AE. 699
Annus, & eius partes, 2. G. 320
Anxurus 10. AE. 545
Apenninus mons 12. AE. 703
Apes quomodo à frigore æstúque muniendæ. 4. G. 33. quomodo domi detinendæ ne auolent, 4. G. 106. collatæ Cyclopibus, 4. G. 170. ab Aristæo recuperatæ, 4. G. 281.
Apibus amor habendi innatus, 4. G. 177. amica, aduersa, 4. G. 45. cibatur Iupiter infans, 4. G. 149. Apum ortus, 4. G. 200. ætas, 4. G. 184. disciplina, 4. G. 184. duo genera, 4. G. 92. reges, 4. G. 210. generatio in putrido iuuenco, 4. G. 308. opera, 4. G. 53. pugna & discordia, 4. G. 67. industria, 4. G. 51. morbi & remedia, 4. G. 251. examen in lauro Laurenti, 7. AE. 64. ira, 4. G. 336. fortitudo, 4. G. 167. amor erga fetus, 4. G. 55. natura, 4. G. 58.
Aphidnus 9. AE. 702
Apiarij locus 4. G. 8
Apollo Thymbræus, 4. G. 323. agrestis carminis amator, 6. Ec. 70. crinitus, 9. AE. 636. in Buten, 9. AE. 647.
Apollini sagitta & arcus attribuitur, 9. AE. 660
Aquarius 3. G. 304
Aqua altior terra 3. AE. 522
Aquatilia pestẽ corripiuntur. 3. G. 541
Aquila armiger Iouis 5. AE. 255
Aquilo & eius impetus 3. G. 196
Aranea Mineruæ inuisa 4. G. 246
Araxes fluuius 8. AE. 728
Arbores non vbique crescere, 2. G. 109
Arboris eiusdem varij fructus, 2. G. 85
Arborum genera, singularumque variæ species, & varia procreatio, 2. G. 83. transfatio, insitio, inoculatio, 2. G. 73.
Arbutus 2. G. 69
Arcades cantandi periti 10. Ec. 31
Arcadum rex Euander 8. AE. 102
Archippus rex 7. AE. 753
Arcturi sidera 1. G. 204
Arctos 1. G. 138
Ardea ciuitas Rutulorum in Latio, 7. AE. 631
Ardea colonia Mycenorum, 7. AE. 410
Ardea ædificata à Danaë ibidem
Arar fluuius Galliæ 1. Ec. 63
Aræ in mari saxa 1. AE. 114
Arethusa nympha, 4. G. 344. fluuius, 4. G. 351
Argileti nemus 8. AE. 345
Argyripa vrbs 11. AE. 246
Ardor iuuenilis 8. AE. 163
Argus virginis custos 7. AE. 792
Aries qualis deligendus 3. G. 387
Arion inter delphinas 8. Ec. 56
Aristæus Apollinis filius ad matrem Cyrenem, 4. G. 321. in ædes maternas excipitur, 4. G. 362.
Aricia Hippolyti mater 7. AE. 762

Arpivrbs 11. AE. 428
Arunci 7. AE. 207
Aruns Camillę occisor 11. AE. 759
Aruns ab Ope necatus 11. AE. 896
Ascanius, qui & Iulus 1. AE. 271
Ascanij fatum, ibid. flamma caput circumdatũ, 2. AE. 682. dignitas, 3. AE. 484. iaculandi peritia, & virtus, 7. AE. 497.
Ascanius fluuius 3. G. 270
Aſcræus Heſiodus 6. Ec. 70
Aſilus 3. G. 147
Aſius Imbraſides 10. AE. 123
Aſtrologia ruſtico neceſſaria, 1. G. 204
Aſtrologiæ vſus 3. AE. 515
Aſtyanax Hectoris filius, 3. AE. 489
Aſylas dux Troiamus, 12. AE. 127 auſpex, 10. AE. 175.
Aſylum 8. AE. 342
Atheſis fluuius 9. AE. 680
Athos mons in Epiro 1. G. 332
Atina potens ciuitas 7. AE. 630
Atlas cælifer, 4. AE. 247. & 481. & 6. AE. 796
Atis, inde Atij genus 5. AE. 568
Auaritia 3. AE. 56
Audétes fortuna inuat 10. AE. 284
Auentinus Herculis filius, 7. AE. 657
Auernus lacus 4. G. 493
Aues peſti obnoxiæ 3. G. 546
Augurĳ, 6. AE 201. & 12. AE. 394
Auguſtus Cæſar, 6. AE. 792. eius geſta & triumphi præcipui, 8. AE. 678
Auiarium 2. G. 430
Auium poſt pluuiam concentus, 1. G. 422
Auleſtes Tyrrhenus 12. AE. 290
Aurea fœcula, 1. G. 125. 2. G. 538. & 8. AE. 319. & 324.
Aurem vellere 6. Ec. 3
Auroræ deſcriptio 3. AE. 588
Aurunci 7. AE. 727. 10. AE. 353
Auſonij 2. G. 385
Auſter ventus 5. Ec. 82
Automedon Achillis armiger, 2. AE. 477

B.

BACCA inter vniones gemma nobiliſſima 1. AE. 659
Bacchus amat colles 2. G. 113
Bacchanalia ſetta cur nephas vocat, 7. AE. 385
Bactra 2. G. 138
Baiæ locus Campaniæ voluptuoſiſſimus, 9. AE. 710
Balſama 2. G. 119
Balteus Pallantis Turno mortis cauſa 12. AE. 945
Barce Sichæi nutrix 4. AE. 632
Bauius poëta 3. Ec. 80
Batulus 7. AE. 739
Beati pauci 6. AE. 129
Belides 2. AE. 82
Belli portæ 7. AE. 607
Belli indicendi mos ibidem
Belli amor creuit maximè, 1. G. 505
Belli euentus varius 10. AE. 159
Bello nulla ſalus 11. AE. 362
Belli tempore agriculturam negligi, 1. G. 505
Bello pereuntium apud inferos locus, 6. AE. 478
Bellona 8. AE. 703
Belus 1. AE. 734
Benacus lacus 2. G. 160
Berecyntiæ ad Iouem pro ratibus Aeneæ oratio, 9. AE. 82.
Bianoris ſepulcrum 9. Ec. 60
Bithias, 9. AE. 672. ſternitur, 9. AE. 703
Bithiæ & Pandari hiſtoria ibid.
Biſaltæ populus Macedoniæ, 3. G. 461
Blatta lucifuga 4. G. 243
Boues qui optimi 3. G. 75
Brontes vnus Cyclopũ, 8. AE. 425
Briareüs centũgeminus, 6. AE. 287
Britanni orbe diuiſi 1. Ec. 67
Brutus vltor 6. AE. 818
Bubo lethalis duis 4. AE. 462
Buſo 1. G. 184
Buthrotum vrbs 3. AE. 293
Buſiridis aræ 2. G. 5
Buten 11. AE. 690
Buxus 2. G. 434

C.

CACI fabula 8. AE. 193
Cacus interficitur 8. AE. 259
Cadauerum cõbuſtio, 11. AE. 203 cremandorum ritus, 6. AE. 212. natura, 9. AE. 332
Caduceĭ deſcriptio 4. AE. 242
Cæculus Prænęſte fundator, 7. AE. 678. & 10. AE. 544
Cædicus 10. AE. 747
Cæneus à Turno occiditur, 10. AE. 573. Ex iuuene in feminam, 6. AE. 448
Cæſaris imperium 2. G. 170
Cæſaris de Antonio triumphus, 8. AE. 714.

Cæsus certamen 5.AE.365
Caicus fluuius 4.G.370
Caieta Aeneæ nutrix portus 7.AE.7 ibidem
Calchas vates 2.AE.100
Cales 7.AE.728
Calybe anus Iunonis 7.AE.419
Calydona Diomedis vxor, 11.AE. 270
Calydon 7.AE.306
Camertes 10.AE.562
Camerina palus & vrbs 3.AE.701
Camilla Amazon, 11.AE.648. studia, 8.AE.803. & 11.AE.575. virtus, 11.AE.499. ortus, 11.AE. 340. curâ Diana amata. 11.AE. 537. interitus, 11. AE.540.
Camillus 6.AE.825
Camilli 2.G.169
Campaniæ vrbes 7.AE.695
Canes Taygeti, 3.G.44. alendi à rustico, 3.G.404
Canis cæleste signum, 1.G.218. æstifer, 2.G.353
Canopus vrbs Aegypti ab Alexandro Pellæo condita, 4.G.287.
Canum cura 3.G.404
Capeni luci 7.AE.697
Caper sacer Baccho 2.G.395
Caphareus vltor Troian. 11.AE. 260
Capitolium 8.AE.347
Caprarum cura, cõmoditas, vsus, & pastus, 3.G.300
Capreæ pro capræ perectasin, 2. G.374
Capua Campaniæ metropolis, 2. G.224
Capys Albæ rex, 6.AE.768. Campaniæ vrbis auctor, 10.AE.145.
Cares populi 8.AE.725
Carex herba palustris 3.G.230
Carmenta vates 8.AE.336
Carmentalis porta Romæ, 8.AE. 338
Carpathiũ mare inter Aegyptum & Rhodon, 5.AE.595.
Carthaginis origo, 1.AE.345. extructio, 1.AE.427.
Carthago Tyriorum colonia, 1. AE.345. Iunoni grata, 1.AE.19. Romanis exosa, 1.AE.17.
Caseus 1.Ec.35
Casia, 2.Ec.49. & 2.G. 213. & 4. G.304
Casmilla Camillæ mater, 11. AE. 543
Casperia 7.AE.714
Cassandra vates, 2.AE.346. rapta, 2.AE.404
Cassandræ vaticinium 3.AE.183
Cassaneæ 2.G.15
Castra, vrbesque Romanorum, 6. AE.775. lapidibus defensa, 10. AE.130
Catilina 8.AE.668
Catillus 7.AE.672
Cato 6.AE.841. & 8.AE.670
Causas rerum qui nouit, felix est, 2.G.490
Caÿster fluuius 1.G.384
Cea 1.G.14
Celæna 7.AE.739
Celæno, 3.AE.245. eiusdem vaticinium dirum, ibid.
Centaurea graueolentia 4.AE.270
Centaurorum apud inferos locus, 6.AE.286
Centauri à Lapithis victi 2.G.456
Centaurus nauis 5.AE.157
Cerasus 2.G.18
Ceraunia 3.AE.506
Cerberus 4.G.483
Herculi raptus, 6.AE.395. eiusdem descriptio, 6.AE.497
Ceres colenda rusticis 1.G.339 agriculturam docuit 1.G.147
Ceruus belli caussa inter Tyrrhenos & Troianos, 7.AE.483
Ceruos iaculatur Aeneas, 1.AE. 192
Cerynthe herba 4.G.63
Cetra scutum Hispanicũ, 7.AE.737
Chaonia vnde, 3.AE.334. Heleno cessit ibidem
Chaonius portus 3.AE.293
Chaos 6.AE.265
Charontis inferni portitoris descriptio, 4.G.502. & 6.AE.298.
Charybdis monstrum 3.AE.420. nauigatio. 3.AE.555.
Cheiron Philyræ & Saturni filius, 3.G.550.
Chelydri anguis descriptio, 3.G. 425
Chelæ 1.G.33
Chimæra, 6.AE.288. & 7.AE.785. nauis, 5.AE.223
Chloreus Cybeles sacerdos, 11. AE.768
Chorœbus Cassandræ sponsus, 2. AE.341. eius inconsultum consilium & interitus, 2.AE.386.
Chorineus, 6.AE.228. sternitur, 9.AE.572
Chromis 6.Ec.13. & 11,AE.675
Cicada 3.G.328
Cicones populi ad Hebrum fluuium

tium, 4.G.520
Cinna poëta 9.Ec.35
Circe Solis filia, 8.Ec.70. eius fabula, 7.AE.10.
Cisseis, id est, Hecubæ somnium, 7.AE.320
Cisseus Gigas 5.AE.537
Citheron 3.G.42
Ciues deducticij 2.G.385
Clanius fluuius, non æquus Acerris, 2.G.225
Clarius Apollo 3.AE.360
Clarus 10.AE.126
Claudius à quo Claudia gens & tribus, 7.AE.708. & 10.AE.345
Cleopatræ fuga 8.AE.707
Cleio vna Musarum 4.G.341
Clitumnus 2.G.146
Cloanthus, 5.AE.122. & 152. & 225
Cloelia 8.AE.651
Clonius occiditur à Turno, 9.AE. 574
Colonus insignis cælator, 10.AE. 499
Clymene nympha 4.G.345
Clypei AEneæ rubor & artificiosa sculptura, 8.AE.625
Cnossis vrbs Cretæ 3.AE.115
Cocles Rom. 8.AE.650
Cocytus fluuius 3.G.38
Codrus, 5.Ec.11. pastor, 7.Ec.26
Cœus Gigas Terræ filius, 1.G. 279. & 4.AE.179
Columba in aëre transiecta sagitta, 5.AE.487
Columbæ Veneri dicatæ AEneæ ad aureum ramum duces, 6.AE. 190
Communia fuisse omnia 1.G.125
Conscientia metaphoricè, 6.AE. 597
Conuiuij prolixi mos 1.AE.727
Cometa 10.AE.272
Conon 3.Ec.40
Coniugalis amoris exemplum, 2. AE.745
Constantem virum blanda non mouent 3.G.520
Coras 7.AE.672. & 11.AE.465
Cornix tempestatis nuntia, 1.G.388
Cornus bona bello 2.G.447
Corinthus 6.AE.836
Corui tempestatis nuntij & serenitatis 1.G.410
Coritus, 3.AE.170. & 7.AE.209. & 9.AE.10. & 10.AE.719
Corulus, 5.Ec.3. & 21. & 7.Ec.63 & 2.G.65. & 299
Corydon 2.Ec.1
Cosa ciuitas 10.AE.168
Cossus 6.AE.841
Cremona ciuitas Italiæ 9.Ec.28
Crepusculum 4.AE.580
Creta 3.AE.129
Cretes 4.AE.146
Creteus poëta Musis amicus, 9. AE.774. occisus, 12.AE.538.
Creusa amissa, eiusq. simulacrum AEneæ visum, 2.AE.737. & 772
Crinisus fluuius Aceslis regis pater, 5.AE.38
Crocus rubens 4.G.182
Crustumeri 7.AE.631
Cumas delatus Aeneas 6.AE.2
Cumæa Sibylla 6.AE.98
Cupauo vrbs 10.AE.188
Cupidinis origo, potentia, 1.AE. 660. in Ascanium, 1.AE.694
Cupressus mortis symbolum, 3. AE.64
Curetibus custoditus Iup. infans, 4.G.150
Currus iuuentus ab Erichthon. 3. G.113. habenas non audit, 1.G.514
Cursus certamen 5.AE.290
Cybele, 3.AE.111. 10.AE.220. 11.AE.768
Cyclades 3.AE.137
Cyclopum labores, 8.AE.424. statura violentiaque, 3.AE.641
Cycni & Phaëthontis fabula, 10. AE.185
Cycnus dux, ibid. auis, 7.AE.699
Cyllarus equus 3.G.90
Cyminus 7.AE.697
Cymodocea nympha 10.AE.225
Cymodoce nympha, 4.G.338. & 5.AE.826
Cymothoë nympha 1.AE.148
Cynthius Troiæ auctor 3.G.36
Cyparissus Idæus 2.G.84
Cyrene nympha 4.G.321. & 375
Cyprus opima 1.AE.625
Cytheron 4.G.43. & 4.AE.303
insula Veneri sacra, 10.AE.50
Cythisus 2.G.431. & 3.G.394
Cytorus mons 2.G.437

D.

DAAE 3.AE.728
Dacus 2.G.497
Dædali fabula 6.AE.14
Damæ tanibus venandi 3.G.410
Damon & eius querela 8.Ec.16
Danaides maritos iugulârunt, 10. AE.497

Danaë, Ardeæ vrbis ædificatrix 7.AE.410
Daphnidis mors & epitaphium, 5.Ec.20
Dardanus Latinus 7.AE.207
Ilij auctor, 8.AE.334. ex Corintho in Phrygiam profectus, 7.AE.209
Dares cõtra Entellum, 5.AE.417
eiusdẽ stolida ferocia 5.AE.369
Decij 6.AE.824
Defrutum quid 4.G.269
Deiopeia nympha 1.AE.76
Deiphobe Phœbi Triuiáque sacerdos, 6.AE.30
Deiphobus maritus Helenæ post obitum Paridis, 6.AE.529
Deiphobi & AEneæ apud inferos colloquium, 6.AE.500
Deli descriptio 3.AE.73
Delos, 3.G.6. immota, 3.AE.75
Demophoon, 11.AE.675
Deorum iuramentum, 9.AE.104
auxilium, 2.AE.591. & 12.AE. 415. negatum auxilium, 12. AE.800. concilium, 10 AE.2.
Desiderantis animi descriptio, 2. AE.281.
Deus omnium auctor & principium, 3.Ec.56. & 4.G.221.& 6.AE.724. gubernat omnia, 3.Ec.35. honorandus est, 1. G.338. cor hominum mutat, 1.AE.306. timendus, 1.AE.546
Dianæ forma, 1.AE.502. tergeminæ virginis ora, 4.AE.511.
Dictamnus herba 12.AE.412
Dido regis officium exsequitur, 1.AE.508. eius humanitas, 1. AE.565. hospitalitas, 1. AE. 631. insanus amor, 4.AE.68. & 300. formam comparatione explicat Virg. 1.AE.500. coniugium cum AEnea, 4.AE.165. oratio ad Aeneam ne se deseret, 4.AE.314. imprecatio in Aeneam, 4.AE.608. animus amore fluctuans, 4.AE. 86. cõuentus cum Aenea apud inferos, 6. AE.450. Dianæ collata, 1. AE.502.
Dici ortus descriptio, 2.AE.801. & 3. AE. 588. & 520.& 4. AE. 129.& 12.AE.77.
Dierum discrimina 1.G.208
Diomedeæ aues 11.AE.272
Diomedes, 11.AE.243. Venerem vulnerat, 11. AE. 277. eius equi, 1.AE.756
Diores Troianus 5.AE.345
Dioxippus occidituꝛ à Turno, 9. AE.574
Diræ, 12. AE. 845. ad Iouis solium perpetuò duæ, ibidem ex nocte, ibidem
Discordia, 1. Ec.71. eius sedes apud inferos, 6.AE.280
Diuitum studia 2.G.504
Dolon 12.AE 547
Dolones 7.AE.664
Dolopes populi Thessaliæ, qui cum Pyrrho Troiam venerunt, 2.AE.7.& 785
Dona inimicorum suspecta & inauspicata, 2.AE.49
Donysa insula 3.AE.125
Doryclius Ismarius 5.AE.620
Doto Nereia 9.AE.102
Drances, 11.AE.122. melior lingua quàm dextra, 11.AE.338.
Drepanum 3.AE 707
Dryades nymphæ siluarũ, 3.G.40
Dryopes, 10.AE.346. populi in Epiro, 4.AE.146
Drusi 6.AE.824
Ducis officium 6.AE.852
Duces qui ad Thebas occubuere, 6.AE.480
Ducum AEneę catalogus, 10.AE. 166. Turni, 7.AE.647
Dulichium Vlyssis insula, 3.AE. 271
Dymas 2.AE.340. & 428

E.

EBENVM Indicum 2.G.116
Ebrietatis mala, 2.G.455. 9.AE.316
Ebusus, 12.AE.299. occupatur, ibid.
Echo 5.AE.149
Eclipsis 2.G.478
Ederæ nigræ, 2.G.258. pallentes, 4.G.124
Egeria nympha 7.AE.775
Electra Atlantis filia 8.AE.136
Eleusina 1.G.163
Elis vrbs 3.Ae.694. & 6.Ae.588
Eloquentiæ fructus 1.Ae.156
Elorus fluuius 3.Ae.698
Elysij campi 6.Ae.577.& 744
Emathia, seu Philippici campi, 1.G.492
Enceladus Gigas 3.Ae.578
Enipeus Thessaliæ fluuius, 4.G. 368
Enthusiasmi descriptio 6.Ae.43

Entelli & Daretis certamen, 5. Ae.435. modestia obseruanda, 5.Ae.395
Epeus equi Troiani fabricator, 2. Ae.264.
Epirum adnauigat Aeneas, 3.Ae. 292
Ephyre 4.G.343
Ephyreum æs 2.G.464
Epidaurus domitrix equorum, 3. G.44
Epulo obtruncatur ab Achate, 2.Ae.459
Epytides, 5.Ae.547.& 5,Ae.579
Equestre certamen puerorum, 5. Ae.345
Equæ Zephyro grauidæ 3.G.275
Equi caput inuentum vbi Carthago, 1.Ae.448
Equitandi auctores Lapithæ,2.G. 115
Equorum partus,3.G.73. forma & indoles,3.G.71. vsus,3.G. 160. educatio & libido, ibid. morbus, 3.G. 498. cura,3.G. 73. omen,3.Ae.537.
Equos à Venere arcedos,3.G.209
Equus admissarius, 3.G. 95. ligneus, 2. Ae.15.
Erato Musa 7.Ae.37
Erebus 4.Ae.110. & 6.Ae.671
Erebi filij 6.Ae.276
Eridanus fluuius, 1.G.482.& 4.G. 372
Erigone 1.G.33
Erichthonius currus inuentor, 3. G.113.
Erinnys vnde dicta, 2.Ae.337
Eriphyle mater 6.Ae.445
Erymanthum nemus 5.Ae.448
Eryx 1.Ae.574. & 5. Ae.420.& 483
Etruriæ Incrementum 2.Ae.534
Euadne 6.Ae.447
Euander Rom. conditor arcis, 8. Ae. 313. contra Latinum, 8. Ae.55. ad Aeneam 8.Ae.154. & 185.& 360. eius fortitudo, 8. Ae.363. affectus erga Pallantē,ibid. luctus ob Pallanta filium, 11.Ae.139.& 169.
Euantes Phrygius 10.Ae.702
Eumedus, 12.Ae.346. occisus à Turno, ibidem
Eunæus 11.Ae.660
Euphrates fluuius Armeniæ maioris, 1.G.509.& 8.Ae.726
Eurotas fluuius 1.Ae.502
Eurus 3.G.277
Euryali & Nisi historia, 9.Ae.176
generosi animi in Euryalo affectus,9.Ae.194. mutuus amor, 9.Ae. 182. capita hastis præfixa, 9.Ae.465. forma, 5.Ae. 343.& 4.Ae.180. in cursu victoria, 5. Ae. 310. erga matrem pietas,9.Ae.284. matris lamentatio ob interitum Euryali, 9.Ae.480.
Eurydices & Orphei fabula, 4.G. 487. icta & ab inferis reducta, 4.G.486
Eurypylus augur 2.Ae.114
Eurystheus durus 3.G.4
Eurytion sagittandi peritus,5.Ae. 514.540

F.

FAbaris Italiæ fluuius 7. Ae.715
Fabarum satio 1.G.215
Fabius Maximus 6.Ae.844
Fabricius paruo potens ibid.
Facere vitula, pro sacrificare, 3. Ec.67
Fadus ab Euryalo occiditur,9.Ae. 344
Falisci populi Campaniæ, 7.Ae. 695
Famæ descriptio,4.Ae.173. conscia 10.Ae.679. omnia deprauat & exaggerat,4.Ae.188.
Fames Troianorum obscena, 3. Ae.367.
Fatalis Aeneas 11.Ae.232
Fatum, 8.Ae.304.& 10. Ae.301. & 11.Ae.587
Fati necessitas,4.Ae.340.& 6.Ae. 376.
Fauni indigenæ 8.Ae.314
Fauni responsa 7 Ae.81.& 102
Febris indicium in ouibus, 3.G.440
Felix qui mortem contemnit, 2. G.490
Felli iracundiæ vim medici tribuunt. 8.Ae.220
Ferocientis pulcra descriptio, 2. Ae.469.& 10.Ae.453
Feronia dea nemoris & siluarum, 7.Ae.800
Ferreaprogenies 2.G.341
Ferocinæ acies 7.Ae.695
Fidenæ vrbs Latinorum 6.Ae.773
Fides nusquam 4.Ae.373
Finum inficiendum vitibus, 2.G. 346
Flaminæ augurium in vertice Laviniæ,7.Ae.73. Iuli 2.Ae.682

Flauinia arua 7.Ae.696
Fluuiorum variorum ortus, 4.G. 360
Fodiendum singulis mensibus, 2. G.354
Fœderum feriendorum ritus, 8. Ae.640
Fœdus violatum 12.Ae.495
Formica senectę metuens, 1.G.186
tempestatis nuntia, 1.G.380.
sedula ac prouida, 4.Ae.403
Fortitudo vera neque maledica neque minax, 10.Ae.585.
Fortuna 9.Ec.5
Fortunæ vis, 8.Ae.334.& 11.Ae. 427
Fortunatorum apud inferos locus, 6.Ae.639
Foruli 7.Ae.714
Forum insanum 2.G.502
Fratrum similitudo indiscreta, etiam parentibus 10.Ae.391
Fraxinus arboris genus 2.G.66
Frumentis quæ terra optima, & quomodo franpatur, 2.G.195
Fucus insecti genus, 4.G.168.& 244
Fucinus lacus 7.Ae.759
Fulgura cælo sereno 1.G.488
Fulgur à Venere 9.Ae.523
Fulmen omnium temporum ex humido & calido, 8.Ae.427.
Iouis proprium, ibid. vnde, ibid.
Funebris pompa, ludus, 11.Ae.72. & 184
Funerum expiandorum ritus, 11. Ae.185
Furia immittit curam 7.Ae.346
Furor arma ministrat, 1.Ae.154. &7.Ae.505.

G.

GABII Volscorum vrbs 6.Ae. 775
Gabinæ Iunonis arua 7.Ae.682
Galesus fluuius, 4. G. 126. est etiam cuiusdam Itali nomen. 7.Ae.535
Galli poetæ laus, 6.Ec.64. amor, 10.Ec.6
Galli 8.Ae.656
Gangaridæ populi iuxta Gangem fluuium 3.G.27
Ganges 2.G.137
Ganymedes raptus 1.Ae.32
Garganus 11.Ae.247
Gargara mons, ciuitas 1.G.103. &3.G.269
Garamantes extremi 8.Ec.44
Garamantis nympha, Iarbæ mater, 4.Ae.198
Gaza pro opibus, Persica vox, 1. Ae.123
Gela fluuius, ciuitas 3.Ae.700
Geloi campi ibidem
Geloni picti, 2.G.115. acres, 3. G.461. sagittiferi, 8.Ae.725
Genistæ lentæ 2.G.12
Genius quid 7.Ae.136
Geryon tergeminus 8.Ae.20
Gigantum apud inferos pœna 6. Ae.580
Gilippi Tyrrheni nouem filij, 12. Ae.272
Glaucus Troianus 6.Ae.36
Deus marinus, 1.G.457. eius chorus, 5.Ae. 823. ab equis laceratus, 3.G.267
Glebæ rastris frangendæ 1.G.94
Gloriæ affectatio 12.Ae.894
Gloriæ affectatæ exemplum, 10. Ae.445
Gorgones 6.Ae.289
Gorytus pharetra 10.Ae.169
Graeci 6.Ae.843
Græci dis adiuti in euertenda Troia, 2.Ae.602
Græcorum duces 2.Ae.260
Grandinis signa 1.G.444
Gratitudinis significatio, 1.Ae. 605.& 2.Ae.535.
Grauisca vrbs, 10.Ae.184
Grues tempestatis nuntiæ, 1.G.375
Strymoniæ 10.Ae.265
Grynæum nemus 6.Ec.72
Grynæus Apollo, 4.Ae.345
Gyarus insula 3.Ae.76
Gyas Troianus, 5.Ae.185.& 10.Ae.318

H.

HABITVS virilis 11.Ae.576
Hædorum dies seruandi, 1.G. 205
Hæmon Mauortius 9.Ae.685
Hamadryades nymphæ siluarum, 10.Ec.62
Harpalycus 11.Ae.675
Harpyiarum fabula, 3.Ae.211. apud inferos locus, 6.Ae.289
Hasta Aeneæ 12.Ae.772
Hebrus Dolicaonis proles, 10.Ae. 796. fluuius, 10.Ec.65.& 4. G.524
Hecate cælo Ereboque potens, 6. Ae.242. tergemina 4.Ae.511
Hectoris corpus patri venditur, 1.Ae.488
Hector Aeneæ in somnis apparet, 2.Ae.270

Hecuba mariti cõsilium improbat, 2.Ae.518. eiusdem ad aras fuga, 2.Ae.515. centum nurus, 2.Ae.500. somniũ, 10.Ae.704
Helena Ledæa, 7. Ae. 364. eiusdem in maritum Deiphobum perfidia, 5.Ae.523
Heleni hospitalitas & vaticinium, 3.Ae.345. munera, 3.Ae.464. idem vates & rex Chaoniæ, 3. Ae. 359.
Helenor seruç filius furtim ad bellum Troianum missus cæditur, 9.Ae.544
Herculis imperium, sacerdotes, 8. Ae.270. sacra, 8.Ae.102. labores, 6.Ae.802.
Hercules Cerberũ rapit, 6.Ae.395 Cacum interficit, 8.Ae.258
Herminius 11.Ae.642
Hermione Ledæa 3.Ae.328
Hermus fluuius auro turbidus, 2. G.137
Herylus tricorpor, 8.Ae.563. occisus ab Euandro ibid.
Hesione Priami soror 8.Ae.157
Hesperia Italia, 1.Ae.535.& 3.Ae.162
Hiera nympha siluestris, 9.Ae.673
Himella fluuius Italiæ, 7.Ae.714
Hippodame 3.G.7
Hippolyte Amazonum regina, 11. Ae.661
Hippolytus vitæ restitutus, 7.Ae. 765
Hippomanes virus 3.G.280
Hirundo garrula, 4. Ae. 307. tempestatis nuntia, 1.G.377
Hominum miseria, 3.G.66
Homolæ mõs Thessaliæ, 7.Ae.675
Honores non intermori, 5.Ec.76. & 1.Ae 611
Hortinæ classes 7.Ae.716
Horti commoda, 4.G.118
Hospitalitatis exemplum, 3.Ae.80 ius, 7.Ae.202. fractũ, 3.Ae.50
Hostiæ vitta circumdabantur, 8. Ec.64
Hostium contemtus malè cessit, 9. Ae.314
Hyacinthus ferrugineus, 4.Ae. 183
Hydaspes fluuius, 4.G.211.& 10.Ae.747
Hyades nautæ obseruãt, 3.Ae.516
Hydrus 2.G.141
Hylas 3.G.6
Hylax 8.Ec.107
Hylæus Centaurus, 2.G.357.& 8.Ae.294
Hypanis fluuius 4.G.370
Hypanis, 2.Ae.340.& 2.Ae.428
Hyperborei Triones 3.G.381
Hyrtacus Nisi pater 9.Ae.406

I.

IANICVLVM opidum à Iano conditum 8.Ae.355
Ianus bifrons, 12.Ae.198. Martis custos, 7.Ae.610
Iapetus Terræ filius 1.G.279
Iapis medicus 12.Ae.391
Iarbæ de repulsa Didonis querentis ad Iouem oratio, 4.Ae.205
Icarus Dædali filius 6.Ae.30
Ida mons Phrygiæ, 2.Ae.800. Cretæa, 12.Ae.412.
Idæus mons, Idæum nemus, 3 Ae. 105
Idalium Veneri sacrum 10.Ae.52
Idas 9.Ae.575
Idmon Turni nuntius 12.Ae.75
Idomeneus Lyctius Salentinos occupat, 3.Ae.401
Idumæa Syriæ pars 3.G.12
Ignis sacer, 3.G.557. æternus quo Vesta colebatur, 2.Ae.297. portentum regium, 2.Ae.682.
Ilia Romuli & Remi mater, 6.Ae. 778
Ilij auctor Dardanus 8.Ae.134
Ilione Priami filia 1.Ae.657
Ilioneus Troianorum orator ad Didonem, 1.Ae.525. ad Latinum, 7.Ae.112
Ilium in Italiam fertur 1.Ae.72
Ilua insula 10.Ae.172
Ilus, 1.Ae.272.6.Ae.650.10.Ae. 400.12.Ae.535
Impietatis & tyrannidis exemplum, 1.Ae.353.
Impietas hospitalitatis iura soluit, 3.Ae.50
Impossibile 1.Ec.60
Inachus fluuius 7.Ae.792
Inachia iuuenca 3.G.153
Indi, 2 G.138. imbelles, 2.G.172
Infantum locus apud inferos, 6. Ae.427
Inferni portæ, 6.Ae.560. viæ duç, 6.Ae.540. cuſtos, 6.Ae.417.
Inferis diis sacrificandi mos, 6.Ae. 242
Inferos qui accesserunt redieruntque ad superos, 6.Ae.119.
Inhumatos non vehi à Charonte, 6.Ae.325.& 374

Inimicorum dona suspecta & inausa, 2.Ae.36.
Instrumenta rustica quæ, 1.G.160
Insulæ sub imperio Vlyssis, 3.Ae. 273
Institionum discrimina, 2.G.50. descriptio ibid.
Intuba 4.Ae.120
Inui castrum 6.Ae.775
Inuidiæ vis, 1.Ae.347.
Iopas citharœdus 1.Ae.744
Ioui prædarum decimæ dabantur, 3.Ae.223
Ioue loquente silentiũ, 10.Ae.101
Iouis armiger, aquila 9.Ae.564
Iouis & Iunonis colloquium, 10. Ae.606
Ioues trecentos habuit vetustas, 4.Ae.510
Iphitus armis maximus 2.Ae.340
Ira indignationis consultrix, 7.Ae. 310. vitiat sanguinẽ, 7.Ae.45
Iræ definitio 9.Ae.60
Iracundiæ vis felli tribuitur, 8.Ae. 220
Irati natura 9.Ae.65
Iris, 10.Ae.38. Didoni vitam soluit, 4.Ae.695. in Beroën, 5.Ae.620. ad Turnum missa, 9.Ae.2.
Ismarus 5.Ae.620. & 10.Ae.139
Ismarus mons Thraciæ quem Orpheus incoluit, 2.G.37.
Ister fluuius turbidus 3.Ae.350
Italia vnde dicta, 1.Ae.537.& 3.Ae. 165. quæ & Hesperia, 1.Ae. 535. & 3.Ae. 163. Saturnia, 2.G.173.
Italiæ antiquæ descriptio, 1.Ae. 534. situs, 3.Ae.395. encomion & fertilitas, 2.G.140
Italorum priscorum mores, 8.Ae. 348
Ithaca insula, Vlyssis patria, 3.Ae. 272. & 613. vnde Ithacus dicitur, 2.Ae.104
Ituræi arcus 2.G.448
Ityς 9.Ae.574
Iulius Cæsar, 6.Ae.789. origo, 1.Ae.290. Bacchanalium Romæ auctor, 5.Ec.70. cædes & quæ prodigia secuta, 1.G.266. inter deos relatus, 5.Ec.64. exclusit mare solitum irrumpere in Lucrinum lacũ, 2.G.157. nudo capite cum hoste signa contulit, 10.Ae.132
Iunq Iouis soror & cõiux, 1.Ae.50 pronuba, 4.Ae.59. Saturnia, 1.Ae.27.&4.Ae.92. Gabina, 7.Ae.682. ad Æolum ventorum regem, 1.Ae. 69. ad Venerem, 4.Ae. 90. ad Alecto, 7.Ae.341. pro Turno rogat Iouem, 12.Ae.808
Iuno infernalis, Proserpina, 6.Ae. 138
Iunonis numen Aeneæ præcipuè placandum, 3.Ae.438. templi, 1.Ae.450. æstus in Aeneæ & Didonis nuptiis conficiendis, 4.Ae.90. oratio contra Venereum, 10.Ae.62
Iupiter infans à Curetibus custoditus, 4.G.150. humanarum, ẽt inarumq; rerum curator, 1.Ae. 225. repertor, 12.Ae. 829. fator, 1.Ae.258. incensas naues exstinguit, 5.Ae.693. Xenios dictus, 1.Ae.735. Anxurus, 7.Ae.799.
Iuramentum in faciendo fœdere, 12.Ae. 175.& 195.
Iuramentum deorum, 6.Ae.324. & 9.Ae.104. & 10.Ae.103.
Iuturna nympha vitiata à Ioue, 12.Ae.141. Turno fœdus dissuadet, 12.Ae.229. aurigæ officio fungitur, 12.Ae.468. gladium reddit fratri, 12.Ae.785. querela ad Turnum, 12.Ae.870 fugit, 12. Ae.886
Ius fabula 7.Ae.784
Ius hospitale 7.Ae.202
Ixion 6.Ae.600

L.

Labare verbũ emphaticum, 3.Ae.492
Labor improbus omnia vincit, 1. G.145
Labyrinthus 6.Ae.27
Lacæna Helena 6.Ae.511
Lactis diurni & nocturni vsus, 2. G.400
Lætitiæ signum 7.Ae.130
Laocoon sacerdos Neptuni, 2.Ae. 202. eius, & liberorum interitus, 2.Ae.213
Laomedontius heros 8.Ae.18
Laodamia 6.Ae.447
Lapis bibulus 2.G.348
Lapithæ equitationis inuentores, 3.G.115
Lapitharum bellum, 7.Ae.305. sedes apud inferos, 6.Ae.601.
Laribus veteres libabant quoties epula-

epulabantur, 3.Ae.222. & 231
Laridis & Thymbri similitudo, 10.Ae 391
Larina virgo 11.Ae.655
Larius lacus 2.G.159
Latagus 10.Ae.697
Latinorum aui, 7.Ae.45. duces, 8.Ae.5. in Troianos impetus, 9.Ae.50. cædes, 9.Ae.242.& 693.
Latinus Fauni ex Marica filius, 7.Ae.47. regiæ eius descriptio, 7.Ae.170. suadet pacem cum Aenea, 12.Ae.212. ad Troianos oratio, 7.Ae.259
Latium vnde 8.Ae.322
Lauiniæ crines accensi 7.Ae.73
Laurentum vnde 7.Ae.63
Laurus Parnassia, 2.G.18. Phœbo sacra, 7.Ec.62.
Lausus, 7.Ae.64. eiusdem virtus, 10.Ae.426. interitus, 10.Ae.814
Lautæ carinæ 8.Ae.361
Lenæus honos 4.Ae.207
Lepores canibus venandi, 3.G.410
Lerna horrendũ ridens, 6.Ae.287 Alcidæ arcu tremefacta, 6.Ae.83
Lesbos insula 2.G.90
Lethe amnis infernalis 7.Ae.710 obliuionem inducit, 6.Ae.799.
Leucate mons 3.Ae.274
Lex pacis 12.Ae.183
Libethrides nymphæ 1.G.34
Libidinis vis in omni animantium genere, 3.G.210
Licymnia 9.Ae.445
Liger 10.Ae.575
Ligur malo assuetus 2.G.168
Ligurum perfidia 11.Ae.715
Lilybæum promontorium, 3.Ae.706
Liparis insula 8.Ae.417
Lituus Quirinalis 7.Ae.186
Locri Narycii 3.Ae.399
Lolium infelix 5.Ec.37
Lotos arbor, 2.G.34
Lucagus 10.Ae.575
Lucifer stella 8.Ae.589
Lucina, 3.G.60. casta, 4.Ec.10
Lucrinus lacus 2.G.161
Luctus apud inferos locus, 6.Ae.274
Lugentes campi apud inferos, 6.Ae.441
Luna tempestatum significatrix, 1.G.353.& 396.
Lupercal 8.Ae.343
Luperci nudi 8.Ae.663
Lupi Mœrim videre priores, 9.Ec.54
Lupi, 3.G.264. eorum vlulatus, 1.G.480
Lupinus leguminis genus 1.G.75
Lustralia exta 8.Ae.183
Lycaon Cnosius 9.Ae.304
Lycas ex matris peremtæ vtero exsectus, 10.Ae.316
Lycurgus rex Thracum 3.Ae.14
Lynces Bacchi variæ 3.G.264
Lyciæ sortes 4.Ae.346
Lycus, 9.Ae.545. fluuius, 4.G.367

M.

MACHAON dux Græcorum, 2.Ae.263
Mæander fluuius tortuosus, 5.Ae.251
Mœotica tellus 6.Ae.799
Magalia 4.Ae.259
Magus mortem deprecatur, 10.Ae.521
Magica ars, 4.Ae.493
Maia Mercurij mater, 8.Ae.138
Mali aurei seu citrini descriptio & vsus, 2.G.127
Malitiæ exquisitæ exemplum, 1.G.280
Malum consilium consultori pessimum, 12.Ae.460
Manium expiandorum mos, 3.Ae.64
Manlius Tarpeiæ arcis custos, 8.Ae.652
Mantua miseræ nimium vicina Cremonæ, 9.Ec.28. vndedicta, 10.Ae.200
Manto Tiresiæ vatis filia, 10.Ae.199
Mapalia 3.G.340
Marcellus Octauiæ sororis Augusti filius, quem Augustus sibi adoptauit, 6.Ae.860
Marij 2.G.170
Marpessia cautes 6.Ae.471
Marubia sacerdos 7.Ae.750
Mars dictus Gradiuus 3.Ae.35
Marsi 7.Ae.758
Massicus princeps 10.Ae.165
Matrimonij fructus 1.Ae.78
Maurusia gens 4.Ae.206
Medus 2.G.134. & 4.G.210
Megarici sinus 3.Ae.689
Megæra Furia Tartarea 12.Ae.846
Mel quomodo eximendum, 4.G.228

Mella fluuius 4.G.278
Melampus Amythaonius 3.G. 550. comes Herculis 10.Ae. 320
Melibœus 7.Ecl.
Melicerta 1.G.437
Meliphyllum herba 4.G.63
Melite à melos 5.Ae.825
Memnon Orientalium rex, 1.Ae. 493
Memmi genus 5.Ae.117
Mendacij exemplum in Sinone, 2. Ae.57
Menelaus Græcorum dux, 2.Ae. 264. Deiphobum in lecto obtruncat, 6.Ae.523
Menœtes in mare præcipitatur, 5.Ae.173
Mensæ comeſtæ Troianis, quas edere religioſum erat 7.Ae.116
Mephitis 7.Ae.84
Mercurius, 4.Ae.558. eius habitus, 4.Ae.234. ad Didonem mittitur, 1.Ae.301. hortatur Aeneam ad profectionem, 4. Ae.265
Meridiei periphraſis, 4.G.401. deſcriptio ibid.
Merops auis 4.G.14
Meſſapus peculiari fato tutus à ferro, 7.Ae.191. Latinorum ductor. 8.Ae.6. equum domitor, 7.Ae.691
Metabus Camillæ Amaz. pater, 11.Ae.540
Methyſcus 12.Ae.469
Metius Sufetius Albanorum dux equis diſſolutus, 8.Ae.642.
Metus apud inferos locus, 6.Ae. 276
Mezentius Latinorum dux, deûm contemtor, 8.Ae.7. pro Turno pugnæ ſuccedit, 10.Ae.689. crudelis, 8.Ae.484. comparatur apro & leoni, 10.Ae.707. vulneratur, 10.Ae.776. interimitur, 10.Ae.907.
Mincius fluuius, 8.Ec.14.& 10.Ae. 206
Milij ſatio 1.G.215
Mineruæ Calabriæ templum, 3. Ae.531
Minos iudex apud inferos, 6.Ae. 432
Minotaurus 6.Ae.26
Miſeni fabula & mors 6.Ae.162 claſſicum cecinit, 3.Ae.239. mons ab eo dictus, 6.Ae.174.
Myſus fluuius 4.G.370
Mneſtheus 9.Ae.779.& 12.Ae. 127. à quo Memmij genus & tribus, 5.Ae.117.
Mœris, 9.Ecl. faſcinator, 8.Ecl. 98
Molorchi luci 3.G.19
Molollius canis 3.G.405
Monſtra domita ab Hercule, 8.Ae. 289
Monſtra inferni 6.Ae.274.& 285
Montanorum arma 7.Ae.685
Montis excelſi deſcriptio, 4.Ae. 247
Mopſo Niſa datur 8.Ecl.26
Morbus apud inferos 6.Ae.275
Morini extremi hominum, 8.Ae. 727
Morientium effectus 4.Ae.688
Mortis periphraſis 10.Ae.746
Mortis inſtantis effigies 4.Ae.499 metus, 9.Ae.341. non vulgaris exemplum, 4.G.521. apud inferos locus, 6.Ae.277.
Mulieres inſtabiles 4.Ae.569
Mulieris officium 8.Ae.480
Muliebris audacia metus, 5.Ae.66
Muſæus vates 6.Ae.667
Muſca in conuiuiis 1.Ae.744
Mundum in vere conditum, 2.G. 336
Mutuſcæ olſuiferæ, 7.Ae.711
Mycenæ fortes, 3.G.121. claræ, 11.Ae.288.
Mycon pictor 7.Ecl.30
Mycone inſula 3.Ae.76
Myrtus, 2.G.447.& 4.G.124. Veneri ſacra, 7.Ecl.62.
Myrmidones Achillem ad bellum Troianum ſecuti ſunt, 2.Ae.7.
Myſia 1.G.102

N

NAIADES 10.Ec.10
Nais candida 2.Ec.46
Nar fluuius ſulfurea aqua albus, 7.Ae.517
Napeæ deæ ſiluarum 4.G.535
Narciſſus purpureus 5.Ec.38
Narycia pix 2.G.438
Narycij Locrè 3.Ae.399
Natura cadaueris, 9.Ae.333. irati, 9. Ae.66
Nauale certamen 5.Ae.114
Naues Aeneæ in nymphas, 10.Ae. 220
Nauis periphraſis 3.Ae.191
Nauium Troianarum incendium, 5.Ae.660

Nautes senex 5.Ae.704
Nautæ prini observe stellas, 1.G. 136
Naxos insula 13.Ae.125
Nealces 10.Ae.753
Neapolis Virgilii aluit. 4.G.563
Nemora Æthiopum canentia lana, 2.G.120
Nemea silua 8.Ae.295
Nemus Argilleti, 8.Ae.345
Neoptolemus, 3.Ae.469. Achillis filius, 2.Ae.540
Neptunus equis per mare fertur, 5.Ae.810. tempestatem sedat, 1.Ae. 136. Troianorum mœniorum extructor, 5.Ae. 811. euersor, 2.Ae. 610. Aeneam nube eripuit, 5. Ae. 809. ad Venerem, 5. Ae. 799. eius comitatus 5. Ae. 822. tridens, 1.Ae.749.
Nereus grandæuus, deus maris, 4.G. 391
Nereus ardua saxis 3.Ae.271
Nesæe nympha 5.Ae.826
Nigra agna Eumenidum matri offertur, 6.Ae.275.
Nigri iuuenci necatæ ibid.
Nilus fluuius 3.Ae.29
Niphæus 10.Ae.570
Niphates relegatus 3.Ae.30
Nisus pro amico Euryalo se offert, 9.Ae.424
Nisus in Haliæetum 1.G.404
eius odium in Ceirim, 1.G.405
Nisi & Euryali historia, 9.Ae.176
amor mutuus, ibid. ad Lunam oratio, 9.Ae.403
Noctua serenitatis iudex 1.G.403
Nocturna sacrificia Plutonis, 6. Ae.252
Nomentum vrbs 7.Ae.712
Noricum, Bauariam pleriq. nunc appellant, 3.G.474
Notus ventus. 1.Ae.84. pecori, satis, & arboribus vnifer, 1.G. 444.
Nox sopora 6.Ae.39
Noctis locus apud inferos, 6.Ae. 39
Noctis descriptio, 4.Ae.522. & 8. Ae.26. & 9.Ae.224. eiusdem initium, 2.Ae.268.
Nubigenæ bimembres 8.Ae.293
Nucum spargendarum in nuptiis mos, 8.Ecl.30.
Numæ Pompilij periphrasis, 6. Ae.810.
Numanus Remulus 9.Ae.592
Numero deus impare gaudet, 8. Ecl.75
Numerum lupus non curat, 7. Ecl.52
Numitor Albæ rex 6.Ae.768
Numicus fluuius in Latio, 7.Ae. 796
Nuptiarum inauspicatarum prodigia, 4.Ae.167
Nursa 7.Ae.744
Nympharum nomina 4.G.336
Nysa mons 6.Ae.805

O.

OAXIS flu. rapidus 1.Ecl.66
Oceanitides 4.G.341
Ocnus, Mantus filiæ Tiresiæ vatis filius Mantuam condidit, & de nomine matris vocauit, 10.Ae. 198
OEbalia 4.G.125
OEbalus 7.Ae.734
OEchalium Hercules diffecit, 8. Ae.291.
OEnotria Italiæ regio 7.Ae.85
OEstrum 3.G.148
Oleæ cultura 2.G.20
Olea pacis signum, 7. Ae.154. & 11.Ae.101
Oleaster oliuæ non inserendus, 2.G.302
Oliaros insula 3.Ae.126
Oliuæ variæ 2.G.85
Olitoris laus 4.G.130
Omen 3.Ae.522
Onagri cursu agitandi 3.G.409
Oraculum Sibyllæ, 6.Ae.80. perperam intellectum & interpretatum ab Anchisa 3.Ae.102
Oratores Aeneæ ad Latinum, 7. Ae.153
Orcus pallidus 1.G.272
Oreades nymphæ montium, 1.Ae. 504
Orestes insanus, 3.Ae.331. & 4. Ae.471. obtruncat ad aras patrias Pyrrhum, 3.Ae.332
Orion, 3. Ae. 517. & 719. & 10. Ae.763. aduersus nauigantibus, 4. Ae. 51.
Orithyia Erichthei filia, Boreæ vxor, 12.Ae.83.
Ornytus 11.Ae.677
Ornus sterilis 2.G.111
Orodes 10.Ae.737
Orontes Lyciæ classis ductor, 1. Ae.117. & 6.Ae.334. ad Acherontis vada, ibid.

Orpheus Threicius sacerdos, 6. Ae. 645.
Orphei & Eurydices fabula, 4.G. 454 luctus ob amissam coniugem, 4.G.465.& 566. descensus ad inferos, 4.G.467. carmen, 4.G.471. interitus, 4.G. 520. cithara septem chordas habuit, 6.646.
Orses 10.Ae.747
Orsilochus 11.Ae.690
Ortygia insula olim Plemmyrium, 3.Ae.692
Ophieltes bellis assuetus, 9.Ae.201
Opis, 4.G.343. Arruntem Camillæ Amazonis interfectorem occidit, 11.Ae.864
Osseorum manus 7.Ae.730
Ossa mons 1.G.281
Osinius rex 10.Ae.655
Ostrum, 12.Ae.126. Sarranum, 2.G.506. Tyrium, 3.G.17.
Otium 3.G.377
Othrys mons Thessaliæ 7.Ae.675
Quantum ritus 7.Ae.698
Quibus quid lac augeat 3.G.394
Quium commodiras, 3.Ae.384. pascua, ibid. scabies & febris, 3.G.440. cura, 3.G.296

P.

PACHYNVM promontorium, 3.Ae.699
Pacis leges 12.Ae.175
Pactolus fluuius 10.Ae.142
Padus fluuius 9.Ae.680
Paduſa fluuius 11.Ae.457
Pæan vox exsultantis, 10.Ae.738
Pæstum opidum 4.G.119
Palæmon pastoris nomen, 3.Ecl. portuum deus 5.Ae.823
Palamedes 2.Ae.82
Pales pastorum vel pabuli dea, 5. Ecl.35.& 3.G.1.& 294
Palinurus Aeneæ nauta, 3.Ae.513 visitur ab Aenea apud inferos, 6.Ae.137. eiusdem interitus, 5.Ae.857. & 6.Ae.337.
Palladium à Græcis raptum, 2. Ae.164.& 9.Ae.150.
Palladia filia 2.G.181
Pallanteum 2.Ae.340
Pallas Euandri filius ad Herculem, 10.Ae.460. exercitus eiusdem, 8.Ae.518. hortatur ad pugnam, 10.Ae. 369. interitus, 10.Ae.484. remittitur patri, 11.Ae.62.
Pallas Troianis iniqua, 1.Ae.483
Palladis auxiliis spes Danaûm ritet, 2.Ae.162. ad eam oratio Troianorum, 3.Ae. 544. oratio matrum Latinarum, 11.Ae. 483.
Palma ardua, 2.G.67. Olympica, 3.G.49.
Palmus fugax 10.Ae.697
Pampinatione quando vtendum, 2.G.362.
Pan pastorum & Arcadiæ deus, 2.Ecl.33. & 10.Ecl.26. Lunam fefellit, 3.G.392. ouium cultos, 1.G.17.
Panaceæ herba odorifera, 12.Ae. 419
Panchaia regio thuriferis pinguis arenis 2.G.139
Pandarus fœdifragus 5.Ae.495
Pandari & Bitiæ historia & interitus, 9.Ae.672.
Pangæa Thraciæ mons, 4.G.462
Panopea serenitatis dea 1.G.457 Nympha marina, 5.Ae. 825.& 6.Ae.825.
Panthus Phœbi sacerdos, 2.Ae. 319. eiusdem ædes 2.Ae.429
Pantagias fluuius 3.Ae.689
Papauer quando serendum, 1.G. 212. somniferum 1.G.78
Paphos Veneri sacra, 10.Ae.51. & 85.
Paphiæ myrtus 2.G.64
Parcæ, 1.Ae.26.& 10.Ae.419. & 12.Ae. 147. concordes stabilitatorum numine 4.Ecl.47
Parentatio 5.Ae.75
Parentum erga filios affectus, 8. Ae.574
Paris, 7.Ae.321. cum Darete contendere solitus, 5.Ae.370. pastor Phrygius, 7.Ae.363. ab Helena hospitio acceptus, 6.Ae. 93. filuas habitauit, 2.Ecl.61. Achillem interfecit, 6.Ae.57. eius iudicium, 1.Ae.32.
Parnassus mons, 6.Ecl.29.& 3.G. 291.
Paros insula nitea, marmorea, 3.Ae.126.
Parthenius, 10.Ae.747. saltus, 10.Ecl.57.
Parthenopæus inclytus armis, 6.Ae.480.
Parthenope Virgilium aluit, 4.G. 563.
Parthi 4.G.211
leues 4.G.314
Parthus

Parthus fuga fidens, verſiſque ſagittis, 3.G. 31
Paſcua vbi optima 2.G.197
Paſiphaë, 6.Ae.447. eiuſdē ſtuprum 6.Ae.25
Patauinæ vrbis conditor Antenor, 1.Ae.246
Patron ab Arcadia 5.Ae.298
Pauoris ſubiti deſcriptio 3.Ae.29
Pecorum ægrotantium ſigna, 3.G.464.& 495.
Pedaminibus ſubleuandæ vites, 2.G.356
Pegaſus à Camilla interfectus, 11.Ae.670
Pelethronij Lapithæ 3.G.115
Pelion mons 1.G.281
Pelops humero inſignis eburno, 3.G.7
Penates Troiani 2.Ae.293 docent Aeneam in ſomnis quò tendat, 3.Ae.148
Penthesilea Amaz. regina, 11.Ae. 662
Pentheus inſanus 4.Ae.469
Pergamon in Chaonia 3.Ae.336
Peſtes multifariæ 3.G.471
Peſtis deſcriptio, 3.Ae.137. vehementia 3.G.484
Petilia vrbs à Philoctete condita, 3.Ae.402
Phæacum arces æriæ 3.Ae.291
Phædra 6.Ae.445
Phaëthontiades in alnos 6.Ecl.67
Phaëthontis & Cycni fabula, 10. Ae.189
Phanæus mons 2.G.98
Phaſis fluuius Aſiæ 4.G.367
Philippi campi 1.G.490
Philomela 6.Ecl.79
Phlegethon Tartareus flu. 6.Ae. 551
Phlegyæ populi 6.Ae.618
Phœnix 2.Ae.763
Pholoë ſerua 5.Ae.285
Pholus Centaurus, 2.G.456.& 8.Ae.294
Phorci Sardiniæ regis exercitus, 5.Ae.824. ſeptem filiorum in Aeneam impetus, 10.Ae.328.
Phthia regio & vrbs 1.Ae.288
Phyllis, 3.Ecl.68.& 7.Ec.14.& 10.Ecl.37.
Picus Fauni pater, 7.Ae.48. in auem, 7.Ae.189
Pietas 3.Ae.436. eiuſdem exemplum 2.Ae.75
Pilumnus deus 10.Ae.619
Pinus 3.G.443
Piorum ſedes apud inferos, 6.Ae. 662
Pirithous Theſei amicus, 6.Ae. 601
Piſæ ciuitas 10.AE.179
Piſcatio 1.G.142
Pix Narycia 2.G.438
Platanus arbor ſterilis, 2.G.70. potantibus vmbras miniſtrat, 4.G.146
Pleiades ſtellæ 1.G.138
Plemmyrium olim Ortygia, 3.AE. 692
Pluuiæ præſagia 1.G.370
Pluton deus inferorum 7.AE.327
Pocula coronandi mos 3.AE.525
Poëtæ legē naturæ Saturni temporibus deſignant, 7.AE.204.
Politis Priami filij cædes 2.AE. 526
Polus vterque 1.G.238
Pollio 3.Ecl.74.& 4.Ecl.
Pollucis & Caſtoris moriendi vices, 6.AE.121
Polydori interitus 3.AE.58 de eo prodigium 3.AE.26 conqueſtus de ſepulcro 3.AE.52
Polyphemus Cyclops 3.AE.641
Pomorum cultura, 2.G.426. Varietas 2.G.20
Pompa funebris 11.AE.73
Pontū venenis abundare 8.Ec.96
Populonia ciuitas 10.AE.172
Populus arbor Herculi ſacra, 7. Ec. 61. in fluuiis pulcerrima, 7.Ec.66. eiuſdem periphraſis 2.G.68
Porſena rex, qui Romam obſedit, 8.AE.646
Portenta 1.AE.445. & 7.AE.64
Portunus deus 5.AE.241
Poſtuma proles 6.AE.763
Potitij & Pinarij Herculis ſacrificuli, 8.AE.269
Potniades quadrigæ 1.AE.268
Prædarum decimæ Ioui dabantur, 3.AE.223
Præmianaualis victoriæ, 5.AE.308
Præſens abſens 4.AE.83
Precandi formula 2.AE.689
Preneſte vrbs, 7.AE.682.& 8.AE. 561. fundator Cæculus, 7.Ae. 678.
Priamus Politis filius 5.Ae.564
Priamus Laomedontis filius, 8. Ae.158. eiuſdem opes, 2.Ae. 484. credulitas, 2.Ae.146. domus capitur, 2.Ae.494. fatū, 2.Ae.550. cædes 2.Ae.550

Priapus 7.Ecl.33
Principem bonum non decet totam noctem somno traducere, 1.Ae. 309.
Principibus litabant antiqui mactatis aliquot hostibus 10.Ae. 515
Principis boni officium & typus, 1.Ae.65. cura, 1.Ae.184. vigilantia, 4.Ae.560. prima virtus, 6.Ae.853.
Priuernus viri nomen 9.Ae.576
Procris 6.Ae.445
Procas Troianæ gloria gentis, 6. Ae.767
Prodigium horrendum, 3.Ae.76 in Ascanio 2.Ae.680 in malam partem 3.Ae.365
Prodigia inauspicatarum nuptiarum, 4.Ae.167. Iulij cædem secuta, 1.O.466
Prodigiorum omen 5.Ae.524
Prognostica tempestatu, 1.G.334 pluuiæ, 1.G.350. ventorū, ibid. serenitatis, 1.G.393.
Prometheus & eius furtum, 6.Ecl. 41
Promulus à Turno occiditur, 9. Ae.574
Proserpina Iuno infernalis, 6.Ae. 138.
Proserpinæ vacca sterilis immolatur ab Aenea, 6.Ae.250.
Prosicera nocent 10.Ae.501
Proteus vates 4.Ae.388
eiusque vaticinium ibidem
transformatio ibidem
prouidentia 2.Ecl.25
Psithia vitis 4.Ae.269
Pudor 5.Ae.455
Pulcritudo fragilę bonū 2.Ecl.17
Punicum bellum à Ioue prædictum, 10.Ae.12
Purgatio triplex 6.Ae.740
Purpura Sidonia vel Tyria, 11. Ae.72
Putatio vindemiam sequitur, 2.G. 405
Pygmalion 1.Ae.350
Pyra Didonis extructa 4.Ae.504
Pyra varia 2.G.88
Pyrus 4.G.145
Pyracmon vnus ex famulis Volcani, 8.Ae.425
Pyrgo Priami natorum nutrix, 5.Ae.645
Pyrgopidum 10.Ae.184
Pyrrhæ lapides 6.Ecl.41
Pyrrhi ferocitas 2.Ae.469
interitus 3.Ae.332
Pyrrhicha certaminis genus, 5. Ae.580

Q.

QVADRIGAE ab Erichthonio repertæ 3.G.113
Quercens 9.Ae.684
Quercus Ioui sacra 3.G.332
oraculis addicta 2.G.16
Quirini imperium 3.G.27

R.

RAMVS aureus 6.Ae.132
Ranæ tempestatis indices, 1. G.378 loquaces 3.G.431
Rapo Parthenius 10.Ae.748
Raptris frangendæ glebæ 1.G.94
Regis officium 1.Ae.515
Religionis exemplum 2.Ae.717
Reliquiæ mortuorum quomodo seruabantur, 6.Ae.227.
Romulus 9.Ae.593
Remus 1.Ae.295
Rerum omnium communio, 1.G. 125.
Resurrectio mortuorum Platonica, 4.Ecl.31
Rhadamanthus iudex inferorum, 6.Ae.565
Rhætico vino Augustus delectabatur, 2.G.95
Rhamnes interficitur, 9.Ae.325
Rhea sacerdos Vestalis 7.Ae.659
Rhenus flu. bicornis 8.Ae.727
Rhesus 1.G.462. & 1.Ae.473
Rhipheus, 2.Ae.339. eiusdem cædes, 2.Ae.426
Rhodope mons 6.Ecl.30
Rhœcus 9.Ae.345
Rogi 11.Ae.185
Roma, 2.G.534. & 1.Ae.280 septicollis, 2.G.535. à Gallis Senonibus capta 8.Ae.656
Romani vnde dicti, 1.Ae.280
Romani milites 3.G.345
Romanarum rerum descriptio, 8. Ae.626. eorum mos in excrtendis tyronibus, 7.Ae.162. reges, 6.Ae.808. fata, 1.Ae. 285. imperium, 1.Ae.290 maiestas, 12.Ae.840. insignia, 11.Ae.334. regnum, 1.Ae.283. strages, 1.G.490.
Romanæ arcis conditor Euander, 8.Ae.313
Rom. fortitudinis exemplum, 6. Ae.818.
Romulus 1.G.498

Rosaria Pæsti biferi 4.G.119
Rubor puellaris 12.Ae.65
Rubus horrens 3.G.315
Rufæ opidum 7.Ae.739
Ruris commoda, 2.G.458. cum vrbe collatio, ibid.
Rustica sacra 5.Ecl.66
Rusticæ vitæ encomium, 2.G.459
Rusticorum studia per hiemem, 2.G.519
Ruscus herba 7.Ecl.42
Rutuli populi 7.Ae.95
Rutulorum stulta securitas, 9.Ae.189
Rutulorum auxilium contra Aeneam, 9.Ae.370

S.

SABAEI, 8.Ae.706. molles, 1.G.57
Sabæum thus 2.G.117
Sabella pubes 2.G.167
Sabellicus sus 3.G.255
Sabini vitæ rusticæ cultores, 2.G.532
Sabinarum raptus 8.Ae.635
Sacra peregrina 3.Ae.404
Sacrorum ritus 2.Ae.133
Sagaris 5.Ae.263
Sages 12.Ae.651
Sagittariorum certamē, 5.Ae.485
Salices viminibus fecundæ, 2.G.446
Salictum 2.G.14
Salij sacerdotes 8.Ae.285
Salio præreptus honor dolo Nisi, 5.Ae.335
Salius interficitur 10.Ae.753
Salix, 2.G.84. & 434. lenta, 5.Ecl.16
Salmonei apud inferos locus, 6.Ae.595
Saliæ herbæ dandæ pecoribus, 3.G.395
Same insula Vlyssis 3.Ae.270
Samothracia 7.Ae.208
Samos Iunonia 1.Ae.20
Samus 7.Ae.208
Sanguinis guttæ ex arboribus, 3.Ae.28
Sarnus fluuius 7.Ae.738
Sarrastes populi ibidem
Saticulus populus 7.Ae.729
Saturnia arx 8.Ae.359
Saturnia Italia 2.G.173
Saturnia Iuno 1.Ae.27
Saturnus, 2.Ae.538. legislator Italorū, 8.Ae.322. eius equus, 3.G.92. eiusdē fuga, 8.Ae.320. stella frigida, 1.G.355.
Saturni temporibus legem naturæ poëtæ designarunt 7.Ae.204
Scæa porta 3.Ae.351
Scilla herba 3.G.451
Scipiones duri bello, 2.G.170. duo fulmina belli, 6.Ae.842 clades Libyæ, 6.Ae.843.
Scorpius signum cæleste 1.G.35
Scrobes quales faciendæ 2.G.260
Scylla nauis, 5.Ae.121. monstrum, 6.Ecl.74. & 1.G.405.
Scyllaceum opidum 2.Ae.58
Scyria pubes 2.Ae.477
Scythæ 3.G.349
Scytharum venatio & viuendi ratio, frigora, potus 3.G.371
Seberbis nympha 7.Ae.734
Securitas nimia 9.Ae.316
Seditionis descriptio 1.Ae.152
Segetum vitia 1.G.150
Selinis ciuitas palmosa 3.Ae.75
Senectus tristis, 3.G.67. eius apud inferos locus, 6.Ae.275. animi vires non debilitat, 9.Ae.610
Senilis consilij commendatio, 5.Ae.704
Seres populi 2.G.121
Serranus, 9.Ae.335. sulco serens, 6.Ae.844.
Serenitatis indicia 1.G.393
Serestus, 5.Ae.487. & 10.Ae.542. acer 9.Ae.779
Sergestus, 1.Ae.514. & 5.Ae.121 & 282. à quo Sergia domus 5.Ae.121
Serpens ex adytis 5.Ae.85
Serpens participium 5.Ae.90
Serpentis sitis, 3.G.434. fugatio, ibid.
Serpyllum herba 4.G.31
Serui olim non militabant 9.Ae.546
Seuerus mons 7.Ae.713
Sibyllæ folia & vaticinandi mos, 3.Ae.445. oraculum 6.Ae.83. cum Aenea ad inferos descensus, 6.Ae.445
Sicani populi 8.Ae.328
Sichæi interitus 1.Ae.352
Sichæus Didoni in somnis apparet, 1.Ae.356
Sicilia quæ & Trinacria, à tribus promontoriis, 3.Ae.554. eiusdem situs, ibidem
Sicyonia bacca 2.G.519
Siderum descriptio 1.G.240
Sidera quæ nautæ obseruant, 3.Ae.516

Sidicina

Sidicina æquora 7.Ae.727
Sigeum promontorium Troiæ, 2. Ae.312
Silarus flu. 3.G.146
Silenus. 6.Eclog.
Siler molle 2.G.12
Siluanus siluarum deus 10.Ecl.74
Siluæ descriptio. 9.Ae.381
Siluia Tyrrheni filia. 7.Ae.487
Siluius Æneas 6.Ae.769
Simois fluuius, 11.Ae.257. rapidus 5.Ae.261
Simulare loco & tempore prudentis est, 1.Ae.212.
Sinon proditor capitur 2.Ae.57 vinculis liberatur 2.Ae.145
Sirenes monstra marina, 5.Ae. 864.
Seirius stella 3.Ae.141
Sol tempestatū & bellorum nuntius, 1.G.463
Somnus,5.Ae.838. sub dio cur noxius, 3.G.435. ferreus,10. Ae.745. Lethi consanguineus, 6.Ae.278. ad Palinurum, 5. Ae.843. eiusdem vis,5.Ae.838 eius portæ duæ,6.Ae.893. sedes apud inferos, 5.Ae.838.
Soractis arces 7.Ae.696
Sortes Lyciæ 4.Ae.346
Sparta ciuitas, 2.Ae. 577. & 10, Ae.92.
Spartanæ virgines canes 3.G.405
Sparus telō rusticum, 11.Ae.682
Sperchius fluuius 2,G.487
Spinus pruna ferens 4.G.145
Stella viæ dux 2.Ae,694
Stellæ cadentes 1.G.365
Stellio animal 4.G.243
Steropes vnus ex famulis Volcani, 8.Ae.425
Sthelenus à Pallante occisus, 10. Ae.388
Sthenelus Græcorum dux, 2. Ae, 261.
Sthenelus à Turno occisus, 12. Ae. 341.
Stimicon 5.Ecl. 55
Stipulæ volantes 1,G,321
Strophades insulæ, 3.Ae,209
Styx fluuius inferni 1.G. 243. & 4.G. 480. & 6.Ae.385. & 439. iuramentum deorum,6.Ae.323
Sucro Rutulus 12.Ae.505
Supersitionis exemplū 2.Ae.225
Sus alba 3.Ae.390

T.

TAZVRNVS mons Campaniæ, 2.G.38
Talpæ oculis capti 1.G.183
Tanager fluuius 3.G.151
Tanais fluuius Scythiæ 4.G.517
Tapsus insula 3.Ae.689
Tarchon, 8.Ae. 506. & 10. Ae. 133. & 290. & 11.Ae.727.
eiusdem ad suos hortatio, 10. Ae.294
Tarentum 2.G.197
Herculeum 3.Ae.551
Tarpeia arx 8.Ae.346.& 652
Tarquinij reges Romanorum, 6. Ae.817
Tarquitus 10.Ae.550
Taurorū monomachia, 12.Ae.715
pestis, 3.G. 515. quantum victi doleant, 3. G.225. ignem naribus spirantes,2.G.140.
Taxus arbor Aquilonem & frigora amat 2.G.112
Taygete 4.G.232
Taygeti canes 3.G.44
Teda arbor 2.G.431
Tegea opidum Arcadiæ 5.Ae.299
Telebous 7.Ae.735
Telon 7.Ae.734
Temeritatis pœna notanda,5. Ae. 455
Tempe frigida 2.G.469
Tempestatis subitæ descriptio, 1. Ae. 81. & 3.Ae.192. & 4.Ae. 160. & 5.Ae.8. prognostica, 1.G.312. à Neptuno regitur, 1.Ae.127.
Tempus irreparabile. 3.G.284.& 10.Ae.467. partui idoneum, 3.G.60. consumit omnia, 9. Ecl.51. eius longinquitas magnam fert rerum mutationem 3.Ae.415
Tenedos insula 2.Ae.21, & 204
Tereus in aucm 6.Ecl.78
Terra ea est optima quæ sæpe exhalat nebulam, 2.G.217. pinguis,salsa, densa, grauis, humida, putris, frumentis optima, nigra, ibidem
Terræ qualitas quomodo explorāda, 2.G.177. motus,1.G. 475. varietas,2.G.177.
Teucrus Troianorum auctor, 3. Ae.108
Thaleia Musa,6.Ecl.2.& 4.G.338. & 5.Ae.526

Thebis qui occubuerint 6.Ae.479
Thermodoon nuuius 11.Ae.659
Theseus infelix 6.Ae.618
Thessaliæ montes 7.Ae.675
Proserpinam rapere conatus, 6.Ae.393
Thetis 4.Ecl.32. & 5.Ae.835
Thraces quondam sub Lycurgo, 3.Ae.13
Thus in Arabia crescit 1.Ae.421
Thybris rex 8.Ae.330
Thybris fluuius, 5.Ae.796.& 7.Ae.303. & 435. & 8.Ae.64. & 330. vnde, 8.Ae.331. constitit, 8.Ae.86
Thymbra herba 4.G.31
Thymbri & Laridis similitudo, 10.Ae.391
Thymœtes, 2.Ae. 32.& 12.Ae. 364
Thymum herba 7.Ec.37
Thyrsis pastor 7.Ecl.16
Tiberinus fluuius, 4.G.369.& 7.Ae.797. & 8.Ae. 31. Aeneæ in somnis apparet 8.Ae.31
Tibur superbum 7.Ae.630
Tigris fluuius, 1.Ec. 63. nauis, 10.Ae.166. animal, 5.Ec.29. pessima, 3.G.248. Hyrcana, 4.G.367
Tilia arbor 4.G.183
Timauus fluuius, 3.G.475.& 548
Timor ad fugam veloces facit, 8.Ae.2.4. animos degeneres arguit, 4.Ae.13
Timoris natura, 3.Ae.29. eiusdem effectus, 12.Ae. 868. & 2.Ae.47
Tinea durum genus 4.G.246
Tiphys 4.Ecl.34
Tisiphone apud inferos, 6.Ae.555 pallida, 3.G.551.& 10.Ae.761
Vltrix 6.Ae.570
Tityus Terræ filius, 6.Ae.595 eius pœnæ apud inferos, 6.Ae. 595
Tithonus 3.G.48
Auroræ maritus 1.G.447
Tityrus 1.Ecl.
Tmarus præceps animi 9.Ae.685
Tmolus mons 1.G.56
feraxvini 2.G.98
Tolumnius augur fœdifragus. 12.Ae.258. felix, 11.Ae.429. occisus, 12.Ae.460.
Tonitrua, 1.G.320. sinistra prospera. 2.Ae.693.
Tophus fœber 2.G.214
Torquatus, 6.Ae.825. Tarpeiæ arcis custos 8.Ae.652
Trabale telum 12.Ae.294
Trabea, 7.Ae.188. & 612.& 11.Ae.334
Trinacria Aetna 3.Ae.555
eiusque descriptio 3.Ae.572
Triones 1.Ae.748
Triones nautæ obseruant, 3.Ae.516
Triticum quando serendum, 1.G.219
Triton, 1.Ae.148. nauis, 10.Ae.209. Miscnum submersit, 6.Ae.173
Tritones 5.Ae.824
Tritonia Pallas 2.Ae.170.& 615
Triuiæ sacerdos, 6.Ae.35. lucos petit Aeneas, 6.Ae.13. Hippolytum abscondit, 7.Ae.774.
Triumphi Cæsaris præcipui, 8.Ae.714
Troia Neptunia, 2.Ae.625. cum nomine occidit, 12.Ae.828. auctor eius Apollo. 3.G.36. eiusdem excidij descriptio, 2.Ae 324.
Troia vrbs in Sicilia ab Aeneæ exstructa, 5.Ae.755.
Troia ludus 5.Ae.602
Troianorum origo 3.Ae.165 excidium Carthagini pictum, 1.Ae.460. eur eis inuisa Iuno, 1.Ae.30. virtus & in commutandis armis sollertia, 2.Ae.385 cædes à suis, ibid. reliquiæ ad Aeneam collectæ, 2.Ae.795. fames, 7.Ae 110. lætitia fatali terra cognita, 7.Ae.120. dona Latino data, 7.Ae.242. cædes, 9.Ae.515. naues à mulieribus incensæ 5.Ae.660
Troilus Priami filius 1.Ae.478
eius interitus ibidem
Tubæ inuentores Tyrrheni, 8.Ae.526
Tulla vna sociarum Camillæ, 11.Ae.656
Tullus Hostilius, 6.Ae.814.& 8.Ae.644
Tumultuarius populi labor, 11.Ae.475
Turris ruina in Græcos, 2.Ae.460
Turnus insanus Rutulos ad arma hortatur, 7.Ae. 577. qualis in bellum procederet, 8.Ae.780. leoni comparatur, 12.Ae.4. falsam Aeneæ sequitur imaginem, 10.Ae.657. Pallanti congressus eũ interficit, 10.Ae.473.

ad

ad Aeneam, 12. AE. 894. ad Faunum, 12. AE. 776. occiditur ab Aenea, 12. AE. 928.
Turni virtus absente Aenea, 12. AE. 324. ducum & sociorum eius catalogus, 7. AE. 647. generositas, 12. AE. 8. intra ciuitatem Troianorum rabies, 9. AE. 728. magnanimitas, 11. AE. 390. ad Iouem conquestio de turpi fuga, 10. AE. 668. rabies in mortem vltrò ruentis, 12. AE. 895. cum Aeneæ monomachia 12. AE. 720
Tuscus amnis, 10. AE. 200. eius filius Ocnus, ibid. eo clauduntur Arcades, 8. AE. 473. proximi Aurunci & Rutuli, 11. AE. 316
Tuscus Tiberis 1. G. 499
Tydeus Thebanorum dux, 6. AE. 479
Tympana, 2 G. 444. matris Idææ, 11. AE. 619.
Tyndaris 2. AE. 569. & 601
Typhoeus Terræ filius, 1. G. 279. & 8. AE. 298.
Typhoëo imposita Inarime, 9. AE. 716
Typhoëa tela 8. AE. 298
Tyrannidis exemplum 1. AE. 351
Tyrannorum vita incerta 6. AE. 64
Tyres à Pallante interfectus, 10. AE. 403
Tyrrhena regna, 8. AE. 507. arua, 8. AE. 560. opida, 11. AE. 581.
Tyrrhenum æquor 1. AE. 67
Tyrrheni infensi Mezentium oderant 10. AE. 689. primi tubam inuenerunt, 8. AE. 526. eorum cum Troianis bellum, 10. AE. 691.
Tyrrheus, 7. AE. 485. vocat agmina, 7. AE. 508. eius filius Almon, 7. AE. 532.
Tyrus 1. AE. 350
Tyrii bilingues 1. AE. 665
coloni Carthaginis, 1. AE. 12
Tyrium ostrum 3. G. 17
Tyriæ virgines 1. AE. 340
Tyriorum accusatio 1. AE. 543

V.

VACCAE quæ iam pepererunt, non mulgendæ, 3. G 175.
Valerus haud expers virtutis auitæ, 10. AE. 751.
Varus poëta, 6. Ecl. 5. eius laudes, ibidem
Vcalegon Troianus, 2. AE. 311
Velinus portus 6. AE. 366
Velini fontes 7. AE. 517
Venatio, 3. G. 370. apparatus, & pulcra eius descriptio, 4. AE. 130
Venulus legatus, 8. AE. 9. eiusdem responsum à Diomede, 11. AE. 24[illegible]. interitus, 11. AE. 742.
Venus, 8. AE. 608. venatrix obuia fit Aeneæ, 1. AE. 320. ad Cupidinem, 1. AE. 667. ad Iouem, 10. AE. 18. expostulat cum Ioue, 1. AE. 253. ad Neptunum, 5. AE. 779. à Volcano Aeneæ arma impetrat, 8. AE. 380. offert, 8. AE. 608. sententiam Iunonis approbat, 4. AE. 105. à Diomede vulnerata, 11. AE. 277 solicita pro Troianis, 5. AE. 780 Aeneæ vulnus sanat, 12. AE. 416 masculos equos eneruat, 3. G. 215.
Veneri loca sacra 10. AE. 50
Venti prognostica, 1. G. 354. agentes frigora, ibidem
Ventorum natura & patria, 1. AE. 56
Ventosa gloria, 11. AE. 708
Ver 2. G. 323
Veris commoda 2. G. 321
Vesuuus mons 2. G. 224
Vesper, 6. Ecl. 86. frigidus, 3. G. 336
Vesta 1. G. 498. & 4. G. 384
Vesulus mons 10. AE. 708
Veterum supplicandi ritus, 3. AE. 607
Vfens Latinorum dux 8. AE. 6
Vicia leguminis genus 1. G. 75
Vinum Scytharum 3. G. 380
Virbius 7. AE. 761
Viri à mulieribus facilè vincuntur, 8. AE. 388
Viri est affectum ratione vincere, 4. AE. 395
Virtus immortales facit, 10. AE. 468
Virtus in pulchro corpore gratior, 5. AE. 344
Vita hominum breuis, 10. AE. 467
Vita beata rustica, solitaria, tumultuaria, 2. G. 458.
Vitibus fimum iniiciendum, 2. G. 346
Vitis Baccho sacra 7. Ecl. 61
Vitium genera, 2. G. 48. satio, 2. G. 319. plantatio, 2. G. 177. fossio, 2. G. 397. putatio, 2. G. 366.

Vitulorum cura, cibus, tractatio, vsus, 3.G.156
Vitula facere 3.Ecl.67
Vlmus 2.G.446
Vlua 2.AE.135
Vlyssis & Cyclopis fabula, 3.AE. 620
Vlyssis inuidia Palamedes interiit. 2.AE.90.
Vmbro 10.AE.544
Vngendorum cadauerum mos, 6. AE.212.
Volcanus pro igni 2.AE.312
Volcania insula, & fabrica, 8.AE. 420
Volcentis aedes 9.AE.439
Volsci populi, 2.G.168.& 9.AE. 505
Voltumnus fluuius 7.Ae.729
Volusus 11.Ae.463
Voluptate sua quisque ducitur, 2. Ecl.65.
Votum, quod fiebat apud veteres, dum libabant dis vina, 1.Ae. 735.
Vrbis incommoda 2.G.495
Vrbium conditores ciuica corona insigniti, 6.Ae.772.
Vri 3.G.532
Vrsi deformes 3.G.247
Vulgi diuersa opinio 2.G.39
Vulnera non tegenda 3.G.452

X.

XANTHVS, 1.Ae.477.& 4. Ae.143.& 5.Ae.634.& 803. & 6.Ae.88.
Xanthonymphe 2.G.335

Z.

ZACYNTHVS Vlyssis insula, 3.Ae.270
Zonarum & sphaerae ratio, 1.G. 233.

FINIS.

W

PVB. VIRGILII
MARONIS
APPENDIX,

Cum supplemento multorum antehac nunquam excusorum Poëmatum veterum Poëtarum.

IOSEPHI SCALIGERI
IVL. CÆS. FIL.

In eandem Appendicem CASTIGATIONES *&* COMMENTARII *multis in locis aucti.*

curante edenteque

FRIDERICO LINDENBRVCH:

cuius & NOTÆ *additæ.*

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium,
CIↃ. IↃ. XCV.

PVB. VIRGILII MARONIS APPENDIX,

Cum supplemento multorum antehac nunquam excusorum Poëmatum veterum Poëtarum.

IOSEPHI SCALIGERI
IVL. CÆS. FIL.
In eandem Appendicem CASTIGATIONES & COMMENTARII multis in locis auct.

curante edenteque
FRIDERICO LINDENBRVCH
cum & NOTÆ addita.

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium,
CIↃ. IↃ. XCV.

CLARISS. DOCTISSIMISQ.

VIRIS

PETRO ET FRANCISCO

PITHOEO I. C.

FRATRIBVS.

PRISCIS *temporibus*, VV. C. *cùm adhuc vera virtus placeret, interroganti cuidam* τί αὖ τις ποιῶν γλυκὺς γένοιτ'; *sic fertur respondisse Philosophus*, Ὁ δ' δύνατ' ἄλλος ἀνθρωπος ποιεῖν. *Optimum sane dictum, & quod fidem isto sæculo inuenisse probant præclara reperta, & veneranda vetustatis monumenta. Quæ licet pauca, ex tam plurimis ad nos peruenerint, haud obscure tamen maiorum diligentiam indicant. Verum non diu hæc durauit, sed elanguit paulatim, & inuisa ante desidia amari cæpta, donec ad hunc modum peruenit, vt si quis antiquam virtutis semitam institerit, egregium aliquid dixerit vel fecerit, non laudem iam & amorem adipiscatur, sed propter morum differentiam, eruditionisque elegantiam, odium habeat & maledicta præmium deportet. Ferenda hæc iniuria esset, si morbo fieret aut insania, nunc scæuitas est quæ eos agitat, & inuidentia; qua equidem effecerunt, vt docti viri, & iuuandis litteris nati, cessare cæperint,*

perint, & manum ab his talibus abstinere. Si sic pergetur, quid tandem fiet? Intercident libri & peribunt. Ceterum, Viri Clarissimi, cum vos inter primos iudicem, qui rem litterariã, ac bonã mentis amatores, amant & tuentur, simul vt veri mei erga vos monumentum amoris appareat, hunc vobis librum dicare decreui. Et mediusfidius vellem maiore aliquo munere me vobis approbare possem: quod quoniam impræsentiarum negatum est, volui saltim hoc libro, iam antea quidem ab Illustrissimo D. Iosepho Scaligero emendato & illustrato, nunc autem me curante, plurimis in locis aucto denuoque edito. Cui & ego paucas Notas adieci: quod non feciſſem, nisi aliis aliter visum fuisset, cum quibus super hac re contentionis funem ducere nefas putaui. Datum est ergo hoc eorum voluntati, datum aliorum vtilitati, vt & ego clueam, τ λιποτάπων ληρῶν συγκολλητὴς. *Quas quidem præ aliis, ea causa quam dixi, committere placuit* VV. C. *vobis,*

quibus est amor & prudentia iuxta,
Et labor in studiis semper celebratus inhærer.

Valete feliciter. Lugduni Batauorum.

III. *Idus Martij.*

Vestri nominis diligens cultor,

FRIDERICVS LINDENBRVCH.

CLA-

CLARISS. VIRO IACOBO CVIACIO IVRISCOS. IOSEPHVS SCALIGER IVLII CÆS. FIL. S. D.

CVM vna Lugduni essemus, Iacobe Cuiaci, vir clarissime & eruditissime, & variis inter nos sermonibus de hisce meis in Appendicem Virgilianam lucubrationibus vltro citroque inter nos agitatum esset: tandem eo res deducta est, vt propter eas, quas olim obiici mihi meminissem, rationes vel differenda, vel prorsus non præcipitanda earum mihi videretur editio. Tu vero ibi contra me hortari, timido calcar addere, diffidentem, ac prorsus omni spe deiectum erigere, denique illa tua, qua ante omnes mortales plurimum apud me potes, auctoritate confirmare. Quibus rationibus hanc editionis necessitatem a me deprecatus sim, quibus tu contra machinis de illa animi pertinacia, quo tanquam vnico subrustici pudoris mei præsidio fretus eram, me deie-

 ceris,

ceris, non alienus hic differendi locus videbatur: quod honesta ratio esset, cum ei sententiæ subscribere mihi necesse esset, cuius tu auctoritatem non defugeres, in auctore meo laudando eas potissimum causas adferre, quæ fidem apud homines facerent, illa exhortatione tua propositum potius meum expugnatum, quam modestiam oppugnatam fuisse. Omnibus enim sane testatum volo, quanti te faciam, cum aduersus iudicium meum tibi hac in re parierim. Neminem tamen ignorare volo, quantum tenuitatis meæ mihi conscius sim, qui me hoc libello traducere veritus sim. Diuersi enim, vt scis, iudiciorum & ingeniorum gustus, proinde vt & varij disciplinarum sapores. Neque enim omnibus Poetica placent; siue id naturæ adscribendum putes, quod ab omni literarum cultu refugiant sordida & obsoleta ingenia: siue infelicitati cuidam, quia sero ad eas disciplinas se contulerit castigatus ac moderatus animus. Neque omnes libertatem Poetarum in argumentis, petulantiam in verbis ferunt. si propter improbitatis odium, laudo. si, vt præsentes hominum mores, ex moribus Veterum iudicent, ac vt nostros carpant, suos iactitent, næ infelices homines, qui aut ea scripta culpent, quæ ipsi non intelli-

telligunt: aut de iis rebus palam contendere audeant, quas sapienter dissimulasse melius fuit, quam inepte, ac inutiliter notauisse. Hæc pluribus verbis mihi præfanda erant: plena de his instituenda fuit defensio. idque vt facerem, non alia, quam ea, de qua modo indicaui, caussa præcipua fuit: pudor primum, cuius integram existimationem aduersus publicationem quorundam Poematum, quæ in horum Catalectorum censu conscripta castorum hominum ingenuas aures violare possent, integram, ac saluam constare mihi volo: deinde modestia, cum omnium veterum codicum ope destitutus tot desperatis veterum Poetarum vulneribus aliquid opis me adferre posse confisus sim. Sed si quos offendit obscænitas, proponant sibi paupertinam Latini sermonis supellectilem: mirentur malas linguas aliquando bene dicere. Sin vero eos offendit labor, ac conatus noster, ij, non si aliquid à me non bene dictum sit, culpent, sed se melius dicere posse ex eo cognoscant, quod me male dixisse prius deprehenderint. Cum hæc omnia, doctissime Cuiaci, quod tacite pertentarēt conscium pudorem meum, palam vero diffidentiam non sine aliquo mentis motu proderent, fusius, & apertius testanda mihi esse apud omnes censerem:

rem: eius rei mihi copiam interceptam, & instituti mei exponendi occasionem mihi ereptam esse doleo. Scis enim, vt hodie repentino nuncio in Germaniam proficiscendi mihi necessitas imposita sit. Quo facto, magis huius infelicissimi libri solitudinem deplorem, quem ab omni defensione nudum, ac destitutum relinquo: an absentiam tuam conquerar, quæ me omnibus suauissimi congressus tui fructibus priuauit, nescio. Certe siue hæc, siue illa dolendi causa est, vtraque ex absentia tua nata est. Neque quidquam aliud mihi acerbius contigisse certo scio, quam hoc discidium nostrum. Accipe igitur hunc librum, qui te solum spectat, te solum intuetur, in te vno omnes spes innocentiæ suæ sitas ac collocatas habet. Ne grauare si tuis auspiciis se tollere audet, si te auctorem laudat, si te patronum, si defensorem parat. te enim auspice, te auctore, te hortatore in lucem prodit. Esto hoc pignus mei in te amoris, & obseruantiæ: esto absentiæ nostræ præsentia, remotissimorum corporum fidissima coniunctio, dum interim ego tui desiderium ferre non possum. Vale, Lugduni. xi. Kal. Septembris.

PVB. VIRGILII MARONIS CVLEX,

AD OCTAVIVM.

LVSIMVS, Octaui, gracili modulante Thaleia: [orsum.
Atque vt araneoli tenuem formauimus,
Lusimus: hac propter Culicis sint carmina dicta, [ordo,
Omnis & historiæ per ludum consonet
Notitiaque Ducum voces: licet inuidus adsit,
Quisquis erit culparé locos, Musamque paratus
Pondere vel Culicis leuior, famaque feretur.
Fosterius graniore sono tibi Musa loquetur
Nostra: dabunt cum securos mihi tempora fructus:
Vt tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
Latonæ, magnique decus Iouis, aurea proles
Phœbus erit nostri princeps, & carminis auctor,
Et recinente lyra fautor: sine educat illum
Alma Chimæræo Xanthus perfusa liquore,
Seu nemus Asteriæ, seu quæ Parnassia rupes
Hinc, atque hinc patula præpandit cornua fronte,
Castaliæque sonans liquido pede labitur vnda,
Quare Pierij laticis decus ite sorores
Naiades, & celebrate Deum plaudente choreæ,
Et tibi sancta Pales, ad quam ventura recurrit
Agrestum bona cura, sequi sit cura tenentis
Aereos nemorum tractus, siluasque virentes.

Te cultrice vagus saltus feror inter, & astra.
At tu, cui meritis oritur fiducia chartis,
Octaui venerande, meis allabere cœptis.
Sancte puer: tibi namque canit non pagina bellum,
Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus:
Nec Centaureos Lapithas compellit in enseis:
Vrit Erichthonias Oriens non ignibus arces,
Non perfossus Athos, nec magno vincula Ponto
Iacta, meo quærent iam sera volumine famam:
Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Græcia cum timuit venientes vndique Persas:
Mollia sed tenui pede currere carmina versu
Viribus apta suis Phœbo duce ludere gaudet.
Et tu sancte puer venerabilis, & tibi certet
Gloria perpetuum lucis mansura per æuum:
Et tibi sede pia maneat locus, & tibi sospes
Debita felicem memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens. sed nos ad cœpta feramur.

Igneus ætherea iam Sol penetrarat in arces,
Candidaque aurato quatiebat lumina curru,
Crinibus & roseis tenebras Aurora fugarat.
Propulit e stabulis ad pabula læta capellas
Pastor, & excelsi montis iuga summa petiuit:
Lurida qua patulos velabant gramina colles.
Iam siluis, dumisque vagæ iam vallibus abdunt
Corpora: iamque omni celeres e parte vagantes
Scrupea deserta perrepunt ad cana rupis.
Tondentur tenero viridantia gramina morsu,
Pendula protectis carpuntur & arbuta ramis,
Densaque virgultis auide labrusca petuntur.
Hæc suspensa rapit carpente cacumina morsu
Vel salicis lentæ, vel quæ nouæ nascitur almus

Hæc

Hæc teneras fruticum sentes rimatur: at illa
Imminet in riui præstantis imagine vndam.
O bona pastoris, si quis non pauperis vsum
Mente prius docta fastidiat, & probet illa
Omnia luxuriæ pretiis incognita curis,
Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes;
Si non Assyrio fuerint bis lanea colore
Attalicis opibus data vellera: si nitor auri
Sublaqueare domus animum non tangit euarum:
Picturæque decus, lapidum nec fulgor in vlla
Cognitus vtilitate manet: nec pocula gratum
Alconis referent, Bætique toreuma: nec Indi
Conchea bacca maris pretio est: at pectore puro
Sæpe super tenero prosternit gramine corpus
Florida cum tellus gemmantes picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arua:
Atque illum calamo lætum recinente palustri,
Otiaque inuidia degentem, ac fraude remota,
Pollentemque sibi viridi cum palmite lucens
Vitea pampineo subter coma velat amictu.
Illi sunt grata rorantes lacte capellæ,
Et nemus, & fœcunda Pales, & vallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior æuo,
Quam qui mente procul pura, sensuque probandi
Non auidas agnouit opes, non tristia bella,
Nec funesta timet valida certamina classis?
Non, spoliis dum sancta Deum fulgentibus ornet
Templa, vel euectus finem transcendat habendi,
Aduersum sæuis vltro caput hostibus offert.
Illi falce Deus colitur, non arte politus:
Ille colit lucos: illi Panchaica thura,

Floribus agrestes herbæ variantibus adsunt:
Illi dulcis adest requies, & pura voluptas,
Libera simplicibus curis: huc imminet, omneis
Dirigit huc sensus: hæc cura est subdita cordi,
Quolibet vt requie victu contentus abundet,
Iucundoque locet languentia corpora somno.
O pecudes, o Panes, & o gratissima Tempe
Fontis Hamadryadum: quarum non diuite cultu
Aemulus Ascræo pastor sibi quisque poetæ
Securam placido traducit pectore vitam.
Talibus in studiis baculo dum nixus apricas
Pastor agit curas, & dum non arte canora
Compacta solidum modulatur arundine carmen:
Tendit ineuectus radios Hyperionis ardor,
Lucidaque æthereo ponit discrimina mundo,
Qua iacit Oceanum flammas in vtrunque rapaces.
Et iam compellente vagæ pastore capellæ
Ima susurrantis repetebant ad vada lymphæ,
Quæ subter viridem residebant cærula muscum.
Iam medias operum parteis euectus erat Sol,
Cum densas pastor pecudes cogebat in vmbras:
Vt procul adspexit luco residere virenti,
Delia Diua, tuos quo quondam victa furore
Venit Nyctileum fugiens Cadmæis Agaue
Infandas scelerata manus e cæde cruenta:
Quæ gelidis bacchata iugis requieuit in antro,
Posterius pœnam gnati se morte futuram.
Hic etiam viridi ludentes Panes in herba,
Et Satyri Dryadesque choros egere puellæ,
Naiadum cœtu. tantum non Orpheus Hebrum
Restantem tenuit ripis, siluasque canendo:
Quantum te Peneu remorantem dia chorea,

Multa tibi læto fundentes gaudia vultu
Ipsa loci natura donum resonante susurro
Queis dabat, & dulci fessas refouebat in vmbra.
Nam primum prona surgebant valle patentes
Aereæ platanus: inter quas impia Lotos,
Impia, quæ socios Ithaci mærentis abegit,
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curru proiectus equorum
Ambustos Phaethon luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexæ brachia truncis
Candida fundebant tentis velamina ramis:
Posterius cui Demophoon æterna reliquit
Perfidiam lamentandi mala perfida multis.
Quam comitabantur fatalia carmina quercus:
Quercus ante datæ Cereris quam semina, vitæ:
Illas Triptolemi mutauit sulcus aristis.
Hic magnum Argoæ nauis decus edita pinus
Proceras decorat siluas hirsuta per artus.
Appetit aereis contingere montibus astra
Ilicis & nigræ species, & læta cupressus:
Vmbrosæque manent fagus, ederæque ligantes
Brachia, fraternos plangat ne populus ictus:
Ipsæque excedunt ad summa cacumina lentæ,
Pinguntque aureolos viridi pallore corymbos:
Queis aderat veteris myrtus non nescia fati.
At volucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonantia cantus.
His suberat gelidis manans e fontibus vndas
Quæ leuibus placidum riuis fonat orta liquorem.
Et quanquam geminas auium vox obstrepit aures,
Hanc querulæ referunt voces, queis nantia limo
Corpora lympha fouet: fontis alit aeris Echo:

Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa passim fossa cubuere capellæ,
Excelsisque super dumis: quas leniter adflans
Aura susurrantis possit confundere venti.

Pastor, vt ad fontem densa requieuit in vmbra,
Mitem concepit praiectus membra soporem,
Anxius insidijs nullis; sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem;
Ni fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum voluens ad tempus tractibus iisdem
Immanis vario maculatus corpore serpens,
Mersus vt in limo magno subsideret æstu,
Obuia vibrantis carpens grauis æra lingua,
Squamosos late torquebat motibus orbes.
Tollebant aurea venientis ad omnia visus.
Iam magis atque magis corpus reuolubile voluens
Attollit nitidis pectus fulgoribus, & se
Sublimi ceruice rapit; cui crista superne
Edita purpureo lucens maculatur amictu,
Adspectuque micant flammantia lumina torno.
Metabat sese circum loca, cum videt ingens
Aduersum recubare ducem gregis. atrior instat.
Lumina diffundens intendere, & obuia torno
Sæpius arripiens infingere quod sua quisquam
Ad vada venisset: natura comparat arma:
Ardet mente: furit stridoribus: intonat ore:
Flexibus euersis torquetur corporis orbis:
Manant sanguinea per tractus vndique gutta:
Spiritibus rumpit fauces: cui cuncta parauit
Paruulus hunc prior humorib. conterret alumnus,
Et mortem vitare monet per acumina, namque

Qua

Qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
Hac leuioris erat naturæ pupula telo
Icta leui. tum prosiluit furibundus, & illum
Obtritum morti misit: cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensus. tum torua tenentem
Lumina respexit serpentem cominus: inde
Impiger, exanimis, vix compos mente refugit,
Et validum dextra truncum detraxit ab orno:
Qui casus sociaret opem, numenve Deorum.
Nanque ille dederitne viam casusve, Deusve,
Prodere sit dubium: voluit sed vincere taleis.
Horrida squamosi voluentia membra draconis,
Atque reluctantis crebris, fœdeque petentis
Ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristam:
Et quod erat tardus, omni languore remoto,
Nescius adspiciens timor obcæcauerat artus:
Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
Quem postquam vidit cæsum languescere, sedit.
Iam quatit, & biiuges oriens Erebo cit equos nox,
Et piger aurato procedit Vesper ab OEta,
Cum grege compulso pastor duplicantibus vmbris
Vadit, & in fessos requiem dare comparat artus:
Cuius vt intrauit leuior per corpora somnus,
Languidaque effuso requierunt membra sopore:
Effigies ad eum Culicis deuenit, & illi
Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis.
Inquit, quid meritus, ad quæ delatus acerbas
Cogor adire vices? tua dum mihi carior ipsa
Vita fuit vita, rapior per inania ventis:
Tu lentus refoues iucunda membra quiete,
Ereptus tetris e cladibus: at mea Manes
Viscera Lethæas cogunt transnare per vndas:

Præda Charontis agor. viden' vt flagrantia tedis
Lumina collucent infestis omnia templis?
Obuia Tisiphone, serpentibus vndique compta,
Et flammas, & sæua quatit mihi verbera pœna:
Cerberus, & diris flagrant latratibus ora:
Anguibus hinc atque hinc horrent cui colla reflexis,
Sanguineique micant ardore luminis orbes.
Heu quid ab officio digressa est gratia, cuni te
Restitui superis lethi iam lumine ab ipso?
Præmia sunt pietatis vbi? pietatis honores
In vanas abiere vices: & rure recessit
Iustitiæ prior illa fides: instantia vidi
Alterius, sine respectu mea fata relinquens.
Ad parileis agor euentus: sit pœna merenti,
Pœna sit exitium: modo sit dum grata voluntas,
Existat par officium: ferox unde carpens,
Auia Cimmerios inter distantia lacos
Quem circà tristes densentus in omnia pœnæ
Nam vinctus sedet immanis serpentibus Otos,
Deuictum mœstus procul adspiciens Ephialten,
Conati quondam cum sint incendere mundum.
Et Tityos Latona tuæ memor anxius iræ,
Implacabilis ira nimis, tacet alitis esca.
Terreor a tantis insistere, terreor Vmbris
Ad Stygias reuocatus aquas. vix vltimus annus
Restat, nectareas Diuum qui prodidit escas,
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid, saxum procul aduerso qui monte reuoluit,
Contempsisse dolor quem Numina vincit acerbus,
Otia quærentem frustra? vos ite puellæ.
Ite, quibus tedas accendit tristis Erinnis,
Sicut Hymen præfata dedit connubia mortis:

Atque

Atque alias alio denſat ſuper agmine turmas,
Impietate fera vecordem Colchida matrem
Anxia ſollicitis meditantem vulnera gnatis:
Iam Paudionias miſeranda prole puellas,
Quarum vox Ityn, & Ityn, quod Biſtonius Rex,
Orbus Epops maret volucreis euectus in auras.
At diſcordantes Cadmæo ſanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infeſtaque vulnera corpus
Alter in alterius: iamque aduerſatus vterque
Impia germani manat quod ſanguine dextra.
Eheu, mutandus nunquam labor: auferor vltra
In diuerſa magis: diſtantia Numina cerno:
Elyſiam trauandus agor delatus ad vndam.
Obuia Perſephone comites Heroïdas vrget
Aduerſas perferre faces: Alceſtis ab omni
Inuiolata vacat cura, quod ſæua mariti
Ipſa ſuis fatis Admeti fata morata eſt.
Ecce Ithaci coniux ſemper decus, Icariotis
Femineum incorrupta decus manet, & procul illam
Turba ferox immenſis telis confixa procorum.
Quin miſera, Eurydice tanto maiore receſſit,
Pœnaque reſpectus, & nunc manet Orpheus in te.
Audax ille quidem, qui mitem Cerberon vnquam
Credidit, aut vllis Ditis placabile nutum:
Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus vndis,
Nec maſta obtentu diro, & ferrugine regia,
Defoſſaſque domos, ac Tartara nocte cruenta
Obſita, nec facilis Ditis ſine iudice ſedes,
Iudice, qui vitæ poſt mortem vindicat acta:
Sed fortuna valens audacem fecerat Orphea:
Iam rapidi ſteterant amnes, & turba ferarum
Blanda voce ſequax regionem inſederat Orphei:

Iamque imam viridi radicem mouerat alte.
Quercus humo, steterantque amnes, siluæque sonoræ,
Sponte sua cantus rapiebant cortice amara.
Labentes biiuges etiam per sidera Luna
Preßit equos: & tu currenteis menstrua virgo
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
Hæc eadem potuit Ditis te vincere coniux,
Eurydicenque vltro ducendam reddere: non fas,
Non erat in vitam Diuæ exorabile numen.
Illa quidem nimium Manes experta seueros
Præceptum signabat iter: nec rettulit intus
Lumina, nec Diuæ corrupit munera lingua.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu;
Oscula cara petens rupisti iussa Deorum.
Dignus amor venia, paruum si Tartara nossent
Peccatum ignouisse: sed & vos sede piorum,
Vos manet Heroum contra manus: hic & vterque
AEacides. Peleus nanque, & Telamonia virtus
Per secura patris lætantur numina, quorum
Connubiis Venus, & virtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit serua: ast illum Nereis amauit.
Aßidet hac iuuenis, sociat quem gloria, fortis,
Acer, inexcussus, referens a nauibus igneis.
Argolicis Phrygios torua feritate repulsos.
O quis non referat talis diuortia belli,
Quæ Troiæ videre viri, videreque Graij?
Teucria cum magno manaret sanguine tellus,
Et Simois, Xanthique liquor, Sigæaque præter
Litora, cum Troes sæui vos Hectoris ira
Videre in classeis inimica mente Pelasgas
Vulnera, tela, neces, igneis inferre paratos.
Ipsa iugis nanque Ida potens feritatis, & ipsa

AEqua faces altrix cupidis præbebat alumnis,
Omnis vt in cineres Rhœtei litoris ora
Classibus ambustis flamma superante daretur.
Hinc erat oppositus contra Telamonius heros,
Obiectoque dabat clypeo certamina: & illinc
Hector erat Troia summum decus: acer vterque,
Fulminibus cælo veluti fragor editus alto:
Ignibus hic telisque super, si classibus Argos
Eripiat reditus: ille vt Vulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus instet.
Hoc erat AEacides alter latatus honore:
Dardaniaque alter fuso quod sanguine campis
Hector eo victor lustrauit corpore Troiam.
Rursus acerba fremunt, Paris huic quod letbat, & huius
Alma dolis Ithaci virtus quod concidit icta.
Huic gerit auersos proles Laertia vultus,
Et iam Strymonij Rhesi, victorque Dolonis
Pallade iam latatur ouans, rursusque tremiscit
Iam Ciconas, iam iamque horrent Læstrigonas atros.
Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis,
AEtnæusque Cyclops: illum metuenda Charybdis,
Pallentesque lacus, & squalida Tartara terrent.
Hic & Tantalei generis decus amplus Atrides
Aßidet, Argiuum lumen: quo flamma regente
Doris Erichthonias prostrauit funditus arces.
Reddidit heu, grauius pœnas tibi Troia ruenti;
Hellespontiacis obiturus reddidit vndis.
Illa vices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam propria fortuna munere diues
Iret ineuectus cælum super omne: propinquo
Frangitur inuidia telo decus. ibat in altum
Vis Argoa petens patriam, ditataque præda

Arcis

Arcis Erichthoniæ: comes huic erat aura secunda
Per placidum cursu pelagus: Nereïs ad undas
Signa dabat: pars inflexis super acta carinis,
Cum seu cælesti fato, seu sideris ortu
Vndique mutatur cæli nitor: omnia ventis,
Omnia turbinibus sunt anxia. iam maris vnda
Sideribus certat consurgere: iamque superne
Corruere & Solis, & sidera cuncta minantur,
Ac venit in terras cæli fragor. hoc modo lætum
Copia nunc miseris circundatur anxia fatis,
Immorituraque super fluctus, & saxa Caphareï,
Euboicas & per cautes Heræaque latè
Litora, cum Phrygiæ passim vagæ prædæ peremptæ
Fluctuat omnis in æquoreo idem naufraga tractu.
Hic alij sidunt pares virtutis honore
Heroes, mediisque siti sunt sedibus omnes,
Omneis Roma decus magni quos suscipit orbis.
Hic Fabij, Deciique: hic est & Horatia virtus:
Hic & fama vetus nunquam moritura Camillæ:
Curtius & medijs quem quondam sedibus vrbis
Deuotum bellis consumsit gurgitis haustus:
Mucius & prudens ardorem corpore passus,
Legitime cessit cui fracta potentia Regis.
Hic Curius claræ socius virtutis, & ille
Flaminius, deuota dedit qui corpora flammæ.
Iure igitur talis sedes pietatis honorat.
Illi Scipiadæque Duces: deuota triumphis
Mœnia quos rapidos Libycæ Carthaginis horrent.
Illi laude sua vigeant: ego Ditis opacos
Cogor adire lacus, viduos a lumine Phœbi,
Et vastum Phlegethonta pati: quo Maxima Minos
Conscelerata pia discernit vincula sede.

Ergo

Ergo iam cauſſam mortis me dicere vinctæ
Verberibus ſæuo cogunt ab iudice pœnas:
Cum mihi tu ſis cauſſa mali, nec conſcius adſis,
Nec tolerabilibus curis hæc immemor audis:
Quæ tamen, vt vanis dimittens omnia ventis,
Digredior nunquam rediturus: tu cole fonteis,
Et virideis nemorum ſiluas, & paſcua lætus:
Et mea diffuſas rapiantur dicta per auras.
Dixit, & extrema triſtis cum voce receſſit.
Hunc vbi ſollicitum dimiſit inertia vitæ,
Interius grauiter mentem ager: nec tulit vltra
Senſibus infuſum Culicis de morte dolorem,
Quantumcunque ſibi vires tribuere ſenilas,
Queis tamen infeſtum pugnans deuicerat hoſtem:
Riuum propter aquæ viridi ſub fronde latentem,
Conformare locum cœpit impiger: hunc & in orbem
Deſtinat, ac ferri capulum repetiuit in vſum,
Gramineam vt viridi foderet de cæſpite terram.
Iam memor inceptum peragens ſibi cura laborem
Congeſtum cumulauit opus, atque aggere multo
Telluris tumulus formatum creuit in orbem:
Quem circum lapidem læui de marmore formans
Conſerit aſſiduæ curæ memor. hic & acanthus,
Et roſa purpureo creſcit rubicunda colore,
Et violæ omne genus: hic eſt & Spartica myrtus,
Atque hyacinthus: & hic Cilici crocus editus aruo,
Laurus item Phœbi ſurgens decus: hic rhododaphne,
Liliaque, & roris non auia cura marini,
Herbaque thuris opes priſcis imitata Sabina,
Chryſanthuſque, ederæque nitor, pallente corymbo,
Et Bocchus Libyæ Regis memor: hic amaranthus,
Buphthalmuſque virens, & ſemper florida Picris.

Non

Non illinc Narcissus abest: cui gloria formæ
Igne Cupidineo proprios exarsit in artus,
Et quoscunque nouant vernantia tempora flores.
His tumulus super inseritur: tum fronte locatur
Elogium, tacita formæ quod littera voce:
Parue Culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

PVB. VIRGILII MARONIS CEIRIS,

AD MESSALLAM.

Etsi me variis iactatum laudis amore,
Irritaque expertum fallacis præmia vulgi,
Cecropius suaueis exspirans Hortulus auras
Florentis viridi sophiæ complectitur vmbra:
Num mea queret eo dignum sibi quærere carmen?
Longe aliud studium, atque alios accincta labores,
Altius ad magni suspendit sidera mundi,
Et placitum paucis ausit est ascendere collem.
Non tamen absistam cœptum detexere munus:
In quo iure meas vtinam requiescere Musas,
Et leuiter blandum liceat deponere morem.
Quod si mirificum proferre valent genus omnes
Mirificum sæcli, modo sit tibi velle libido,
Si me tam summa sapientia pangeret arce,
Quatuor antiquis quæ hæredibus est data consors,
Vnde hominum errores longe, lateque per orbem
Despicere, atque humileis possem contemnere curas:
Non ego te talem venerarer munere tali.
Non equidem: quamuis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere versum.

Sed

Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,
Debita cum caste soluuntur vota Mineruæ,
Tardaue confecto redeunt Quinquennia lustro,
Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono grauidum prouexit pondere cursum.
Felix ille dies, felix & dicitur annus:
Felices qui talem annum videre, diemque.
Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ:
Magna Gigantæis ornantur pepla tropæis:
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco.
Additur aurata derectus cuspide Typho,
Qui prius Ossæis consternens æthera saxis,
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum.
Tale Deæ velum solenni in tempore portant:
Tali te vellem iuuenum doctissime ritu
Purpureos inter Soles, & candida Lunæ
Sidera, cæruleis orbem pulsantia bigis,
Naturæ rerum magnis intexere chartis:
AEternum sophiæ coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina seclis.
Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes:
Nunc primum teneros firmamus robore neruos.
Hæc tamen interea quæ possumus, in quibus æui
Prima rudimenta, & primos exegimus annos:
Accipe dona meo multum vigilata labore,
Et præmissa tuis non magna exordia rebus.
Impia prodigiis vt quondam exterruit amplis
Scylla nouosque auium sublimis in aere cœtus
Viderit: & tenui conscendens sidera penna
Cæruleis sua tecta superuolitauerit alis.
Hanc pro purpureo pœnam scelerata capillo,

Proque

Proque patris soluens excisa funditus vrbe
Complures illam, & magni Messalla poeta
(Nam verum fateamur: amat Polymneia versum)
Longe alia perhibent mutatam membra figura,
Scyllæum monstra in saxum conuersa vocari.
Illam esse arumnis quam sæpe legamus Vlyssi.
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Deprensos nautas canibus laceraße marinis.
Sed neque Maoniæ hæc patiuntur credere chartæ,
Nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
Nanque alias aliꝰ vulgo finxere puellas:
Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.
Ipsi seu Lamiæ mater sit, siue Cratæis,
Siue illam monstro genuit Persæa biformi,
Siue est neutra parens, atque hoc in carmine toto,
Inguinis est vitium, & Veneris descripta libido:
Siue etiam exactis speciem mutata venenis
Infelix virgo. quid enim commiserat illa?
Ipse pater timidam sæua complexus arena
Coniugium caræ violauerat Amphitrites:
Attamen exegit longo post tempore pœnas:
Vt cum cura sui veheretur coniugis alto,
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum:
Seu vero, vt perhibent, forma cum vinceret omneis,
Et cupidos quæstu paßim spoliaret amantes:
Piscibus, & canibus rabidis vallata repente,
Horribileis circum vidit sibi sistere formas.
Heu quoties mirata nouos expalluit artus!
Ipsa suos quoties heu pertimuit latratus!
Ausa quod est mulier numen fraudare Deorum,
Et dictam Veneri votorum vertere pœnam:

Quam

Quam mala multiplici iuuenum quod septa caterua
Dixerat atque animo meretrix iactata ferarum,
Infamem tali meritorum more fuisse,
Docta Palæphatia testatur voce papyrus.
Quicquid, & vt quisquis tali de clade locutus,
Omnia sint: potius liceat notescere Cirin:
Atque vnam ex multis Scyllam non esse puellis:
Quare & quæ cantus meditanti mittere certos,
Magna mihi cupido tribuistis præmia Diuæ
Pierides: quarum castos altaria postes
Munere sæpe meo inficiunt, foribusque hyacinthi
Deponunt flores: aut suaue rubens narcissus,
Aut crocus alterna coniungens lilia caltha,
Sparsaque liminibus floret rosa. nunc age Diuæ
Præcipue nostro nunc adspirate labori:
Atque nouum aterno prætexite honore volumen.
Sunt Pandionis vicina sedibus vrbes,
Actæos inter colles, & candida Thesei
Purpureis late ridentia litora conchis:
Quarum non vlli fama concedere digna
Stat Megara, Actæi quondam munita labore
Alchatoi, Phœbique, Deus namque adfuit illi:
Vnde etiam cithara voces imitantur acutas:
Sæpe lapis recrepat Cyllenia munera pulsus,
Et veterem sonitu Phœbi testatur honorem.
Hanc vrbem, ante alios, qui tum florebat in armis,
Fecerat infestam populator remige Minos:
Hospitioque seni fuit hippolydosaque victo,
Carpathium fugiens, & flumina Ceratea
Texerat. hunc bello repetens Gortynius Heros
Attica Cretæa sternebat rura sagitta.
Sed neque tunc ciues, neque tunc Rex ipse veretur

Infesto ad muros volitantes agmine turmas
Ducere, & indomita virtute retundere menteis:
Responsum quoniam satis est meminisse Deorum.
Nam capite a summo Regis, mirabile dictu,
Candida cæsaries, florebant tempora lauro,
Et roseus medio fulgebat vertice crinis:
Cuius quam seruata diu natura fuisset,
Tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum,
Concordes stabili firmarunt numine Parcæ.
Ergo omnis caro residebat cura capillo:
Aurea solenni comptum quoque fibula ritu
Mopsopio, tereti nectebat dente cicadæ:
Nec vero hæc vobis custodia vana fuisset,
Nec fuerat: nisi Scylla nouo concepta furore
Scylla patris miseri, patriæque inuenta sepulcrum.
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis.
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
Iratum potuit, quem nec pater, atque auus idem
Iupiter. ille etiam Pœnos domitare leones,
Et validas docuit vires mansuescere tigris.
Ille etiam Diuos, homines, sed dicere magnum est.
Idem tum superis acuebat paruulus iras
Iunonis magnæ, cuius periuria Diuæ
Olim se meminisse diu per iura puellæ
Non vlli licuit: violauerat insciа sedem,
Dum sacris operata Deæ lasciuit, & extra
Procedit longe matrum, comitumque cateruam,
Suspensam gaudens in corpore ludere vestem,
Et tumidos agitante sinus Aquilone relaxans.
Nec dum etiam castos agitauerat ignis honores,
Nec dum sollenni lympha perfusa sacerdos
Rallentis solis caput exornarat oliuæ,

Cum

Cum lapsa e manibus fugit pila, cumque relapsa
Procurrit virgo: quo vtinam ne prodita ludo
Aurea tam gracili soluisset corpora palla
Omnia, quæ retinere gradum, cursumque morari
Possent, vt tecum vellem tua semper haberes:
Non vnquam violata manu sacraria Diuæ,
Iurando infelix nequidquam iura piasses.
Et si quis nocuisse tibi periuria credat,
Caussa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
At leuis ille Deus, cui semper ad vlciscendum
Quæritur ex omni verborum iniuria dicto:
Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium tereti, nimium Tirynthia visu
Virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quæ simul ac venis hausit sitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem:
Sæua velut gelidis Ciconum Bistonis in oris,
Ictaue barbarico Cybeles antistita buxo,
Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.
Non florace Idæo flagrantes picta capillos
Cognita, non teneris pedibus Sicyonia feruans,
Non niueo retinens bacchata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant vestigia cursu:
Sæpe redit patrios ascendere prodita muros:
Aeriasque facit caussam se visere turres.
Sæpe etiam tristeis volues in nocte querelas,
Sedibus ex altis vali speculatur amorem:
Castraque prospectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum nouit: carum nec respicit aurum.
Non arguta sonant tenui psalteria chorda:
Non Libyco molles plauduntur pectine telæ.
Nullus in ore rubor. vbi enim rubor, obstat amori.

Atque vbi nulla malis reperit solatia tantis:
Tabidulamque videt labi per viscera mortem:
Quo vocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
Fertur: & horribili præceps impellitur æstro:
Vt patris ah demens crinem de vertice ferret
Furtim, atque arguto detonsum mitteret hosti.
Nanque hæc conditio miseræ proponitur vnæ.
Siue illa ignorans: quis non bonus omnia malit
Credere, quam scelere tanto damnare puellam?
Heu tamen infelix (quid enim imprudentia prodesi?)
Nisæ pater: cui direpta crudeliter vrbe,
Vix erit vna super sedes in turribus altis,
Fessus vbi extructo possis considere nido.
Tu quoque auis mœriere: dabit tibi filia pœnas.
Gaudete o celeres subnixæ nubibus altis.
Quæ mare, quæ virides siluas, lucosque sonantes
Incolitis: gaudete vagæ, blandæque volucres,
Vosque adeo humani mutatæ corporis artus.
Vos o crudeli fatorum lege puellæ
Dauliades (crudele) venit carissima vobis
Cognatos augens reges, numerumque suorum
Ciris, & ipse pater: vos o pulcherrima quondam
Corpora, cæruleas præuertite in æthera nubes,
Qua nouus ad superum sedes Calcheius, & quæ
Candida concessos ascendat Ceiris honores.

Iamque adeo dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat: vigilumque procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani:
Cum furtim tacito descendens Scylla cubili
Auribus arrectis nocturna silentia tentat:
Et pressis tenuem singultibus æra captat.
Tum suspensa leuans digitis vestigia primis

Egre-

Egreditur: ferroque manus armata bidenti
Euolat: at demptæ subita in formidine vires,
Cæruleas sua furta prius testantur ad vmbras.
Nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulum remoratur, & altum
Suspicit ad culti nutantia sidera mundi,
Non accepta piis promittens munera Diuis.
Quam simul Ogygij Phœnicis filia Charme
Surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit extemplo fessam languore puellam:
Et simul, o nobis sacrum caput, inquit alumna:
Non tibi ne quidquam viridis per viscera pallor
Ægrotas tenui suffudit sanguine venas.
Nec leuis hanc faciem (neque enim pote) cura subegit:
Haud fallor, quod te potius Rhamnusia fallit.
Nam quæ te caussa nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fetus?
Quæ caussa ad patrium solam vigilare cubile:
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
Dic age nunc miseræ saltem, quod sæpe petenti
Iurabas nihil esse mihi, cum mæsta parenti
Formosos circum virgo morerere capillos?
Hei mihi, ne furor ille tuos inuaserit artus,
Ille Arabis Myrrhæ quondam qui cæpit ocellos,
Vt scelere infando, quod nec sinit Adrasteia,
Ladere vtrunque vno studeas errore parentem.
Quod si alio quouis animo iactaris amore:
Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis, vt nullo possim cognoscere signo:
Sin concessus amor noto te macerat igne,

Per tibi Dictynnæ præsentia numina iuro,
Prima Deum quæ te mihi dulcem donat alumnam,
Omnia me potius digna, atque indigna laborum
Millia visuram, quam te tam tristibus istis
Sordibus, & scoria patiar tabescere tali.
Hæc loquitur: mollique vt se velauit amictu,
Frigidulam iniecta circumdat veste puellam,
Quæ prius in tenui steterat succincta corona.
Dulcia deinde genis roranti bus oscula figens,
Persequitur miseræ causas exquirere taleis.
Nec tamen ante vllas patitur sibi reddere voces,
Marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
Illa autem, quid nunc me, inquit, nutricula torques?
Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus vror amore,
Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus,
Nec genitor cordi est: vltro namque odimus vmnes.
Nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
In quo falsa tamen lateat pietatis imago:
Sed media ex acie, mediis ex hostibus. heu,
Quid dicam? quove ipsa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem: quoniam quid tu tibi dicere nutrix
Non finis? extremum hoc munus morientis habeto.
Ille vides, nostris qui mœnibus assidet hostis,
Quem pater ipse Deum sceptri donauit honore,
Cui Parcæ tribuere nec vlla vulnere læsi:
Dicendum est, frustra circumuehor omnia verbis.
Ille mea, ille idem oppugnat præcordia Minos.
Quod te per Diuum crebros obtestor amores,
Perque tuum memoris hausturn mihi pectus alumnæ,
Vt me si seruare potes, ne perdere malis.
Sin autem optatæ spes est incisa salutis,

Ne mihi, quam merui inuideas nutricula mortem.
Nam nisi te nobis malus, o malus optima Charme,
Ante hunc conspectum casusve, Deusve tulisset:
Aut ferro hoc (aperit ferrum quod veste latebat)
Purpureum patris dempsissem vertice crinem,
Aut mihi praesenti peperissem vulnere lethum.
Vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
Intonsos multo deturpat puluere crineis,
Et grauiter questu Charme complorat anili.
O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum nostra Minos inimice senecta
Semper: & aut olim nata o te propter eundem,
Aut amor insanae luctum portauit alumnae.
Tene ego tam longe capta atque auecta nequiui,
Tam graue seruitium, tam duros passa labores,
Effugere, vt sistam exitium crudele meorum?
Iam iam nec nobis ea quae senioribus, vllam
Copia viuendi vitae genus. vt quid ego amens
Te erepta o Britomarti, meae spes vna salutis,
Te Britomarti diem potui producere vitae?
Atque vtinam Cereri, nec tantum grata Dianae
Venatus esses virgo sectata virorum,
Cnosia neu Partho contendens spicula cornu
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
Nunquam tam obnixe fugiens Minois amores,
Praeceps aereis specula de montibus isses:
Vnde alij fugisse ferunt, & numina Phocae
Virginis assignant: alij quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
Sint haec vera velim: mihi certe gnata peristi.
Nunquam ego te summo volitantem in vertice montis
Hyrcanos inter comites, agmenque ferarum

Conſpiciam, nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum hæc tum nobis grauia, atque indigna fuere,
Tum mea alumna, tui cum ſpes integra maneret:
Et vox iſta meas nondum violauerat aureis.
Tene etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Tene o ſola meæ viuendi cauſſa ſenectæ?
Sæpe tuo dulci nequidquam capta ſopore,
Cum premeret natura, mori me velle negaui,
Vt tibi Corycio glomerarem flamea luto.
Quo nunc me infelix, aut quæ me Numina ſeruant?
An neſcis qua lege patris de vertice ſummo
Edita candenteis prætexat purpura canos?
Quæ tenui patriæ ſpes ſit ſuſpenſa capillo?
Si neſcis, aliquam poſſum ſperare ſalutem:
Inſcia quandoquidem ſcelus es conata nefandum.
Sin eſt, quod metuo: per me, meq alumna, tuumque
Expertum multis miſeræ mihi rebus amorem,
Per me, & ſacra precor per flumina Ilithyiæ,
Ne tantum in facinus tam nulla mente ſequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
Flectere Amor: neque ſit cum Diis contendere noſtrum:
Sed patris incolumi potius te nubere regno,
Atque aliquos tamen eſſe velis tibi, alumna Penateis:
Hoc vnum exitio docta, atque experta monebo.
Quod ſi non alia poteris ratione parentem
Flectere: ſed poteris (quid enim non vnica poſſis?)
Tunc potius tamen ipſa, pio cum iure licebit,
Cum facti cauſſam, tempuſque doloris habebis:
Tunc potius conata tua, atque incepta referto.
Meque, Deoſque tibi comites, mea alumna, futuros,
Polliceor: nihil eſt quod texas ordine longum.
His vbi ſollicitos animi releuauerat æſtus

Vocibus,

Vocibus, & blanda pectus spe vicerat ægrum:
Paullatim tremebunda genis obducere vestem
Virginis & placidam tenebris captare quietem,
Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo,
Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manum, assiduis mulcens præcordia palmis,
Noctem illam sic mœsta super morientis alumnæ
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
Postera lux vbi læta diem mortalibus almum,
Et gelido veniens mani quatiebat ab OEta,
Quem pauidæ alternis fugitant, optantque puellæ:
Hesperium vitant, optant ardescere Solem.
Præceptis paret virgo nutricis, & omneis
Vndique conquirit nubendi sedula causſas.
Tentantur patriæ summissis vocibus aures,
Laudanturque bonæ pacis bona: multus inepta
Virginis insolito sermo nouus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit,
Communemque timere Deum: nunc Regis amicos,
(Nanque ipso verita est orbari mœsta parente)
Cum Ioue communeis qui quondam habuere nepotes.
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Inuenit, & Diuum terret formidine ciueis:
Nunc alia ex aliis, nec desunt, omina quærit:
Quinetiam castos ausa est corrumpere vates:
Vt, cum cæsa pio cecidisset victima ferro,
Essent, qui generum Minoa auctoribus exstis
Iungere, & ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix patula componens sulfura testa,
Narcissum, casiamque herbas incendit olenteis:
Terque nouena ligat triplici diuersa colore
Fila: ter in gremium mecum, inquit, despue virgo,

Despue ter virgo. numero Deus impare gaudet.
Hinc magno generata Ioui frigidula sacra,
Sacra nec Idais senibus, nec cognita Graiis.
Pergit Amyclæo spargens altaria thallo,
Regis Iolchiacis animum defigere votis.
Verum vbi nulla mouet stabilem fallacia Nisum,
Nec possunt homines, nec possunt flectere Diui:
Tanta est in paruo fiducia crine cauendi:
Rursus ad inceptum sociam se adiungit alumna,
Purpureumque parat rursus tondere capillum,
Cum longo quod iam captat succurrere amori,
Non minus illa tamen reuehi, quod mœnia crescant,
Gaudeat: & cineri patriæ est iucunda sepulto.
Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma Sidonio florens succiditur ostro:
Tum capitur Megara, & diuum responsa probantur:
Tum suspensa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare cæruleum trahitur Nesæa virgo.
Complures illam Nymphæ mirantur in vndis:
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
Et cupidas secum rapiens Galatea sorores:
Illa etiam, iunctis magnum quæ piscibus aquor,
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothoe, paruusque Dea cum matre Palamon.
Illi etiam alternas sortiti viuere luces,
Cara Iouis soboles, magnum Ioüs incrementum,
Tyndaridæ niueos mirantur virginis artus.
Has adeo voces, atque hæc lamenta per auras
Fluctibus in mediis questu voluebat inani,
Ad cælum infelix ardentia lumina tollens,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.
Supprimite o paullum turbati flamina venti,

Dum

Dum queror: & Diuos, quanquam nil teſtibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego, vos adeo venti teſtabar, & auræ:
Vos Numantina ſi qui de gente venitis,
Cernitis. illa ego ſum cognato ſanguine vobis
Scylla, quod ah ſalua liceat te dicere Procne.
Illa ego ſum Niſi pollentis filia quondam:
Certatim ex omni petiit quam Græcia regno,
Qua curuus terras amplectitur Helleſpontus:
Illa ego ſum Minos, ſacrato fœdere coniux
Dicta tibi: tamen hæc, & ſi non accipis audis.
Vinctane tam magni tranabo gurgitis vndas?
Vincta tot aſſiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio poſſum contendere dignam
Supplicio: quod ſic patriam caroſque Penates
Hoſtibus immitique addixi ignara tyranno.
Verum eſt hoc, Minos. illos ſcelerata putaui,
Si noſtra ante aliquis nudaſſet fœdera caſus,
Facturos: quorum direptis mœnibus vrbis,
O ego crudelis flamma delubra petiui:
Te vero victore prius vel ſidera curſus
Mutatura ſuos quam te mihi talia captæ
Facturum metui. iam iam ſcelus omnia vincit.
Ten' ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten' ego? nec mirum, vultu decepta puella
Vt vidi, vt perij! vt me malus abſtulit error!
Non equidem ex iſto ſperaui corpore poſſe
Tale malum naſci: forma, vel fidere ſallor.
Non me deliciis commouit regia diues,
Diues coralio fragili, & lacrymoſo electro,
Me non florentes æquali corpore Nymphæ,
Non metus incenſam potuit retinere Deorum.

OMNIA vincit amor. quid enim non vinceret ille?
Nec mihi iam pingui ſudabunt tempora myrrha,
Pronuba nec caſtos accendet pinus odores,
Nec Libys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.
Magna queror. nec & illa quidem communis alumna
Omnibus iniecta tellus tumulauit arena.
Mene inter comites, ancillarumque cateruas,
Mene alias inter famularum munere fungi,
Coniugis atque tuæ, quæcunque erit illa, beatæ
Non licuit grauidos penſo deuoluere fuſos?
At belli ſaltem captiuam lege necaſſes.
Iam feſſæ tandem fugiunt de corpore vires,
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit.
Marmorea adductis labaſcunt brachia nodis.
Æquorei piſces, immania corpora Ponti,
Vndique conueniunt, & glauco in gurgite circum
Verbere caudarum, atque oris minitantur hiatu.
Iam tandem caſus hominum, iam reſpice Minos,
Sit ſatis hoc, tantum ſolam vidiſſe malorum:
Vel fato fuerit nobis hæc debita peſtis,
Vel caſu incepto, merita vel denique culpa.
Omnia nam potius, quam te læſiſſe putabo.
Labitur interea reuoluta ab litore claſſis;
Magna repentino ſinuantur lintea Coro,
Flectitur in viridi remus ſale, languida feſſæ
Virginis in curſu moritur querimonia longo.
Deſerit angustis incluſum faucibus Iſthmon,
Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi,
Præterit abruptas Scironis protinus arceis,
Infeſtumque ſuis diræ teſtudinis exit
Spelæum, multoque cruentas hoſpite cautes.
Iamque adeo tutum longe Piræea cernit,

Et

Et notas ſecum heu fruſtra, reſpectat Athenas.
Iam procul e fluctu Minoia reſpicit arua,
Florenteiſque videt iam Cycladas hinc Strophadaſque:
Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermiona.
Linquitur ante alias longe gratiſſima Delos
Nereidum matri, & Neptuno Ægæo.
Proſpicit incinctam ſpumanti litore Cythnon,
Marmoreamque Paron, viridemque allapſa Donyſam,
Æginamque ſimul, ſementiferamque Seriphum.
Fertur, & incertis iactatur ad omnia ventis.
Cymba velut magnas ſequitur cum paruula claſſes,
Afer & hiberno bacchatur in æquore turbo:
Donec tale decus formæ vexauit, & ægros
Non tulit, & miſeros mutauit virginis artus,
Cæruleo pollens coniunx Neptunia regno.
Sed tamen externam ſquamis veſtire puellam,
Infidoſque inter teneram committere piſceis
Non ſtatuit. nimium eſt auidum pecus Amphitrites.
Aereis potius ſublimem ſuſtulit alis,
Eſſet vt in terris facti de nomine Ciris,
Ciris Amyclæo formoſior anſere Ledæ.
Ac velut in niueo tenera cum primitus ouo
Effigies animantis & internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta calore:
Sic liquido Scyllæ circumfuſum æquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant, atque vndique mutabantur.
Oris honos primum, & multis optata labella,
Et patulæ frontis ſpecies concreſcere in vnum
Cæpere, & gracili mentum producere roſtro.
Tum qua ſe medium capitis diſcrimen agebat,
Ecce repente velut patrios imitatus honores

Purpuream concussit apex in vertice cristam.
At mollis varios intexens pluma colores
Marmoreum volucri vestiuit tegmine corpus,
Lentaque perpetuas fuderunt brachia pennas,
Inde alias partes, minioque infecta rubenti
Crura nouamque aciem obduxit squalida pelli,
Et pedibus teneris vngues confixit acutos:
Et tamen hoc demum miserae succurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Nunquam illam posthac oculi videre suorum
Purpureas flauo retinentem vertice vittas:
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo,
Nulla illam sedes. quid enim iam sedibus illis?
Quae simul vt sese cano de gurgite velox
Cum sonitu ad caelum stridentibus extulit alis,
Et multum late dispersit in aequore rorem:
Infelix virgo nequidquam morte recepta
Incultum solis in rupibus exigit aeuum,
Rupibus, & scopulis, & litoribus desertis.
Nec tamen hac iterum poena sine. namque Deum Rex
Omnia qui imperio terrarum millia versat,
Commotus talem ad Superos volitare puellam,
Cum pater extinctus caca sub nocte lateret:
Illi pro pietate sua (nam sape tepenti
Sanguine taurorum supplex respersérat aras:
Sape Deum largo decorarat munere sedes)
Reddidit optatam mutato corpore vitam,
Fecit & in terris Haliaetus ales vt esset.
Quippe aquilis semper gaudet Deus ille coruscis.
Huic vero miserae, quoniam damnata Deorum
Iudicio gnatique & coniugis ante fuisset,
Infesti apposuitque odium crudele parentis.

Nanque

Nanque vt in æthereo signorum munere præstans,
Vnum quem duplici stellarum sidere vidi,
Scorpius alternis clarum fugat Oriona:
Sic inter sese tristeis Haliaetus iras,
Et Cirin memori seruant ad secula fato.
Quacunque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

ÆTNA
CORNELII SEVERI.

AETNA mihi, ruptique cauis fornacibus igneis,
Et quæ tam fortes voluant incendia causſæ:
Quod fremat imperium, quid raucos torqueat æstus,
Carmen erit: dexter venias mihi carminis auctor:
Seu te Cynthos habet, seu Delos gratior illa,
Seu tibi Dodone potior: tecumque fauentes
In noua Pierio properent a fonte sorores
Vota: per insolitum Phœbo duce cautius itur.
Aurea securi quis nescit secula regis?
Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
Venturisque malas prohiberet frugibus herbas,
Annua sed saturæ complerent horrea messes,
Ipse suo flueret Bacchus pede, mellaque lentis
Penderent foliis, & pingui Pallas oliua,
Secretos amneis ageret cum gratia ruris.
Non cesſit cuiquam melius sua tempora nesſe.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos?
Quis non Argolico desleuit Pergamon igni
Impositam, & tristem gnatorum funere matrem,
Aduersumve diem sparsumve in semine dentem?

Quis

Quis non periuræ doluit mendacia puppis,
Desertam vacuo Minoida litore queſtus?
Quidquid in antiquum iactata eſt fabula carmen,
Fortius ignotas molimur pectore curas:
Qui tanto motus operi, quæ cauſſa perenneis
Explicet in denſum flammas, & ructet ab imo
Ingenti ſonitu moles, & proxima quæque
Ignibus irriguis vrat. mens carminis hæc eſt.
Principio, ne quem capiat fallacia vatum,
Sedes eſſe Dei, tumidiſque e faucibus ignem
Vulcani ruere, & clauſis reſonare cauernis
Feſtinantis opus. non eſt tam ſordida Diuis
Cura, neque extremas ius eſt dimittere in arteis
Sidera: ſubducto regnant ſublimia cælo
Illa, neque artificum curant tractare laborem.
Diſcrepat a prima facies hæc altera vatum.
Illis Cyclopas memorant fornacibus vſos,
Cum ſuper incudem numeroſa in verbera fortes,
Horrendum magno quaterent ſub pondere fulmen,
Armarentque Iouem. turpe eſt ſine pignore carmen.
Proxima viuaces Ætnæi verticis igneis
Impia ſollicitat Phlegræis fabula caſtris.
Tentauere, nefas olim detrudere mundo
Sidera, captiuique Iouis transferre Gigantes
Imperium, & victo leges imponere cælo.
His natura ſua eſt aluo tenus: ima per orbeis
Squameus intortos ſinuat veſtigia ſerpens.
Conſtruitur magnis ad prœlia montibus agger:
Pelion oſſa terit: ſummus premit Oſſan Olympus;
Iam coaceruatas nituntur ſcandere moles:
Impius & miles metuentia cominus aſtra
Prouocat infeſtus cunctos ad prœlia Diuos.

Pro-

Prouocat e admotis.
Iupiter e cælo metuit: dextramque coruſca
Armatus flamma remouet caligine mundum.
Incurſant vaſto primum clamore Gigantes.
Hic magno tonat ore pater, geminatque fauenteis
Vndique diſcordes comitum ſimul agmine ventos.
Denſa per attonitas funduntur fulmina nubes:
Quin & in arma ruit quæcunque potentia Diuum:
Et Mars ſæuus erat, iam cetera turba Deorum.
Stant vtrinque metus. validos tum Iupiter igneis
Increpat, & iacto proturbat fulmine monteis.
Illinc deiectæ verterunt terga ruinæ,
Infeſtæ Diuis acies, atque impius hoſtis
Præceps cum caſtris agitur, materque iacenteis
Impellens victos. tum pax eſt reddita mundo:
Tum Liber celſa venit per ſidera cæli.
Defenſique decus mundi nunc redditur aſtris.
Gurgite Trinacrio morientem Iupiter Ætna
Obruit Enceladum: vaſti qui pondere montis
Æſtuat, & patulis exſpirat faucibus igneis.
Hæc eſt mendoſa vulgata licentia fama.
Vatibus ingenium eſt: hinc audit nobile carmen,
Plurima pars ſcenæ, verum eſt fallacia, vates
Sub terris nigros viderunt carmine Manes,
Atque inter cineres Ditis pallentia regna:
Mentiti vates Stygias vndaſque caneſque.
Hi Tytion ſeptem ſtrauere in iugera fœdum.
Sollicitant magna te circum Tantale pœna,
Sollicitantque Scinim, Minos tuaque Æace in vmbris
Iura canunt, idemque rotant Ixionis orbem,
Quicquid & interius falſi ſibi conſcia terra eſt.
Non eſt terra ſatis. ſpeculantur numina Diuum:

Nec metuunt oculos alieno admittere cælo.
Norunt bella Deum: norunt abſcondita nobis
Coniugia, & falſa quoties ſub imagine peccent.
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales:
Iupiter vt Danae pretioſus fluxerit imber,
Debita carminibus libertas iſta: ſed omnis
In vero mihi cura. canam quo feruida motu
Æstuet Ætna, nouoſque rapax ſibi congerat igneis.
Quacunque immenſus terræ ſe porrigit orbis,
Extremique maris curuis incingitur vndis:
Non totum eſt ſolidum. deſit namque omnis hiatu.
Secta eſt omnis humus penituſque cauata latebris,
Exiles ſuſpenſa vias agit, vtque animantis
Per tota errantes percurrunt corpora venæ,
Ad vitam ſanguiſque omnis qua commeat idem,
Terra voraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet aut olim diuiſo corpore mundi
In maria, ac terras & ſidera, ſors data cælo
Prima: ſecuta maris deſeditque infima tellus:
Sed totis rimoſa cauis, & qualis aceruus
Exſilit imparibus iactis ex tempore ſaxis,
Vt crebro intorſus ſpatio vacuata corymbos
Pendeat in ſeſe: ſimili quoque terra figura
In tenueis laxata vias, non omnis in arctum
Nec ſtipata coit. ſiue illi cauſſa vetuſta eſt,
Nec nata eſt facies: ſeu liber ſpiritus intra
Effugiens mollitur iter, ſeu lympha perenni
Edit humum limo, furtimque obſtantia mollit.
Aut etiam incluſi ſolidum exedere vapores,
Atque igni quæſita via eſt; ſiue omnia certis
Pugnauere locis, non eſt hic cauſſa docendi,
Dum ſtet opus cauſſæ. quis enim non credat inaneis

Eſſe

Esse sinus penitus, tantos emergere fonteis
Cum videt, ac torrentem imo se emergere hiatu?
Non ille ex tenui, vocemque agat acta necesse est,
Cum fluit: errantes arcessant vndique & vndas,
Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne.
Flumina quinetiam latis currentia riuis
Occasus habuere suos: aut illa vorago
Direpta in præceps fatali condidit ore:
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis,
Atque inopinatos referunt procul edita cursus.
Quod si diuersos emittat terra canaleis
Hospitium fluuiorum: aut semita nulla profecto
Fontibus, & riuis constet via; pigraque tellus
Conferta in solidum segnis sub pondere cesset.
Quod, si præcipiti conduntur flumina terræ,
Condita si redeunt si qua ante incognita surgunt:
Haud mirum clausis etiam si libera ventis
Spiramenta latent, certus tibi pignora rebus,
Atque oculis hæsura vias dabit ordine tellus,
Immensos plerumque sinus, & iugera pessum
Intercepta leges, densaque abscondita nocti.
Prospectare procul Chaos ac sine fine ruinæ
Cernis & in siluis spatiosa cubilia retro,
Antraque demissis pedibus fodisse latebris.
Incomperta via est operum: tantum influit intra.
Argumenta dabunt ignoti vera profundi.
Tu modo subtileis animo duce percipe curas,
Occultamque fidem manifestis adstrue rebus.
Nam quo liberior, quoque est animosior ignis,
Semper & incluſus, nec vectus sæuior ira est
Sub terra penitusque mouens: hoc plura necesse est
Vincla magis soluant, magis hoc obstantia pellant.

Nec tamen in rigidos exit contenta canaleis
Vis animæ: flamma auertit qua proxima cedunt:
Obliquumque secat, qua visa tenerrima causſa est.
Hinc terræ tremor, hinc motus, vbi densus hiatu
Spiritus exagitat venas, cessantiaque vrget.
Quod si spissa foret, solidoque instaret inani,
Nulla daret miranda sui spectacula tellus:
Pigraque, & in pondus confestim mobilis esset.
Sed summis si forte putas concredere causſis
Tantum opus, & summis alimentum viribus oris,
Quæ valida in promptu cernis, validosque recessus,
Fallere: sed nondum tibi certa hæc lumine recto.
Nanque illud quodcunque vacat spacius omnis hiatu,
Et res introitu soluunt, adituque patenti
Conuersæ languent vires, animosque remittunt.
Quippe vbi contineat ventos, qua quique morantes
In vacuo desint, cessat, tantumque profundi
Explicat errantes & in ipso limine tardat.
Angustis opus est turbare in faucibus illos.
Feruet opus, densique fremunt, premiturque ruina
Hinc furtim Borea, atque Noto: nunc vnus vterque.
Hinc venti rabies, hinc sæuo quassat hiatu.
Fundamenta solo trepidant, vrbesque caducæ.
Inde, neque est aliud, si fas est credere, mundo
Venturam antiquam faciem, veracius omen.
Hæc primo species rerum, naturaque terræ,
Introrsus cessante solo trahit vndique venas.
Ætna sui manifesta fides, & proxima vero est:
Non illic, duce me, occultas scrutabere causſas:
Occurrent oculis ipsæ, cogentque fateri.
Plurima nanque patent illi miracula monti.
Hinc vasti terrent aditus, mergunque profundo:

Corri-

Corrigit hinc arctus, penitusque quod exigit vltra.
Hinc spissæ rupes obstant, discordiaque ingens
Inter opus: nectunt varium, mediumque coercent:
Pars igni domita, pars ignes ferre coacta,
Vt maior species Ætnæ succurrat inanis.
Hæc illis sedes, tantarumque area rerum est.
Nunc opus artificem incendit caussamque reposcit.
Non illam parui, aut tenuis discriminis ignes
Mille sub exiguo ponent tibi tempore veras
Res, oculique docent: res ipsa credere cogunt,
Quin etiam tactu moneant contingere toto.
Si liceat: prohibent flammæ, custodiaque ignis
Illi operum est: arcent aditu diuinaque rerum.
Vt maior species Ætnæ succurrat inanis.
Cura sine arbitrio est: eadem procul omnia cernit.
Nec tamen est dubium penitus quis torqueat Ætnam,
Aut qui mirandus tanta faber imperet arti.
Pellitur exusta glomeratus nimbus arena:
Flagrantes properant moles: voluuntur ab ima
Fundamenta: fragor tota nunc rumpitur Ætna:
Nunc fusca pallens incendia mista ruina.
Ipse procul magnos miratur Iupiter igneis,
Neve sepulta noui surgant in bella Gigantes,
Neu Ditem regni pudeat, neu Tartara cælo
Vertat: in occulto tantum premit omnia dextra
Congeries operis, saxorum, & putris arena
(Quæ nec sponte sua faciunt, nec corporis vlli
Sustentata cadunt robustis viribus) omnis
Exigitur: vertit vasa omnia vertice æquo:
In densum congesta rotant, voluuntque profundo.
Hac caussa expectata ruunt incendia montis,
Spiritus inflatis numen languentibus aer.

Nam prope natura par est violentia semper.
Ingenium velox illi motusque perennis.
Verum opus auxilio est, vt pellat corpore: nullus
Impetus est ipsi: qua spiritus imperat, audit.
Nunc princeps, magnusque sub hoc duce militat ignis.
Nunc quoniam in promptu est operis natura, solique,
Vna ipsi venti: quæ res incendia pascit,
Cum subito cohibetur: inest quæ causa silenti,
Subsequar. immensus labor est, sed fertilis idem:
Digna laborantis respondent præmia curis.
Non oculis solum pecudum miranda fuere
More nec effusis in humum graue pascere corpus:
Nosse fidem rebus, dubiasque exquirere causas
Sacra perurgentem, capitique attollere cælum:
Scire quot, & quæ sint: cur magno talia mundo
Principia occasus metuunt, ad sæcula perguæ:
Et firma æterno religata est machina mundo.
Solis scire modum, & quanto minor orbita lunæ est:
Cur illi breuior, cur isti peruolet orbis
Annus: ille moneat, quæ certo sidera currant
Ordine, quæve sua careant incondita cura.
Scire vices etiam signorum & tradita iura:
Nubila cur cælo terræ denuntiet imbres,
Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igni:
Tempora cur variant anni, primæque iuuentæ
Ver præit æstatem: cur æstas ipsa senescit,
Autumnoque obrepit hiems, & in orbe recurrit,
Axem scire Helices, & tristem nosse cometen:
Lucifer vnde micet, quæve Hesperus, vnde Boötes:
Saturni cur stella tenax, cur Martia pugnax:
Quo rapiant nautæ quo sidere linteа tendant.
Scire vias maris, & cæli prædicere cursus:
Quo volet Orion, quo Seirius incubet index,

Et quæcunque iacent tanto miracula mundo.
Non digesta pati, nec aceruo condita rerum,
Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula: diuini est animi, ac iucunda voluptas.
Sed prior hæc hominis cura est cognoscere terram,
Et quæ nunc miranda tulit natura notare:
Hæc nobis magna affinis cælestibus astris.
Nam quæ, mortales, spes est, quæ amentia maior,
In Iouis errantem regno perquirere velle:
Tantum opus ante pedes transire & perdere segneis?
Torquemur miseri in paruis, premimurque labantes,
Dum sese pretio redimant: verumque professæ,
Tum demum viles taceant, inopesque relictæ,
Noctes atque dies festinant arua coloni:
Callent rure manus: glebarum vsu experiuntur
Fertilis hæc: segetisque feracior, altera vitis:
Hæc platanus humus, hæc herbis diguissima tellus:
Hæc diti melior pecori, siluisque fidelis.
Aridiora tenent oleæ: succosior vlmis
Grata. leues cruciant animos, & corpora causſa,
Horrea vti saturent, tumeant & dolia musto,
Plenaque desecto surgant fenilia campo.
Sic auidi semper, qua visum est carius istis,
Implendus sibi quisque bonis est artibus. illæ
Sunt animi fruges: hæc rerum maxima merces,
Scire quid occulto naturæ terra coercet:
Nullum fallere opus, non multos cernere sacros
Ætnæi montis fremitus, animumque furentis:
Non subito pallere sono, non credere, subter
Scrutamur rimas, euertimus omne profundum.
Quæritur argenti semen, nunc aurea vena,
Torquentur flamma terræ, ferroque domantur,

Cælestes migrasse minas ad Tartara mundi,
Nosse quid impediat ventos, quid nutriat igneis:
Vnde repente quies, & multo fœdere pax sit.
Concrescant animi penitus: seu forte cauernæ,
Introrsusque ipsi feruent: seu terra minutis
Rara foraminibus, ne venis abstrahat auras.
Plenius hoc etiam rigido qua vertice surgit,
Illinc infestius, atque hinc obnoxius, intus
Vndique diuersas admittere cogitat auras,
Et coniuratis addit concordia vires:
Siue introrsus agunt nubes, & nubilus Auster:
Seu forsan flexere caput, teregoque feruntur:
Præcipiti delata sono premit vnda, fugatque
Torrentes curas, pulsatque corpora densa:
Nam veluti resonante dati Tritone canoro,
Pellit opes collectus aquæ, victusque mouere
Spiritus, & longas emugit buccina voces,
Carmineque irriguo magni tonitrua theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animam subremigat vndam:
Haud aliter submota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto, & magnum commurmurat Ætna.

Credendum est etiam ventorum existere causas
Sub terris similes harum quas cernimus extra.
Vt cum densa premunt inter se corpora turba
Elisa in vacuum fugiant: & proxima secum
Nomina tota trahunt, tutaque in sede resistunt.
Quod si forte mihi quædam discordia tecum est,
Principiisque aliis credas consurgere ventos:
Non dubium rupes aliquas, penitusque cauernis
Proruere ingenti sonitu, casuque propinquis
Diffugere impellique animas: hinc cernere ventos,

Aut humore etiam nebulas effundere largo:
Vt campis, agrisque solent, quos obruit amnis.
Vallibus exoriens caligat nubilus aer.
Flumina parua ferunt auras: vis proxima vento est.
Eminus adspirat fortis, & verberat humor,
Atque hæc in vacuo si tanta potentia rerum est,
Hoc plura efficiant infra clausique necesse est.
His agitur causis extra, penitusque coactis
Exagitant ventos, pugnant in faucibus arcte.
Pugnantes suffocant intus. vt vnda profundo
Terque quaterque exhausta graues vbi perbibit Euros,
Ingeminat fluctus, & primos vltimus vrget:
Haud secus adstrictus certamine tangitur ictu
Spiritus, inuoluensque suo sibi pondere vires,
Densa per ardenteis exercet corpora venas,
Et quacunque iter est properat, transitque morantem,
Donec confluuio resolutis æstibus amnis
Exsilit, atque furens tota vomit igneus Ætna.
Quod si forte putas iisdem decurrere ventos
Faucibus, atque iisdem pulsis remeare: notandas
Res oculis locus ipse dabit, cogetque negare.
Quamuis cæruleo siccus sic frigeat æther,
Purpureoque rubens surgat iubar aureus ostro,
Illinc obscura semper caligine nubes.
Pigraque defuso circumstupet humida vultu:
Prospectat sublimis opus, vastosque recessus.
Non illam videt Ætna, nec vllo intercipit æstu:
Obsequitur quacunque iubet leuis aura reditque
Placanteis etiam cælestia Numina thure,
Summo cerne iugo vel qua liberrimus Ætna
In prospectus hiat, tantarum semina rerum,
Si nihil irritet flammas, stupeatque profundum.

Huic igitur credis, torrens vt spiritus ille,
Qui rupes terramque vorat, qui fulminat igneis,
Cur egit vires & præceps flexit habenas.
Præsertim ipsa suo decliuia pondere nunquam
Corpora diripiant: validoque absolueret arcu.
Quod, nisi fallor, adest species: tantusque ruinis
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura, mouetque,
Sparsa liquore manus sacros vbi ventilat igneis?
Verberat ore tamen, pulsataque corpora nostra
Incursant: adeo tenuis vim caussa repellit,
Non cinerem stipulamve leuem, non arida sorbet
Gramina: non tenuis plantis liquor exit iisdem.
Surgit adoratis sublimis fumus ab aris,
Tanta quies illi est & pax innoxia parti.
Siue peregrinis igitur propriisve potentes
Coniurant animæ caussis: ille impetus ignis
Et montis partes atras subuertit arena,
Vastaque concursu trepidantia saxa fragoris,
Ardenteisque simul flammas, ac fulmina rumpunt.
Haud aliter, quam cum prono iacuere sub Austro,
Aut Aquilone fremunt silvæ, dant brachia nodo
Implicitæ, hæc serpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi,
Exhaustos cessare sinus: dare tempora rursus,
Vt rapiant vires, repetantque in prælia victi:
Pelle nefas animo, mendacemque exue famam.
Non est diuinis tam sordida rebus egestas:
Nec paruas mendicat opes, nec corrogat auras.
Præsto sunt operi ventorum examina semper,
Caussa latet, quærunt pariter, coguntque morari.
Sæpe premit fauces magnis exstructa ruinis

Con-

Congeries clauditque vias luctamine ab imo.
Et scisso veluti tecto sub pondere præsto est:
Haud secus ac teneros cum secum frigida monti
Desidia est, tutoque licet discedere monteis:
Post vbi continuere moram, velocius vrgent,
Pellunt oppositas moles, ac vincula rumpunt.
Quicquid in obliquum est frangunt iter; acrior ictu
Impetus exoritur: magnis operata rapinis
Flamma micat, latosque ruens exundat in agros:
Si cessant a rure, ferunt spectacula venti:
Nunc superant quæcunque regunt incendia siluæ,
Quæ flammas alimenta vocent, quid nutriat Ætna,
Incendi poterunt illis vernacula causis
Materia oppositumque igni genus vtile terrent.
Vritur assidue calidus nunc sulfuris humor,
Nunc spissus crebro præbetur vimine succus:
Pingue bitumen adest, & quidquid cominus atras
Irritat flammas: illius corporis Ætna est.
Atque hanc materiam penitus discurrere fontes,
Infectæ erumpunt & aquæ radice sub ipsa.
Pars oculis manifesta iacet: quæ corpore dura est,
Ac lapis: in pingui feruent incendia succo.
Quin etiam variæ quædam sine nomine saxa
Toto monte liquant: illis custodia flammæ
Vera, tenaxque data est: sed maxima causa molaris
Illius incendi lapidis sic vindicat Ætnam.
Quem si forte manu teneas, & robore cernas,
Nec seruare putes ignem, nec spargere posse.
Sed simul ac ferro quæras, respondet & ictu
Scintillat calor. hunc multis circundare flammis,
Et potes extorquere animos. atque exue robur,
Fundetur ferro citius. nam mobilis illi,

Et metuens naturæ mali est, vbi cogitur igni.
Sed simul atque hausit flammas, non tutior hausta
Vlla domus seruans aciem, duramque tenaci
Sæpta fide: tutum est illi, patientia victo,
Vix vnquam redat in vires, atque exonit ignem.
Totus enim denso stipatur robore: tarda
Per tenuis admissa vias incendia nutrit,
Cunctanterque eadem, pigreque accepta remittit,
Nec tamen hoc vno quod montis plurima pars est,
Vincit, & incendi causam tenet: illa profecto
Miranda est lapidum viuax, animosaque virtus.
Cætera materies, quæcunque est fertilis igni;
Vt semel accensa est, moritur: nec restat in illa,
Quod repetas tantum cinis, & sine semine terra est.
Hic semel atque iterum patiens, ac mille perhausta
Ignibus instaurat vires: nec desinit ante,
Quam leuis excocto defecit robore pumex.
In cinerem, putreisque iacet delapsa vetustas.
Cerne locis etiam similes arsisse cateruas.
Illic materiæ nascentis copia maior:
Sed genus hoc lapidis certissima signa colonis,
Quod nullas adiunxit opes. & languet ignis.
Dicitur insidijs flagrans Æneria quondam
Nunc extincta super: tectisque Neapolin inter
Et Cumas locus est, multis tam frigidus annis:
Quamuis æternum pingue sciat ab vbere sulfur,
In mercem legitur, tanto est fecundior Ætna
Insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
Sulfur enim solum nec obesa cacumine terra est,
Et lapis accretis regerendis ignibus aptus.
Sed raro fumat, qui vix, si accenditur, ardet:
In breue mortalem flammas quod copia nutrit,

Insula durata Volcani nomine sacra.
Pars tamen incendi maior refrixit, & alto
Iactatas recipit classeis, portuque tuetur.
Qua restat, minor & dives satis vbere terra est:
Sed non, Ætnais vires quas conferat, illi.
Atque hæc ipsa tamen iam quondam extincta fuisset,
Ni furtim aggeneret secretis callibus humor
Materiam, situamque suam, pressoque canali
Huc illuc agerat ventos, & pasceret igneis:
Sed melius res nota ipsa est spectataque veris
Occurrit signis: nec tentat fallere pestem,
Nam circa latera, atque imis radicibus Ætnæ
Candentes efflat lapides, disiectaque saxa.
Inter eunt venis, manifesto, vt credere possis
Fabula, & ardenti caussam lapidem esse molarem:
Cuius defectus iniunus colligit ignis.
Ille, vbi collegit flammas, iacit & simul ictu
Materiam accendit, cogitque liquescere secum.
Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra.
Si lenitur opus, restat magis: vritur illic,
Sollicitatque magis vicina incendia saxum,
Certaque venturæ præmittit pignora flammæ.
Nam simul atque mouet curis, turbamque minutus
Diffugit: extemploque solum trahit ictaque ramis,
Et graue sub terra murmur demonstrat, & igneis.
Tum pauidum fugere, & sacris tum credere rebus,
Parere & tuto speculaberis omnia colli.
Nam subito efferuent onerosa incendia raptis:
Accensæ subeunt moles, truncæque ruinæ:
Prouoluunt, atque atra sonant examina arenæ:
Nec recipit flammas mons, hic desessus anhelat,
Atque aperit se hostis, decrescit spiritus illic.

Haud

Haud aliter, quam cum læto deuicta tropæo
Prona iacet campis acies, & castra sub ipsa.
Tum si quis lapidum summo pertabuit igni:
Asperior sopita, & quædam sordida fax est:
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verum vbi paullatim exsiluit sublata caducis
Congeries saxis, angusto vertice surgunt.
Sic veluti in fornace lapis torretur, & omnis
Exuitur penitus venis, subit altius humor
Amissis opibus, leuis sine pondere pumex
Excoquitur: liquor ille magis seruare magisque
Fulminis in speciem mitis procedere tandem
Incipit, & primis demittit collibus vndas:
Illæ paullatim bis sena in millia pergunt.
Quippe nihil reuocat, curtis nihil ignibus obstat:
Nulla tenet frustra moles: simul omnia pugnant.
Nunc siluas, rupesque vorant hæc tela, solumque.
Ipsa adiutat opes, facileisque sibi induit annos,
Quod si forte cauis cunctatus vasibus hæsit,
Vtpote inæqualeis voluens perpascitur agros,
Ingeminat fluctus, & stantibus increpat vndis.
Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æstu,
Ac primum tenuis sinus agit vlteriores
Progrediens late diffunditur, & succernens.
Flumina consistunt ripis, ac frigore durant,
Paullatimque ignes coeunt, ac flammea messis.
Exuritur facies tunc prima: vt quæque rigescit,
Effumat moles, atque ipso pondere tracta
Voluitur ingenti strepitu præcepsque sonanti,
Cum solido inflexa est, pulsanteis dissipat ictus,
Et qua discluſa est, candenti robore fulget,
Et micat examen plagis ardentia saxa.

Scin-

Scintillat procul esse fide, procul esse Truentes.
Incolumi feruore cadunt. verum impetus ignes
Si fumant quondam vt ripas traiecerit amnis:
Vix cunctis quisquam fixo dimouerit illas.
Vicenos persæpe dies iacet obruta moles,
Sed frustra certis disponere singula cautis
Tentamus, si firma manet tibi fabula mendax,
Materiam vt credas aliam, furere igne fauillam,
Plurima proprietate simul concrescere: sicque
Commistum vento flagrare bitumine sulfur.
Nam post exhaustam cretam quoque robora fundit:
Et figulos huic esse fidem dein frigoris vsu
Duritiem reuocare suam, & constringere venas.
Sed signum commune leue est, atque irrita caussa,
Quæ trepidat: verum vbi certo pignore constat.
Nam velut arguti natura est æris & ignis,
Cum domitum constat, eademque & robore saluo,
Vtranque vt possis æris cognoscere portam:
Haud aliter lapis ille tenet seu forte madenteis
Effluit in flammas, seu sit securus ab illis:
Conseruatque notas, nec vultu perdidit igneis.
Quin etiam externam multis color ipse resoluit,
Non odor aut leuitas putris magis ille magisque
Vna operis facies, eadem perque omnia terra est.
Nec tamen inficior lapides ardescere certos,
Interius furere accensos: hæc propria virtus.
Quin ipsis quædam Siculi cognomina saxis
Imposuere: Fricas etiam ipso nomine signant
Fusilium esse notas: nunquam tamen illa liquescunt,
Quamuis materies foueat succosior intus,
Nec penitus venæ fuerint commissa molari.
Quod si quis lapidis miratur fusile robur:

Cogitet

Cogitet obscuri verissima dicta libelli
Heracleiti, & ibi nihil insuperabile igni,
Omnia quæ rerum natura semina iacta.
Sed nimium hoc mirum: densissima corpora sæpe
Et solido vicina, tamen compescimus igni.
Non animos æris flammis succumbere cernis?
Lentitiem plumbi? non exuit? ipsaque ferri
Materies prædura, tamen subuertitur igni,
Spissaque suspensis fornacibus aurea saxa
Exsudant pretium. quædam fortasse profundo
Incomperta iacent similique obnoxia sorti.
Nec locus ingenio est: oculi te iudice vincent.
Nec lapis ille riget perculsus: & ignibus obstat,
Si paruis torrere velis: cæloque patenti
Candentem, pressumque agedum fornace coerce:
Nec sufferre potest, nec sæuum durat in hostem:
Vincitur, & soluit vires, captusque liquescit.
Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu? quæ tanta putas incendia nostris
Sustentari opibus, quantis fornacibus Ætna
Vritur, a sacro nunquam non fertilis igne?
Sed non qui nostro feruet moderatior vsu,
Sed cælo propior: vel qualis Iupiter ipse
Armatus flamma est, his viribus additus ingens
Spiritus, adstrictis elisus faucibus: vt cum
Fabriles operæ rudibus contendere massis
Festinant, igneis quatiunt, folleisque trementeis
Exanimant, pressosque instigant agmine ventos.
Hæc operis fama est. sic nobilis vritur Ætna.
Terra foraminibus vires trahit, vrget in arctum,
Spiritus incendi viuit per maxima saxa.
Magnificas laudes, operosaque visere templa

Dini-

Diuitiis hominum aut ſacra memorare vetuſta
Traduce materia, & tetris per proxima fatis
Currimus, atque auidi veteris mendacia famæ
Eruimus, cunctaſque libet percurrere genteis.
Nunc iuuat Ogygiis circundata mœnia Thebis,
Cernereque & fratres: ille impiger, ille canorus
Condere felices alieno interſerit æuo.
Inuitata pio nunc carmine ſaxa lyraque,
Nunc gemina ex uno fumantia ſaxa vapore
Miramur, ſeptemque Duces, raptumque profundo.
Detinet Eurotas illic & ſparſa Lycurgi,
Et ſacer in bellum numerus ſua turba recenti.
Nunc hic Cecropiæ variis ſpectantur Athenæ
Carminibus, gaudentque ſua victrice Minerua.
Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theſeu
Candida ſollicito permittere vela parenti.
Tu quoque Athenarum carmen tam nobile ſidus
Erigone: ſedes veſtra en Philomela canoris
Euocat in ſiluis, & tu ſoror hoſpita tectis
Acciperis: ſolis Tereus ferus exulat agris.
Miramur Troiæ cineres, & flebile victis
Pergamon, exſtinctoſque ſuos Phrygas: Hectora primum.
Conſpicimus magni tumulum Ducis. hic & Achilles
Impiger, & victus magni iacet Hectoris vltor.
Quin etiam Graiæ fixos tenuere tabellæ,
Signaue nunc Paphiæ rorantes parte capilli,
Sub truce nunc parui ludentes Colchide gnati,
Nunc triſtes circa ſubiectæ altaria ceruæ,
Velatuſque pater, nunc gloria viua Myronis:
Quin etiam illa manus operum, turbæque morantem.
Hæc viſenda putas terræ dubiuſque, mariſque?
Artificis naturæ ingens opus adſpice. nulla

Cum tanta humanis Phœbus ſpectacula cernes
Præcipueque vigil, feruens, cum Seirius ardens.
Inſequitur miranda tamen ſua fabula montem:
Nec minus ille pius, quanquam ſors nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit Aetna cauernis,
Et velut euerſis penitus fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda:
Haud aliter ſæuo quam cum Ioue fulgurat æther,
Et nitidum obſcura cælum caligine torquet,
Ardebant aruis ſegetes, & mollia culta
Iugera cum dominis, ſiluæ, colleſque virentes.
Vix dum caſtra putant hoſtem mouiſſe, tremebant:
Et iam finitimæ portas euaſerat vrbis.
Tum vero vt cuique eſt animus vireſque, rapina
Tutari conantur opes. gemit ille ſub auro:
Colligit ille arma, & ſtulta ceruicę reponit.
Defectum raptis illum ſua carmina tardant.
Hic velox nimium properat ſub pondere pauper:
Et quod cuique fuit cari fugit ipſe ſub illo.
Sed non incolumis dominum ſua præda ſecuta eſt.
Cunctanteis vorat ignis, & vndique torret auaros,
Conſequitur fugiſſe ratos, & præmia captis
Concrepat ac nullis parſura incendia paſcunt,
Vel ſolis parſura piis. nanque optima proles
Amphinomus fraterque pari ſub munere fortes,
Cum iam vicinis ſtreperent incendia tectis,
Adſpiciunt pigrumque patrem, matremque ſenemque,
Eheu defeſſos poſuiſſe in limine membra.
Parcite auara manus, dites attollite prædas:
Illis diuitiæ ſolæ, materque paterque:
Hanc rapiunt prædam, mediumque exire per ignem
Ipſo dante fidem properant, ô maxima rerum,

Et

Et merito pietas, homini tutissima virtus.
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ:
Et quacunque ferunt illi vestigia cedunt.
Felix illa dies, illa est innoxia terræ.
Dextra sæua tenent, læuaque incendia seruent.
Ille per obliquos igneis, fraterque triumphans,
Tutus vterque pio sub pondere sufficit illa:
Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
Salua ferunt: illos mirantur carmina vatum.
Illeque se posuit claro sub nomine Ditis.
Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata:
Sed vere cessere domus, & iura piorum.

EIVSDEM COR. SEVERI CARMEN IN OBITVM M. T. CICERONIS, ex libris de bello Ciuili.

ORaque magnanimum spirantia pene virorum
In Rostris iacuere suis: sed enim abstulit omnes
Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia Consulis acta,
Iurataque manus deprensaque fœdera noxæ:
Patritiumque nefas etiam tum, vt pœna Cethegi,
Deiectusque redit votis Catilina nefandis.
Quid fauor aut cœtus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt, sacris & vita quid artibus acta?
Abstulit vna dies aui decus, ictaque luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ,
Vnica sollicitis quondam tutela, salusque,
Egregium semper patriæ caput: ille senatus
Vindex, ille fori, legum, ritusque, togaque.

Publica vox ſæuis æternum obmutuit armis.
Informes vultus, ſparſamque cruore nefando
Caniciem, ſacraſque manus, operumque miniſtras
Tantorum, pedibus ciuis proiecta ſuperbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata, Deoſque
Reſpexit. nullo luet hoc Antonius æuo.
Hæc nec in Emathio mitis victoria Perſe,
Nec te dire Syphax, non fecit in hoſte Philippe.
Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Abfuerant: noſtraque cadens ferus Annibal ira
Membra tamen Stygias tulit inuiolata ſub vmbras.

MORETVM

INCERTI AVCTORIS.

IAM nox hibernas bis quinque peregerat horas,
Excubitorque diem cantu prædixerat ales,
Simulus exigui cultor cum ruſticus horti,
Triſtia venturæ metuens ieiunia lucis,
Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato,
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes,
Veſtigatque focum: læſus quem denique ſenſit.
Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus,
Et cinis obductæ cælabat lumina prunæ:
Admouet his pronam ſummiſſa fronte lucernam,
Et producit acu ſtupas humore carentes,
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt,
Oppoſitaque manu lumen defendit ab aura,
Et reſerat clauſa, quæ præuidet, oſtia claui.
Fuſus erat terra frumenti pauper aceruus:
Hinc ſibi depromit quantum menſura petebat,

Quæ

Quæ bis in octonas excurrit pondere libras.
Inde abit aßistitque molæ: paruaque tabella,
Quam fixam paries illos seruabat in vßus,
Lumina fida locat. geminos tunc veste lacertos
Liberat, & cinctus villosæ tegmine capræ
Peruerrit cauda silices gremiumque molarum.
Admouet inde manus operi, partitus vtranque:
Læua ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat aßiduis gyris, & concitat orbem.
Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
Interdum fessæ succedit læua sorori
Alternatque vices: modo rustica carmina cantat,
Agrestique suum solatur voce laborem.
Interea clamat Cybale: hæc erat vnica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura,
Torta comam, labroque tumens, & fusca colore:
Pectore lata iacens mammis compreßior aluo,
Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta:
Continuis rimis calcanea scißa rigebant.
Hanc vocat, atque arsura focis imponere ligna
Imperat, & flamma gelidos adolere liquores:
Postquam impleuit opus iustum versatile finem:
Transfert inde manu fusas in cribra farinas,
Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso:
Subsidit sincera foraminibusque liquatur
Emundata Ceres. læui tum protinus illam
Componit tabula, tepidas superingerit vndas:
Contrahit admistos tum fonteis, atque farinas
Transuersat durata manu, liquidoque coacto
Interdum grumos spargit sale, iamque subactum
Format opus, palmisque suum dilatat in orbem,
Et notat impreßis æquo discrimine quadris.

Vix vnquam vrbani comitatus merce macelli.
Cæpa rubens, fectique famem domat area porri,
Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu,
Intubaque, & Venerem reuocans eruca morantem.
Tunc quoque tale aliquid meditans intrauerat hortum:
Ac primum leuiter digitis tellure refossa,
Quatuor educit cum spissis halia fibris.
Inde comas apij graciles, rutamque virentem
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hæc vbi collegit, lætum consedit ad ignem:
Et clara famulam poscit mortaria voce.
Singula tum capitum numerosa cortice nudat,
Et summis spoliat coriis, contemptaque passim
Spargit humi, atque abicit: seruatum gramine bulbum
Tingit aqua, lapidisque cauum demittit in orbem.
Hinc salis inspergit micas, sale durus adeso
Caseus adiicitur, dictas supcringerit herbas,
Et læua vestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Halia: tum pariter misto terit omnia succo.
It manus in gyrum: paullatim singula vires
Deperdunt proprias, color est è pluribus vnus.
Nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant:
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus, & simo dammat sua prandia vultu.
Sæpe manu summa lacrymantia lumina tergit,
Immeritoque furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus, non idem salebrosus, vt ante,
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes,
Ergo Palladij guttas instillat olivi,
Exiguique super vires infundit aceti,

Atque iterum commiſcet opus, miſtumque retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit, inque globum diſtantia contrahit vnum:
Conſtet vt effecti ſpecies, nomenque moreti.
Eruit interea Cybale quoque ſedula panem:
Quem lotis recipit manibus, pulſoque timore
Iam famis, inque diem ſecurus Simulus illam,
Ambit crura ocreis paribus, tectuſque galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos,
Atque agit in ſegetes, & terræ condit aratrum.

DIRÆ.

VALERII CATONIS.

BAttare cycneas repetamus carmine voces:
Diuiſas iterum ſedes, & rura canamus,
Rura, quibus diras indiximus, impia vota.
Ante lupos rapient hædi, vituli ante leones,
Delphini fugient piſceis, aquilæ ante columbas,
Et conuerſa retro rerum diſcordia gliſcet
Multa prius; fuerit quam non mea libera auena.
Montibus, & ſiluis dicam tua facta, Lycurge,
Impia Trinacriæ ſterile ſcant gaudia nobis,
Nec fecunda ſenis noſtri, felicia rura,
Semina parturiant ſegetes, non paſcua colles,
Non arbuſta nouas fruges, non pampinus uuas.
Ipſæ non ſiluæ frondes, non flumina montes.
Rurſus, & hoc iterum repetamus Battare carmen.
Effetas Cereris ſulci condatis aueuas:
Pallida flaueſcant æſtu ſitientia prata:
Immatura cadant ramis pendentia mala:
Deſint & ſiluis frondes & fontibus humor:

Nec

Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris vario florentia serta decore,
Purpureo campos quæ pingit auena colore.
Hinc auræ dulces, hinc suauis spiritus agri
Mittant pestiferos æstus, & tetra venena.
Dulcia non oculis, non auribus vlla ferantur.
Sic precor: & nostris superent hæc carmina votis.
Ludimus, & multum nostris cantata libellis
Optima siluarum, formosis densa viretis
Tondemus virideis vmbras, nec læta comanteis
Lactabis molleis ramos inflantibus auris,
Nec mihi sæpè meum resonabit Battare carmen.
Militis impia cum succedet dextera ferro,
Formosæque cadent vmbræ, formosior illis
Ipsa cades. veteris domini felicia ligna
Nequidquam nostris toties deuota libellis:
Ignibus æthereis flagrabunt. Iupiter ipse,
Iupiter hanc aluit: cinis hæc tibi fiat, oportet.
Thracis tum Boreæ spirent immania vires:
Eurus agat mistam sulua caligine nubem:
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem:
Cum tua cyaneo resplendens æthere silua
Noscet iter, ducens Erebo tua Lydia Ditis.
Vicinæ flammæ rapiant ex ordine viteis:
Pascantur segetes, diffusis ignibus aura
Transuolet arboribus, coniungat & arbor aristas.
Pertica quæ nostros metata est impia agellos,
Qua nostri fines olim: cinis omnia fiant.
Sic precor, & nostris superent hæc carmina votis.
Vndæ, quæ vestris pulsatis litora lymphis,
Litora, quæ dulceis auras diffunditis agris,
Accipite has voces: migret Neptunus in arua

Fluctibus, & spissa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros pastor Iouis ignibus arcet,
Barbara dicatur Libyce soror altera Syrtis.
Tristius hoc memini reuocasti Battare carmen.
Nigro multa mari dicunt portenta natare,
Monstra repentinis terrentia sæpe figuris;
Cum subito emersere furenti corpora Ponto.
Hac agat infesto Neptunus cæca tridenti;
Atrum conuertens æstum maris vndique ventis.
Et fuscum cinerem canis exhauriat vndis.
Dicantur mea rura ferum mare, nauta caueto
Rura quibus diras indiximus impia vota.
Si minus, heu Neptune tuis infundimus aris,
Battare fluminibus tu nostros trade dolores.
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amicæ.
Nil est quod perdam vlterius merita omnia, dixi.
Flectite currenteis lymphas vaga flumina retro,
Flectite, & aduersis rursum diffundite campis.
Incurrant amnes passim remeantibus vndis,
Nec nostros seruire sinant erroribus agros:
Dulcius hoc, memini, reuocasti Battare carmen.
Emanent subito sicca tellure paludes,
Et metat hic iuncos, spicas vbi legimus olim:
Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen,
Præcipitent altis spumantes montibus imbres,
Et late teneant diffuso gurgite campos:
Queis dominis infesta minantes stagna relinquant,
Vnde relapsa meos agros peruenerit vnda.
Piscetur nostris in finibus aduena arator:
Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
O male deuoti pratorum crimine agelli,

Tuque

Tuque inimica tui semper discordia ciuis.
Exsul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui,
Miles vt accipiat funesti præmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima visam:
Hinc ibo in siluas: obstabunt iam mihi colles:
Obstabunt montes, campos nec adire licebit.
Dulcia rura valete, & Lydia dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardius, ah, misera descendite monte capella:
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuque resiste pater: en prima, nouissima nobis
Intueor campos: longum manet hostis in illis.
Rura valete iterum, tuque optima Lydia salue:
Siue eris, & si non, mecum moriere, vtrunque
Extremum carmen reuocemus Battare auena.
Dulcia amara prius fient, & mollia dura:
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua:
Migrabunt casus aliena in corpora rerum,
Quam tua de nostris emigret cura medullis.
Quamuis ignis eris, quamuis aqua, semper amabo.
Gaudia semper enim tua me meminisse iuuabit.
Inuideo vobis agri, formosaque prata:
Hoc formosa magis, mea quo formosa puella
Est vobis. tacite vestrum suspirat amorem.
Vos nunc illa videt, vobis mea Lydia ludit.
Vos nunc alloquitur, vos nunc arridet ocellis,
Et mea summissa meditatur carmina voce,
Cantat, & interea, mihi qua cantabat in aurem.
Inuideo vobis agri: discetis amare.
O fortunati nimium, multumque beati,
In quibus illa pedis niuei vestigia ponet:
Aut roseis digitis viridem decerpserit vuam,

(Dulci

(Dulci nanque tumet nondum viticula Baccho)
Aut inter varios Veneris ſtipendia flores
Membra reclinarit, teneramque illiſerit herbam,
Et ſecreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt ſiluæ, gaudebunt mollia prata,
Et gelidi fontes, auiumque ſilentia fient.
Tardabunt riui labentes currere lympha,
Dum mea iucundas exponat cura querelas.
Inuideo vobis agri: mea gaudia habetis.
Et vobis nunc eſt, mea quæ fuit ante, voluptas.
At mihi tabeſcunt morientia membra dolore,
Et calor infuſo decedit frigore mortis,
Quod mea non mecum domina eſt. non vlla puellæ
Doctior in terris fuit, aut formoſior: ac ſi
Fabula non vana eſt, tauro Ioue digna, vel auro,
Iupiter auertas aureis: mea ſola puella eſt.
Felix taure pater magni gregis, & decus: a te
Vaccula non vnquam ſecreta cubilia captans,
Fruſtra te patitur ſiluis mugire dolore.
Et pater hædorum felix, ſemperque beate:
Siue petis monteis præruptos ſaxa pererrans:
Siue tibi ſiluis noua pabula faſtidire:
Siue libet campis: tecum tua læta capella eſt.
Et mas quocunque eſt illi ſua femina iuncta,
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuiſſet?
Cur ego crudelem patior tam ſæpe dolorem?
Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum,
Inque vicem Phœbe excurrens, atque aureus orbis
Luna tua eſt tecum: cur non eſt & mea mecum?
Luna dolor noſti quid ſit, miſerere dolentis.
Phœbe gerens in te laurus celebrauit amorem,

Et

Et quem pompa Deum, non ſiluis fama locuta eſt.
Omnia vos eſtis: ſecum ſua gaudia geſtat,
Aut inſperſa videt mundo quæ dicere longum eſt.
Aurea quin etiam cum ſæcula voluebantur,
Conditio ſimilis fuerat mortalibus illis.
Hæc quoque prætereo, notum Minoidos aſtrum,
Quæque virum virgo, ſicut captiua ſecuta eſt.
Lædere Cælicolæ potuit vos noſtra quid ætas?
Conditio nobis vitæ quo durior eſſet?
Auſus egon'primus caſtos violare pudores?
Sacratamque meæ vitam tentare puellæ?
Immatura meæ quoque noxæ ſoluere fata?
Iſtius atque vtinam facti mea culpa magiſtra
Prima foret: lethum vita mihi dulcius eſſet.
Non mea, non vllo moreretur tempore fama,
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus
Dicerer, atque ex me dulcis foret orta voluptas.
Nam mihi non tantum tribuerunt inpia vota,
Auctor vt occulti noſter foret error amoris.
Iupiter ante ſui ſemper mendacia furti
Cum Inmone prius coniux quam dictus vterque eſt,
Gaudia libauit dulcem furatus amorem:
Et mecum tenera gauiſa eſt ludere in herba,
Purpureos flores, quos inſuper accumbebat,
Candida formoſo ſupponens brachia collo.
Tum credo, fuerat Mauors diſtentus in armis,
Nam certe Volcanus opus faciebat, & illi
Triſti, turpabatque mala fuligine barbam.
Non aurora nouos etiam plorauit amores,
Atque rubens oculos roſeo cælauit amictu?
Talia Cælicolæ. nunquid minus aurea promo?
Ergo quod Deus, atque Heros, cur non minor ætas?

Infelix

Infelix ego, non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit sors o mea læua
Nascendi, miserumque genus, & sera libido
Tanta meæ vitæ cordis fecere rapinam,
Vt maneam, quod vix oculis cognoscere possis.

DIVERSORVM POETARVM IN PRIAPVM LVSVS.

Ad Lectorem.

CArminis incompti lusus lecture procaces,
Conueniens Latio pone supercilium.
Non soror hoc habitat Phœbi, non Vesta sacellò,
Nec quæ de patrio vertice nata Dea est:
Sed ruber hortorum custos membrosior æquo,
Qui tectum nullis vestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ,
Aut quibus hanc oculis adspicis, ista lege.

Ad Priapum.

Ludens hæc ego teste te, Priape,
Horto carmina digna, non libello,
Scripsi non nimium laborioſe.
Nec Musas tamen, vt solent poëtæ,
Ad non virgineum locum vocaui.
Nam sensus mihi corque defuissent,
Castas Pieridum chorum sorores
Auso ducere mentulam ad Priapi.
Ergo quidquid id est, quod otiosus
Templi parietibus tui notaui,
In partem accipias bonam rogamus.

Priapus.

Obscure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu

Des

Des licet assidue, nil tamen inde perit.
Da mihi quod cupies frustra dare forsitan olim,
Cum teget obsessas inuida barba genas,
Quodque Ioui dederat, qui raptus ab alite sacra,
Miscet amatori pocula grata suo:
Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta loci.
Simplicius multo est, da pœdicare Latine
Dicere, quid faciam? crassa Minerua mea est.

Ad Priapum.

Obscenas rigido Deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage, rogatque tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

De Priapo.

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
Versibus hic infra scripta duobus erit.
Quod meus hortus habet, sumas impune licebit:
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quod sim ligneus, vt vides, Priapus,
Et fax lignea, ligneusque penis:
Prendam te tamen, & tenebo prensam.
Totamque hanc sine fraude, quantacunque est,
Tormento, citharaque tensiorem,
Ad costam tibi septimam recondam.

Priapus.

Cum loquor, vna mihi peccatur littera: nam præ,
Pæ, dico semper, blæsaque lingua mea est.

Priapus.

Matronæ procul hinc abite castæ:
Turpe est vos legere impudica verba.

Non

Cum tanta humanis Phœbus spectacula cernes
Præcipueque vigil, feruens, cum Seirius ardens.
Insequitur miranda tamen sua fabula montem:
Nec minus ille pius, quanquam sors nobilis ignis.
Nam quando ruptis excanduit Aetna cauernis,
Et velut euersis penitus fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda:
Haud aliter sæuo quam cum Ioue fulgurat æther,
Et nitidum obscura cælum caligine torquet,
Ardebant aruis segetes, & mollia culta
Iugera cum dominis, siluæ, collesque virentes.
Vix dum castra putant hostem mouisse, tremebant:
Et iam finitimæ portas euaserat vrbis.
Tum vero vt cuique est animus vires que, rapina
Tutari conantur opes. gemit ille sub auro:
Colligit ille arma, & stulta ceruice reponit.
Defectum raptis illum sua carmina tardant.
Hic velox nimium properat sub pondere pauper:
Et quod cuique fuit cari fugit ipse sub illo.
Sed non incolumis dominum sua præda secuta est.
Cunctantem vorat ignis, & vndique torret auaros,
Consequitur fugisse ratos, & præmia captis
Concrepat ac nullis parsura incendia pascunt,
Vel solis parsura piis. nanque optima proles
Amphinomus fraterque pari sub munere fortes,
Cum iam vicinis streperent incendia tectis,
Adspiciunt pigrumque patrem, matremque senemque,
Eheu defessos posuisse in limine membra.
Parcite auara manus, dites attollite prædas:
Illis diuitiæ solæ, materque paterque:
Hanc rapiunt prædam, mediumque exire per ignem
Ipso dante fidem properant, ô maxima rerum,

Et merito pietas, homini tutissima virtus.
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ:
Et quacunque ferunt illi vestigia cedunt.
Felix illa dies, illa est innoxia terræ.
Dextra sæua tenent, læuaque incendia seruent.
Ille per obliquos igneis, fraterque triumphans,
Tutus vterque pio sub pondere sufficit illa:
Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
Salua ferunt: illos mirantur carmina vatum.
Illeque se posuit claro sub nomine Ditis.
Nec sanctos iuueneis attingunt sordida fata:
Sed vere cessere domus, & iura piorum.

EIVSDEM COR. SEVERI CARMEN IN OBITVM M. T. CICERONIS, ex libris de bello Ciuili.

ORaque magnanimum spirantia pene virorum
In Rostris iacuere suis: sed enim abstulit omnes
Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia Consulis acta,
Iuratæque manus deprensaque fœdera noxæ:
Patritiumque nefas etiam tum, vt pœna Cethegi,
Deiectusque redit votis Catilina nefandis.
Quid fauor aut cœtus, plenis quid honoribus anni
Profuerunt, sacris & vita quid artibus acta?
Abstulit vna dies aui decus, ictaque luctu
Conticuit Latia tristis facundia lingua,
Vnica sollicitis quondam tutela, salusque,
Egregium semper patriæ caput: ille senatus
Vindex, ille fori, legum, ritusque, togaque.

Publica vox ſæuis æternum obmutuit armis.
Informes vultus, ſparſamque cruore nefando
Caniciem, ſacraſque manus, operumque miniſtras
Tantorum, pedibus ciuis proiecta ſuperbis
Proculcauit ouans: nec lubrica fata, Deoſque
Reſpexit. nullo luet hoc Antonius æuo.
Hæc nec in Emathio mitis victoria Perſe,
Nec te dire Syphax, non fecit in hoſte Philippe.
Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
Abfuerant: noſtraque cadens ferus Annibal ira
Membra tamen Stygias tulit inuiolata ſub vmbras.

MORETVM
INCERTI AVCTORIS.

IAM nox hibernas bis quinque peregerat horas,
Excubitorque diem cantu prædixerat ales,
Simulus exigui cultor cum ruſticus horti,
Triſtia venturæ metuens ieiuna lucis,
Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato,
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes,
Veſtigatque focum: læſus quem denique ſenſit.
Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus,
Et cinis obductæ cælabat lumina pruna:
Admouet his pronam ſummiſſa fronte lucernam,
Et producit acu ſtupas humore carentes,
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt,
Oppoſitaque manu lumen defendit ab aura,
Et reſerat clauſa, quæ præuidet, oſtia claui.
Fuſus erat terra frumenti pauper aceruus:
Hinc ſibi depromit quantum menſura petebat,

Quæ

Quæ bis in octonas excurrit pondere libras.
Inde abit assilitque molæ: paruaque tabella,
Quam fixam paries illos seruabat in vsus,
Lumina fida locat. geminos tunc veste lacertos
Liberat, & cinctus villosa tegmine capræ
Peruerrit cauda silices gremiumque molarum.
Admouet inde manus operi, partitus vtranque:
Laua ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris, & concitat orbem.
Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
Interdum fessæ succedit læua sorori
Alternatque vices: modo rustica carmina cantat,
Agrestique suum solatur voce laborem.
Interea clamat Cybale: hæc erat vnica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura,
Torta comam, labroque tumens, & fusca colore:
Pectore lata iacens mammis compressior aluo,
Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta:
Continuis rimis calcanea scissa rigebant.
Hanc vocat, atque arsura focis imponere ligna
Imperat, & flamma gelidos adolere liquores:
Postquam impleuit opus iustum versatile finem:
Transfert inde manu fusas in cribra farinas,
Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso:
Subfidit sincera foraminibusque liquatur
Emundata Ceres. læui tum protinus illam
Componit tabula, tepidas superingerit vndas:
Contrahit admistos tum fonteis, atque farinas
Transuersat durata manu, liquidoque coacto
Interdum grumos spargit sale, iamque subactum
Format opus, palmisque suum dilatat in orbem,
Et notat impressis æquo discrimine quadris.

Vix vnquam vrbani comitatus merce macelli.
Cæpa rubens, sectique famem domat area porri,
Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu,
Intubaque, & Venerem reuocans eruca morantem.
Tunc quoque tale aliquid meditans intrauerat hortum:
Ac primum leuiter digitis tellure resossa,
Quatuor educit cum spissis halia fibris.
Inde comas apij graciles, rutamque virentem
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hæc vbi collegit, lætum consedit ad ignem:
Et clara famulam poscit mortaria voce.
Singula tum capitum numerosa cortice nudat,
Et summis spoliat coriis, contemptaque passim
Spargit humi, atque abicit: seruatum gramine bulbum
Tingit aqua, lapidisque cauum demittit in orbem.
Hinc salis inspergit micas, sale durus adeso
Caseus adiicitur, dictas supcringerit herbas,
Et læua vestem setosa sub inguina fulcit.
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Halia: tum pariter misto terit omnia succo.
It manus in gyrum: paullatim singula vires
Deperdunt proprias, color est è pluribus vnus.
Nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant:
Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
Sæpe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus, & simo dammat sua prandia vultu.
Sæpe manu summa lacrymantia lumina tergit,
Immeritoque furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus, non iam salebrosus, vt ante,
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbeis,
Ergo Palladij guttas instillat olivæ,
Exiguique super vires infundit aceti,

Atque iterum commiſcet opus, miſtumque retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit, inque globum diſtantia contrahit vnum:
Conſtet vt effecti ſpecies, nomenque moreti.
Eruit interea Cybale quoque ſedula panem:
Quem lotis recipit manibus, pulſoque timore
Iam famis, inque diem ſecurus Simulus illam,
Ambit crura ocreis paribus, tectuſque galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos,
Atque agit in ſegetes, & terræ condit aratrum.

DIRÆ.

VALERII CATONIS.

BAttare cycneas repetamus carmine voces:
Diuiſas iterum ſedes, & rura canamus,
Rura, quibus diras indiximus, impia vota.
Ante lupos rapient hædi, vituli ante leones,
Delphini fugient piſceis, aquilæ ante columbas,
Et conuerſa retro rerum diſcordia gliſcet
Multa prius, fuerit quam non mea libera auena.
Montibus, & ſiluis dicam tua facta, Lycurge,
Impia Trinacriæ ſterileſcant gaudia nobis,
Nec fecunda ſenis noſtri, felicia rura,
Semina parturiant ſegetes, non paſcua colles,
Non arbuſta nouas fruges, non pampinus vuas.
Ipſæ non ſiluæ frondes, non flumina montes.
Rurſus, & hoc iterum repetamus Battare carmen.
Effetas Cereris ſulci condatis aueuas:
Pallida flaueſcant æſtu ſitientia prata:
Immatura cadant ramis pendentia mala:
Deſint & ſiluis frondes & fontibus humor:

Nec

Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris vario florentia serta decore,
Purpureo campos quæ pingit auena colore.
Hinc auræ dulces, hinc suauis spiritus agri
Mittant pestiferos æstus, & tetra venena.
Dulcia non oculis, non auribus vlla ferantur.
Sic precor: & nostris superent hæc carmina votis.
Ludimus, & multum nostris cantata libellis
Optima siluarum, formosis densa viretis
Tondemus virideis vmbras, nec læta comanteis
Iactabis molleis ramos inflantibus auris,
Nec mihi sæpe meum resonabit Battare carmen.
Militis impia cum succedet dextera ferro,
Formosæque cadent vmbræ, formosior illis
Ipsa cades. veteris domini felicia ligna
Nequidquam nostris toties deuota libellis:
Ignibus æthereis flagrabunt. Iupiter ipse,
Iupiter hanc aluit: cinis hæc tibi fiat, oportet.
Thracis tum Boreæ spirent immania vires:
Eurus agat mistam sulua caligine nubem:
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem:
Cum tua cyaneo resplendens æthere silua
Noscet iter, ducens Erebo tua Lydia Ditis.
Vicinæ flammæ rapiant ex ordine viteis:
Pascantur segetes, diffusis ignibus aura
Transuolet arboribus, coniungat & arbor aristas.
Pertica quæ nostros metata est impia agellos,
Qua nostri fines olim: cinis omnia fiant.
Sic precor, & nostris superent hæc carmina votis.
Vndæ, quæ vestris pulsatis litora lymphis,
Litora, quæ dulceis auras diffunditis agris,
Accipite has voces: migret Neptunus in arua

Fluctibus, & spissa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros pastor Iouis ignibus arcet,
Barbara dicatur Libyce soror altera Syrtis.
Tristius hoc memini reuocasti Battare carmen.
Nigro multa mari dicunt portenta natare,
Monstra repentinis terrentia sæpe figuris;
Cum subito emersere furenti corpora Ponto:
Hæc agat infesto Neptunus cæca tridenti;
Atrum conuertens æstum maris vndique ventis.
Et fuscum cinerem canis exhauriat vndis.
Dicantur mea rura ferum mare, nauta caueto
Rura quibus diras indiximus impia vota.
Si minus, heu Neptune tuis infundimus aris,
Battare fluminibus tu nostros trade dolores.
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica:
Nil est quod perdam vlterius merita omnia, dixi.
Flectite currenteis lymphas vaga flumina retro,
Flectite, & aduersis rursum diffundite campis.
Incurrant amnes passim remeantibus vndis,
Nec nostros seruire sinant erroribus agros:
Dulcius hoc, memini, reuocasti Battare carmen.
Emanent subito sicca tellure paludes,
Et metat hic iuncos, spicas vbi legimus olim:
Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen,
Præcipitent alti spumantes montibus imbres,
Et late teneant diffuso gurgite campos:
Queis dominis infesta minantes stagna relinquant,
Vnde relapsa meos agros peruenerit vnda.
Piscetur nostris in finibus aduena arator:
Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
O male deuoti pratorum crimine agelli,

Tuque

Tuque inimica tui semper discordia ciuis.
Exsul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui,
Miles vt accipiat funesti præmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima visam:
Hinc ibo in siluas: obstabunt iam mihi colles:
Obstabunt montes, campos nec adire licebit.
Dulcia rura valete, & Lydia dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardius, ah, misera descendite monte capellæ:
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuque resiste pater: en prima, nouissima nobis
Intueor campos: longum manet hostis in illis.
Rura valete iterum; tuque optima Lydia salue:
Siue eris, & si non, mecum morieris, vtrunque
Extremum carmen reuocemus Battare auena.
Dulcia amara prius fient, & mollia dura:
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua:
Migrabunt casus aliena in corpora rerum,
Quam tua de nostris emigret cura medullis.
Quamuis ignis eris, quamuis aqua, semper amabo.
Gaudia semper enim tua me meminisse iuuabit.
Inuideo vobis agri, formosaque prata:
Hoc formosa magis, mea quo formosa puella
Est vobis. tacite vestrum suspirat amorem.
Vos nunc illa videt, vobis mea Lydia ludit.
Vos nunc alloquitur, vos nunc arridet ocellis,
Et mea summissa meditatur carmina voce,
Cantat, & interea, mihi quæ cantabat in aurem.
Inuideo vobis agri: discetis amare.
O fortunati nimium, nultumque beati,
In quibus illa pedis niuei vestigia ponet:
Aut roseis digitis viridem decerpserit vuam,

(Dulci

(Dulci nanque tumet nondum viticula Baccho)
Aut inter varios Veneris ſtipendia flores
Membra reclinarit, teneramque illiſerit herbam,
Et ſecreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt ſiluæ, gaudebunt mollia prata,
Et gelidi fontes, auiumque ſilentia fient.
Tardabunt riui labentes currere lympha,
Dum mea iucundas exponat cura querelas.
Inuideo vobis agri: mea gaudia habetis.
Et vobis nunc eſt, mea quæ fuit ante, voluptas.
At mihi tabeſcunt morientia membra dolore,
Et calor infuſo decedit frigore mortis,
Quod mea non mecum domina eſt. non vlla puella
Doctior in terris fuit, aut formoſior: ac ſi
Fabula non vana eſt, tauro Ioue digna, vel auro,
Iupiter auertas aureis: mea ſola puella eſt.
Felix taure pater magni gregis, & decus: a te
Vaccula non vnquam ſecreta cubilia captans,
Fruſtra te patitur ſiluis mugire dolore.
Et pater hædorum felix, ſemperque beate:
Siue petis monteis præruptos ſaxa pererrans:
Siue tibi ſiluis noua pabula faſtidire:
Siue libet campis: tecum tua læta capella eſt.
Et mas quocunque eſt illi ſua femina iuncta,
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuiſſet?
Cur ego crudelem patior tam ſæpe dolorem?
Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum,
Inque vicem Phœbe excurrens, atque aureus orbis
Luna tua eſt tecum: cur non eſt & mea mecum?
Luna dolor noſti quid ſit, miſerere dolentis.
Phœbe gerens in te laurus celebrauit amorem,

Et quem pompa Deum, non filuis fama locuta eſt.
Omnia vos eſtis: ſecum ſua gaudia geſtat,
Aut inſperſa videt mundo quæ dicere longum eſt.
Aurea quin etiam cum ſæcula voluebantur,
Conditio ſimilis fuerat mortalibus illis.
Hæc quoque prætereo, notum Minoidos aſtrum,
Quæque virum virgo, ſicut captiua ſecuta eſt.
Lædere Cælicolæ potuit vos noſtra quid ætas?
Conditio nobis vitæ quo durior eſſet?
Auſus egon'primus caſtos violare pudores?
Sacratamque meæ vitam tentare puellæ?
Immatura meæ quoque noxæ ſoluere fata?
Iſtius atque vtinam facti mea culpa magiſtra
Prima foret: lethum vita mihi dulcius eſſet.
Non mea, non vllo moreretur tempore fama,
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus
Dicerer, atque ex me dulcis foret orta voluptas.
Nam mihi non tantum tribuerunt inpia vota,
Auctor vt occulti noſter foret error amoris.
Iupiter ante ſui ſemper mendacia furti
Cum Imone prius coniux quam dictus vterque eſt,
Gaudia libauit dulcem furatus amorem:
Et mecum tenera gauiſa eſt ludere in herba,
Purpureos flores, quos inſuper accumbebat,
Candida formoſo ſupponens brachia collo.
Tum credo, fuerat Mauors diſtentus in armis,
Nam certe Volcanus opus faciebat, & illi
Triſti, turpabatque mala fuligine barbam.
Non aurora nouos etiam plorauit amores,
Atque rubens oculos roſeo cælauit amictu?
Talia Cælicolæ. nunquid minus aurea promo?
Ergo quod Deus, atque Heros, cur non minor ætas?

Infelix

Infelix ego, non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit sors o mea læua
Nascendi, miserumque genus, & sera libido
Tanta meæ vitæ cordis fecere rapinam,
Vt maneam, quod vix oculis cognoscere possis.

DIVERSORVM POETARVM IN PRIAPVM LVSVS.

Ad Lectorem.

CArminis incompti lusus lecture procaces,
Conueniens Latio pone supercilium.
Non soror hoc habitat Phœbi, non Vesta sacello,
Nec quæ de patrio vertice nata Dea est:
Sed ruber hortorum custos membrosior aquo,
Qui tectum nullis vestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ,
Aut quibus hanc oculis adspicis, ista lege.

Ad Priapum.

Ludens hæc ego teste te, Priape,
Horto carmina digna, non libello,
Scripsi non nimium laborioſe.
Nec Musas tamen, vt solent poëtæ,
Ad non virgineum locum vocaui.
Nam sensus mihi corque defuisset,
Castas Pieridum chorum sorores
Auso ducere mentulam ad Priapi.
Ergo quidquid id est, quod otiosus
Templi parietibus tui notaui,
In partem accipias bonam rogamus.

Priapus.

Obscure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu

Des

Des licet aßidue, nil tamen inde perit.
Da mihi quod cupies frustra dare forsitan olim,
Cum teget obsessas inuida barba genas,
Quodque Ioui dederat, qui raptus ab alite sacra,
Miscet amatori pocula grata suo:
Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta loci.
Simplicius multo est, da pædicare Latine
Dicere, quid faciam? crassa Minerua mea est.

Ad Priapum.

Obscenas rigido Deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage, rogatque tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

De Priapo.

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
Versibus hic infra scripta duobus erit.
Quod meus hortus habet, sumas impune licebit:
Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quod sim ligneus, vt vides, Priapus,
Et fax lignea, ligneusque penis:
Prendam te tamen, & tenebo prensam.
Totamque hanc sine fraude, quantacunque est,
Tormento, citharaque tensiorem,
Ad costam tibi septimam recondam.

Priapus.

Cum loquor, vna mihi peccatur littera: nam præ,
Pæ, dico semper, blæsaque lingua mea est.

Priapus.

Matronæ procul hinc abite castæ:
Turpe est vos legere impudica verba.

Non

Non aßis faciunt, euntque recta.
Nimirum ſapiunt, videntque magnam
Matronæ quoque mentulam libenter.

Priapus.

Cur obſcena mihi pars ſit ſine veſte, requiris.
Quæro, tegat nullus cur ſua tela Deus.
Fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte:
Nec datur æquoreo fuſcina tecta Deo.
Nec Mauors illum per quem valet, occulit enſem:
Nec latet in tepido Palladis haſta ſinu.
Num pudet auratas Phœbum portare ſagittas?
Clauum ſolet pharetram ferre Diana ſuam?
Num tegit Alcides nodoſæ robora clauæ?
Sub tunica virgam num Deus ales habet?
Quis Bacchum gracili veſtem prætendere thyrſo,
Quis te cælata cum face vidit Amor?
Nec mihi ſit crimen, quod mentula ſemper aperta eſt.
Hoc mihi ſi telum deſit, inermis ero.

Priapus.

Inſulſißima quid puella rides?
Non me Praxiteles, Scopaſue fecit:
Nec ſum Pheidiaca manu politus:
Sed lignum rude villicus dolauit:
Et dixit mihi, Tu Priapus eſto.
Spectas me tamen, & ſubinde rides.
Nimirum tibi ſalſa res videtur,
Adſtans inguinibus columna noſtris.

Priapus.

Ne prenſere caue: prenſo nec fuſte nocebo,
Sæua nec incurua vulnera falce dabo:
Traiectus conto ſic extendere pedali:
Vt culum rugas non habuiſſe putes.

Priapus.

Priapus.

Quædam senior Hectoris parente,
Cumææ soror, vt puto, Sibyllæ,
Aequalis tibi quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem,
Infirmo solet huc gradu venire:
Rugosasque manus ad astra tollens,
Ne desit sibi mentulam rogare.
Hesterna quoque luce, dum precatur,
Dentem de tribus excreauit vnum.
Tolle, inquam, procul, ac iube latere
Scissa sub tunica, stolaque rufa,
Vt semper solet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso,
Vt credas Epicuron oscitari.

Priapus.

Pædicere puer, moneo: futuere puella:
Barbatum furem tertia pœna manet.

Priapus.

Huc huc, quisquis es, in Dei salacis
Diuerti graue ne puta sacellum:
Et si nocte fuit puella tecum,
Hac re quod metuas adire, non est,
Istuc Cælitibus datur seueris.
Nos vappæ sumus, & pusilla culti
Ruris numina: nos pudore pulso
Stamus sub Ioue coleis apertis.
Ergo quilibet huc licebit intret,
Nigra fornicis oblitus fauilla.

Priapus.

Commisso mihi non satis modestas

Quicunque attulerit manus agello:
Is me sentiet esse non spadonem.
Hic inter frutices loco remoto
Dicat forsitan hæc sibi ipse nemo
Præcisum sciet esse me. sed errat.
Magnis testibus ista res agetur.

Ad Priapum.

Qualibus Hippomanes rapuit Schœneida pomis,
Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat:
Qualia credibile est spatiantem rure paterno
Nausicaam pleno sæpe tulisse sinu:
Quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti,
Qua lecta, cupido pacta puella viro est:
Taliacunque puer dominus florentis agelli
Imposuit mensæ nude Priape tuæ.

Priapus.

Quid mecum tibi circitor molestæ?
Ad me quid prohibes venire furem?
Accedat sine, laxior redibit.

Priapus.

Commoditas hæc est in nostro maxima pene,
Laxa quòd esse mihi femina nulla potest.

Ad Priapum.

Hic quando Theletusa circulatrix,
Quæ clunem tunica tegente nulla
Extis aptius, altiusque motat
Crissabit tibi fluctuante lumbo?
Sic vt non modò te Priape posset,
Priuignum quoque sed mouere Phædræ.

Priapus.

Fulmina sub Ioue sunt Neptuni fuscina telum:
Ense potens Mars est: hasta Minerua tua est.

Sutilibus

Sutilibus Liber committit prælia thyrſis:
Fertur Apollinea miſſa ſagitta manu.
Herculis armata eſt inuicta dextera claua:
At me terribilem mentula tenta facit.

Ad Priapum.

Copia me perdit: tu ſuffragare rogatus,
Indicio nec me prode, Priape, tuo.
Hæc quæcunque tibi poſui vernacula poma,
De ſacra nulli dixeris eſſe via.

Priapus.

Femina ſi furtum faciet mihi, virque, puerque
Hæc cunnum, caput hic præbeat, ille nates.

Priàpus.

Quicunque hic violam, roſamve carpet,
Furtiuumve olus, aut inempta poma:
Defectus pueroque feminaque,
Hac tentigine, quam videtis in me,
Rumpatur precor vſque, mentulaque
Nequidquam ſibi pulſet vmbilicum.

Priapus.

Hic me cuſtodem fecundi villicus horti
Mandati curam iußit habere loci.
Fur habeas pœnam, licet indignere, feramque
Propter olus, dicas, hoc ego, propter olus?

Priapus.

Hoc ſceptrum, quod ab arbore vt reciſum eſt,
Nulla iam poterit virere fronde:
Sceptrum, quod pathicæ petunt puellæ:
Quod quidam cupiunt tenere Reges:
Cui dant oſcula nobiles cinædi:
Intra viſcera furis ibit vſque
Ad pubem, capulumque coleorum.

Priapus.

Porro (nam quis erit modus Quirites?)
Aut præcidite seminale membrum,
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ sine fine prurientes,
Vernis passeribus salaciores:
Aut rumpar: nec habebitis Priapum.
Ipsi cernitis exfututus vt sim,
Confectusque, macerque pallidusque
Qui quondam ruber, & valens solebam
Fures cædere quamlibet valentes.
Defecit latus, & periculosam
Cum tussi miser exspuo saliuam.

Ad Priapum.

Deliciæ populi magno notissima circo
Quinctia vibratas docta mouere nates:
Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
Ponit, & adducta tympana pulsa manu.
Pro quibus, vt semper placeat spectantibus, orat,
Tentaque ad exemplum sit sua turba Dei.

Priapus.

Tu, qui non bene cogitas, & agre
Carpendo tibi temperas ab horto:
Pædicabere fascino pedali.
Quod si tam gravis, & molesta pœna
Non profecerit: altiora tangam.

Ad Priapum.

Obscenis peream, Priape, si non
Vti me pudet, improbisque verbis:
Sed cum tu posito Deus pudore,
Ostendas mihi coleos patenteis,
Cum cunno mihi mentula est vocanda.

Ad Priapum.

Falce minax, & parte tui maiore Priape:
Ad fontem quæso, dic mihi qua sit iter.

Priapus.

Vade per has viteis, quarum si carpseris vuas,
Quas aliter sumas hospes habebis aquas.

Priapus.

Donec proterua nil mihi manu carpes,
Licebit ipsa sis pudicior Vesta:
Sin hæc mei te ventris arma laxabunt,
Exire vt ipsa de tuo queas culo.

Priapus.

Vuis aridior puella passis,
Buxo pallidior, nouaque cera:
Collatas sibi quæ suisque membris
Formicas facit altiles videri:
Cuius viscera non aperta Tuscus
Per pellem poterit videre haruspex:
Quæ succo caret: vt putrisque pumex,
Nemo viderit hanc vt exspuentem:
Quam pro sanguine pulueren, scobemque
In venis medici putant habere:
Ad me nocte solet venire, & affert
Pallorem, maciemque larualem
Ductor ferreus insularis, aque
Laternæ videor fricare cornu.

Priapus.

Naiadas antiqui, Dryadasque habuere Priapi:
Et, quo tenta Dei vena subiret, erat.
Nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido:
Vt nymphas omneis interiisse putem.
Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,

Falce manu posita fiet amica manus.

Ad Priapum.

Cum sacrum fieret Deo salaci,
Conducta est pretio puella paruo,
Communis satis omnibus futura:
Quæ quot nocte viros peregit vna,
Tot verpas tibi dedicat salignas.

Priapus.

Pædicabere sur semel: sed idem
Si prensus fueris bis, irrumabo.
Quod si tertia furta molieris:
Vt pœnam patiare & hanc, & illam,
Pædicaberis, irrumaberisque.

Priapus.

Notas habemus quisque corporis formas:
Phœbus comosus, Hercules lacertosus,
Trahitque Bacchus virginis tener formam.
Minerua flauo lumine est, Venus pæto:
At fronte crinita Arcades vides Faunos.
Habet decentes nuntius Deum plantas:
Tutela Lemni dispares mouet gressus:
Intonsa semper Aesculapio barba est:
Nemo est feroci pectorosior Marte.
Quod si quis inter hæc locus mihi restat:
Deus Priapo mentulatior non est.

Voti solutio.

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum, quæritis, vnde procreamur.
Cum penis mihi forte læsus esset,
Chirurgique manum miser timerem:
Diis me legitimis, nimisque magnis,
Vt Phœbo puta, filioque Phœbi,

Curatum dare mentulam verebar.
Huic dixi, fer opem Priape parti,
Cuius tu pater ipse par videris:
Qua salua sine sectione facta,
Ponetur tibi picta, quam leuaris,
Parque, consimilisque concolorque.
Promisit fore, mentulamque mouit
Pro nutu Deus, & rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me, quodcunque est, dicere oportet:
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Radicare volo: tu vis decerpere poma.
Quod peto, si dederis: quod petis accipies.

Priapus.

Forma Mercurius potest placere:
Forma conspiciendus est Apollo.
Formosus quoque pingitur Lyaeus:
Formosissimus omnium est Cupido.
Me pulcra fateor carere forma:
Verum mentula luculenta nostra est:
Hanc mauult sibi, quam Deos priores,
Si qua est non fatuè puella cunnū.

Ad Priapum.

Nota Suburanas inter Thelethusa puellas,
Quæ puto de quæstu libera facta suo est.
Cingit inaurata penem tibi sancte corona:
Hunc pathicæ summi Numinis instar habent.

Priapus.

Quisquis venerit huc, poeta fiat,
Et versus mihi dicet iocosos:
Qui non fecerit: inter eruditos
Ficosissimus ambulet poetas.

Ad Priapum.

Lætus Aristagoras natis bene villicus vuis
De cera facta dat tibi poma Deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi,
Fac veros fructus ille, Priape, ferat.

Priapus.

Nolite omnia, quæ loquor, putare
Per lusum mihi, per iocumque dici.
Deprensos ego ter, quaterque fures
Omnes ne dubitetis, irrumabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas, quamuis sim ligneus hastam,
Oscula dat medio si qua puella mihi.
Augure non opus est: in me, mihi credite, dixit,
Vtetur veris vsibus hasta rudis.

Priapus.

Cum quendam rigidus Deus videret
Feruenti caput vstulare ferro,
Vt Mauræ similis foret puellæ:
Heus, inquit, tibi dicimus cinæde,
Vras te licet vsque, torqueasque:
Num tandem prior est puella, quæso,
Quam sunt, mentula quos habet, capilli?

Priapus.

O non candidior puella Mauro,
O sed mollior omnibus cinædis,
Pygmæo breuior gruem timenti,
Vrsis asperior, pilosiorque,
Medis laxior, Indicisque bracis,
Mantes hic licet, vt libenter ires.
Nam quamuis videar satis paratus,
Erucarum opus est decem manipli,

Fossas inguinis vt teram, dolemque
Cunni vermiculos scaturienteis.

Priapus.

Quicunque vestrum qui venitis ad cœnam,
Libare nullos sustinet mihi versus:
Illius vxor, aut amica, riualem
Lasciuiendo languidum, precor, reddat,
Et ipse longa nocte dormiat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

Priapus.

Quod partem madidam mei videtis,
Per quam significor Priapus esse:
Non ros est, mihi crede, nec pruina:
Sed quod sponte sua solet remitti,
Cum mens est pathicæ memor puellæ.

Priapus.

Tu quicunque vides circa tentoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci:
Versibus obscenis offendi desine: non est
Mentula subducti nostra supercilij.

Ad Priapum.

Quædam, si placet hoc tibi, Priape,
Ficosissima me puella ludit,
Et non dat mihi, nec negat daturam,
Caussasque inuenit vsque differendi.
Quæ si contigerit fruenda nobis:
Totam comparibus Priape nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc negotij est, quave suspicer caussa
Venire in hortum plurimos meum fures:
Cum quisquis in nos incidit, luat pœnas,

Et vsque curuos excauetur ad lumbos?
Non ficus hic est præferenda vicinæ,
Vuæque, quales flaua legit Arete:
Non mala truxsis asserenda Picenis,
Pyrumve tanto quod periculo captes:
Magisque cera luteum noua prunum,
Sorbumve ventres lubricos moraturum.
Præsignorami nec mei ferunt morum,
Nucemve longam, quam vocant auellanam,
Amygdalumve flore purpureo fulgens.
Non brassicæ fero gulosior caules,
Betasve, quantas hortus educat nullus;
Crescensve semper in suum caput porrum.
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam,
Ad ocymumve, cucumeresve humi fusos
Venire credo, sessileisue lactucas:
Nec vt salaces nocte tollat erucas,
Menthamque olentem, cum salubribus ruta,
Acreisque cæpas, haliumque furatum.
Quæ cuncta quamuis nostro habemus in septo,
Non pauciora proximi ferunt horti,
Quibus relictis, in mihi laboratum
Locum venitis improbissimi fures,
Nimirum apertam conuolatis ad pœnam,
Et vos hoc ipsum quod minamur, inuitat.

Priapus.

Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto:
Iam primum stator hic libidinosus
Alternis ineundo, & exeundo,
Porta te faciet patentiorem.
Accedent duo qui latus tuentur,

Pulere

Pulcre pensilibus peculiati.
Qui cum te male foderint iacentem:
Ad partem veniet salax asellus,
Nihil deterius mutoniatus.
Quare qui sapiet, malum cauebit,
Cum tantum hic sciet esse mentularum.

Ad Priapum.

Contentus modico Bacchus solet esse racemo:
Cum capiant alti vix sua musta lacus.
Magnaque fœcundis cum messibus area desit,
In Cereris crineis vna corona datur.
Tu quoque Diue minor maiorum exempla secutus,
Quamuis pauca damus, consule poma boni.

Priapus.

E, D, si scribas, temonemque insuper addas,
Qui medium vult D scindere, pictus erit.

Priapus.

Credere quis posset, falcem quoque, turpe fateri,
De digitis fures surripuisse meis?
Nec mouet amissi tam me iactura, pudorque,
Quam præbent iustos altera tela metus.
Quæ si perdidero patria multabor, & olim,
Ille tuus ciuis, Lampsace, Gallus ero.

Priapus.

Derides quoque fur, & impudicum
Ostendis digitum mihi minanti,
Eheu me miserum quid ista lignum est,
Quæ me terribilem facit videri?
Mandabo domino tamen salaci,
Vt pro me velit irrumare fures.

Priapus.

Cornix, & caries, vetusque bustum,

Turba & putrida facta ſæculorum,
Quæ fórſan potuiſſet eſſe nutrix
Tithoni, Priamique, Neſtoriſque,
Illis ni pueris anus fuiſſet.
Ne deſit ſibi, me rogat, fututor.
Quid ſi nunc roget, vt puella fiat?
Si nummos tamen hæc habet, puella eſt.

Priapus.

Quicunque fur fefellerit fidem noſtram,
Effeminato marceat procul culo.
Quæque hæc proterua carpſerit manu poma
Puella, nullum inueniat fututorem.

Priapus.

Prædictum tibi, ne negare poſſis,
Si fur veneris, impudicus ibis.

Ad Priapum.

Si quot habes verſus, tot haberes poma, Priape:
Eſſes antiquo ditior Alcinoo.

Malus.

Quid fruſtra quereris, colone, mecum,
Quod quondam bene fructuoſa malus,
Autumnis ſterilis duobus adſtem?
Non me prægrauat, vt putas, ſenectus,
Nec ſum grandine verberata dura,
Nec gemmas modo germine exeunteis
Seri frigoris vſtulauit aura,
Nec venti, pluuiæve, ſiccitaſve,
Quod de ſe quererer, malum dederunt:
Non ſturnus mihi graculuſve raptor,
Aut cornix anus, aut aquoſus anſer,
Aut corcus nocuit ſiticuloſus:
Sed quod carmina peſſimi poetæ

Ramis

Ramis sustineo Laboriosis.

Priapus.

Securi dormite canes, custodiet hortum
Cum sibi dilecta Seirius Erigone.

Priapus.

Parum est, miser quod hic fixi sedem,
Agente terra per Caniculam rimas,
Siticulosam sustinens diu aestatem.
Parum, quod imi perfluunt sinus imbres,
Et in capillos grandines cadunt nostros,
Rigetque dura barba iuncta crystallo:
Parum, quod acta sub laboribus luce,
Parem diebus peruigil traho noctem.
Huc adde, quod me terribilem Deum fuste
Manus sine arte rusticae dolauerunt,
Interque cunctos vilius Deos numen,
Cucurbitarum ligneus vocor custos.
Accedit istis impudentiae signum,
Libidinoso tenta pyramis neruo:
Ad hanc puella, paene nomen adieci,
Solet venire cum suo fututore.
Quae tot figuris, quot Philenis enarrat,
Non inuentis, pruriginosa discedit.

Priapus.

Quidam mollior anseris medulla,
Furatum venit huc amore paenae.
Furetur licet vsque non videbo.

Ad Priapum.

Hic tibi, qui rostro crescentia lilia mersit,
Caeditur e tepida victima porcus hara.
Ne tamen exanimum facias pecus omne, Priape:
Horti sit facias ianua clausa tui.

Priapus.

Priapus.

Tu quæ, ne videas notam virilem,
Hinc auerteris, vt decet pudicam:
Nimirum, nisi quod times videre,
Intra viscera habere concupiscis.

Priapus.

Penelopes primam, Didonis prima sequatur,
Et primam Cani, syllaba prima Remi,
Quodque fit ex illis, mihi tu deprensus in horto
Fur dabis: hac pœna culpa luenda tua est.

Priapus.

Rustlicus indocte si quid dixisse videbor,
Da veniam: libros non lego, poma lego.
Sed rudis hic dominum toties audire legentem
Constiti, Homeriacas edidicique notas.
Psoleon ille vocat, quod nos Psoloenta vocamus:
Id quod nos culum, coleon ille vocat.
Smerdaleos certe nisi res non munda vocatur,
Et pædiconum mentula smerdalea est.

Priapus.

Quid nisi Tænario placuisset Troica cunno
Mentula, quod caneret, non habuisset opus.
Mentula Tantalidæ bene si non nota fuisset,
Nil, senior Chryses quod quereretur, erat.
Hæc eadem socium tenera spoliauit amica,
Quæque erat Aeacidæ, maluit esse suam.
Ille Pelethroniam ceciuit miserabile carmen
Ad citharam: citharæ tensior ipse suæ.
Nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira:
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis Vlyssei,
Si verum quæras, hunc quoque mouit amor.

Hinc

Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit:
Quem cum moly vocat, mentula moly fuit.
Hinc legimus Circen, Atlantiademque Calypſo
Grandia Dulichij iuſſa tuliſſe viri.
Huius & Alcinoi mirata eſt filia membrum
Frondenti ramo vix potuiſſe tegi.
Ad vetulam tamen ille ſuam properabat, & omnis
Mens erat in cunno Penelopea tuo.
Quæ ſic caſta manes, vt iam conuiuia viſas,
Atque fututorum ſit tua plena domus,
E quibus vt ſcires quicunque valentior eſſet,
Hæc es ad arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat Vlyſſe,
Siue illi laterum, ſeu fuit artis opus.
Qui quoniam periit, modo vos intendite: qualem
Eſſe virum ſciero, vir ſit vt ille meus.
Hæc ego Penelope potui tibi lege placere:
Illo ſed nondum tempore factus eram.

Priapus.

Cum fici tibi ſuauitas ſubibit,
Et iam porrigere huc manum libebit:
Ad me reſpice fur, & æſtimato,
Quot pondo tibi mentula eſt cacanda.

Priapus.

Illuſit mihi pauper inquilinus,
Qui libum dederat, molaque fuſa,
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc ſubinde venit,
Nidorem puto proſecuta fumi:
Quæ libamine mentulæ comeſo,
Tota nocte mihi litat rigendo.

At vos amplius hoc loco cauete
Quidquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba velit canum venire:
Ne dum me colitis, meumque numen,
Custodes habeatis irrumatos.

Priapus.

Si commissa meæ carpes pomaria curæ:
Dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

Ad Priapum.

Cura Priape diligens pomarium:
Furi rubricato minare mutino.

Priapus

Quod moueat non est: quia si furaberis ipse
Grandia mala, tibi μαχεὰ βεγχεῖα dabo.

Priapus.

Obliquis pathica quid me spectatis ocellis?
Non stat in inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen exanimis nunc est, & inutile lignum:
Vtilis hæc, aram si dederitis, erit.
Per medios ibit pueros, mediasque puellas
Mentula: barbatis non nisi summa petet.

Ad Priapum.

Dodona est tibi Iupiter sacrata,
Iunoni Samos, & Mycena Diti:
Vndæ Tanaros æquorisque Regi.
Pallas Cecropias tuetur arces:
Delphos Pythius orbis vmbilicum:
Creten Delia, Cynthiosque colleis:
Faunus Mænalon, Arcadumque siluas.
Est tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis, humidumque Tibur.
Cyllene celeri Deo niuosa:

Tardi

Tardo gratior æstuosa Lemnos.
Ennææ Cererem nurus frequentant:
Raptam Cyzicos ostreosa Diuam:
Formosam Venerem Cnidos, Paphosque,
Mortales tibi Lampsacum dicarunt.

Priapus.

Quod sim iam senior, meumque canis
Cum barba caput albicet capillis:
Deprensos ego perforare possum
Tithonum, Priamumque, Nestoremque.
Immanem stomachum mihi videtis,
Qui densam facitis subinde sæpem,
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est lædere, dum iuuatis: hoc est
Non admittere ad aucupem volucres.
Obstructa est via: nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius vsque, & vsque, & vsque
Furum scindere podices solebam,
Per noctes aliquot, diesque cesso:
Pœnas do quoque, quod satis, superque est,
In semenque abeo, salaxque quondam
Non vitam perago. quis hoc putaret,
Vt lusu citharœdus abstineret?
At vos, ne peream situ senili,
Quæso desinite esse diligentes,
Neue imponite fibulam Priapo.

Priapus.

At Dij, Deæque dentibus tuis escas
Negent amicas cunnilinge vicinæ:
Per quem puella fortis ante, nec mendax,
Et quæ solebat impigro celer passu

Ad nos venire: nunc miſella Landace
Vix poſſe iurat ambulare præ foſſis.

Ad Priapum.

Priape, quod ſis faſcino grauis tento,
Quod exprobrauit hic tibi ſuo verſu
Poëta noſter, erubeſcere hoc noli.
Non eſt poëta faſcinoſior noſtro.

Ad Priapum.

At non longa ſatis, non ſtat bene mentula craſſa,
Et quam ſi tractes, creſcere poſſe putes.
Me miſerum, cupidas fallit menſura puellas.
Non habet hæc aliud mentula maius eo.
Vtilior Tydeus, qui ſi quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.
Sed potuit damno nobis nouitaſque, pudorque
Eſſe: repellendus ſæpius iſte mihi.
Dum viuis, ſperare decet: tu ruſtice cuſtos
Huc ades, & neruis tente Priape faue.

Ad Priapum.

Ærati quondam cuſtos, nunc cultor agelli,
Hæc tibi perſpectus templa, Priape, dico.
Pro quibus officiis ſi fas eſt ſancte paciſcor,
Aſſiduus cuſtos ruris vt eſſe velis:
Improbus vt ſi quis noſtrum violarit agellum:
Hunc tu, ſed taceo ſcis puto, quod ſequitur.

ALB. TIBVLLI AD PRIAPVM de inertia inguinis.

QVID hoc noui eſt? quid ira nuntiat Deum?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cum iaceret abditus ſinu,

Venus

Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners senile penis extulit caput.
Placet Priape, qui sub arboris coma
Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At o Priape sæpe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas,
Abegimusque voce sæpe, cum tibi
Senexve coruus, impigerve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale Priape: debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squalidus situ:
Canis aut tibi sæuus vsque lene.
Lutosa sus fricabit oblitum latus.
Sceleste penis, o cui meum malum
Licet querare: nec tibi tener puer
Parebit vllus: imminente qui toro
Iuuante verset arte mobilem natem.
Puella nec iocosa te leui manu
Fouebit, apprimetve lucidum femur.
Bidens amica Romuli senis memor
Pallatur: inter atra cuius inguina
Vacuaque pelle tectus inguinum gelu
Araneosus obsidet fores situs.
Tibi hæc paratur, vt tuum ter, aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit ager, aut languentior cubes,
Tereris vsque, donec ah miser, miser
Triplexque, quadruplexque compleas specum.
Superbia ista proderit nihil, simul
Vagum sonante merseris caput luto.

Quid est iners? pigetne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel:
Sed ille cum redibit aureus puer,
Simul sonante senseris iter pede:
Repente neruos excitet libidine
Et inquietus inguina arrigat tumor:
Neque mutare posit, vsque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

Priapus.

Vere rosa, autumno pomis, æstate frequentor
Spicis: vna mihi est horrida pestis hiems.
Nam frigus metuo, & vereor ne ligneus ignem
Hac Deus ignaris præbeat agricolis.

C. VALERII CATVLLI

Priapus.

Ego hac, ego arte fabricata rustica,
Ego arida, o viator, ecce populus
Agellulum hunc, sinistra, tute quem vides,
Herique villulam, hortulumque pauperis
Tuor, malasque furis arceo manus.
Mihi corolla picta vere ponitur,
Mihi rubens arista sole feruido,
Mihi virente dulcis vua pampino,
Mihique glauca duro oliua frigore,
Meis capella delicata pascuis
In vrbem adulta lacte portat vbera,
Meisque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit are dexteram.
Tenerque matre mugiente, vaccula
Deum profundit ante templa sanguinem.
Proin' viator hunc Deum vereberis,
Manumque sorsum habebis: hoc tibi expedit.

Para-

Parata nanque crux sine arte mentula.
Velim pol, inquis. at pol ecce, villicus
Venit: valente cui reuulsa brachio
Fit ista mentula, apta claua dexterę.

EIVSDEM.

Priapus.

HVNC ego iuuenes locum, villulamque palustrem,
Tectam vimine iunceo, caricisque manipliș,
Quercus arida, rustica conformata securi
Nutriui: magis, & magis vt beata quotannis.
Huius nam domini colunt me, Deumque salutant,
Pauperis tugurij pater, filiusque
Alter assidua colens diligentia, vt herba
Dumosa, asperaque a meo sit remota sacello:
Alter parua ferens manu semper munera larga,
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitu, & tenera virens spica mollis arista:
Luteæ violæ mihi, luteumque papauer,
Pallentesque cucurbitæ, & suaue olentia mala,
Vua pampinea rubens educata sub vmbra.
Sanguine hanc etiam mihi, sed iacebitis, aram
Barbatus linit hirculus, cornipesque capella,
Pro queis omnia honoribus hæc necesse Priapo
Præstare, & domini hortulum, vineamque tueri.
Quare hinc o pueri malas abstinete rapinas,
Vicinus prope diues est, negligensque Priapus.
Inde sumite. semita hæc deinde vos feret ipsa.

Eiusdem ad Priapum.

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape,
Qua domus tua Lampsaci est, quaque silua Priape.
Nam te præcipue in suis vrbibus colit ora
Hellespontia, ceteris ostreosior oris.

PVBLII VIRGILII MARONIS
CATALECTA.

De qua Tucca tibi venit, sed sæpe videre
Non licet occulitur limine clausa viri.
De qua sæpe tibi, non venit adhuc mihi, nanque
Si occulitur longe est tangere, quod nequeas.
Venerit aut tibi, sed iam iam mihi nuntius iste
Quid prodest? illi dicite, quæ rediit.

*

Corinthiorum amator iste verborum
Iste iste rhetor. nanque quatenus totus
Thucydides tyrannus Atticæ febris
Tau Gallicum spinæ ipsemet male illisit,
Ista omnia, ista verba miscuit fratri.

*

Socer beate, nec tibi, nec alteri,
Generque Noctuine putidum caput,
Tuque nunc puella talis, & tuo
Stupore pressa rus abibit, & mihi
Vt ille versus vsquequaque pertinet.
Gener, socerque perdidistis omnia.

*

Superbe Noctuine putidum caput,
Datur tibi puella, quam petis, datur,
Datur superbe Noctuine, quam petis.
Sed o superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium,
Duas, & hanc, & alteram tibi dari.
Adeste nunc, adeste, ducit vt decet,
Superbus ecce Noctuinus hirneam.

*

Iacere me, quod alta non posſim, putas,
Vt ante vectari freta:
Nec ferre durum frigus, aut æstum pati,
Neque arma victoris sequi.
Valent, valent mihi ira, & antiquus furor:
Et lingua, qua adsim tibi,
Et prostitutæ turpe contubernium
Sororis. o quid me incitas?
Quid impudice, & improbande Cæsari?
Sed furta dicantur tua,
Et heluato sera patrimonio
In fratre parsimonia:
Vel acta puero cum viris conuiuia,
Vdæque per somnum nates.
Et inscio repente clamatum semper,
Thalassio, Thalassio.
Quid palluisti femina? an loci dolent?
An facta cognosci tua?
Non me vocabis pulcra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos.
Nec dein mouere lumbos in crocotulam
Prensis videbo altaribus,
Flauum probe Thybrim & olentis nauticum
Vocare: vbi appulsæ rates
Stant in vadis cœno retentæ sordido,
Macraque luctantes aqua.
Neque in culinam, & vncta compitalia,
Dapesque ducis sordidas:
Quibus repletus vt saliuosis aquis
Obesam ad vxorem redis,
Et æstuanteis docte solutis pantices,
Os vsque lambis sauiis.

Nunc lade, nunc laceſſe, ſi quidquam vales:
Et nomen adſcribo tuum.
Cinæde Luci, an te reliquerunt opes?
Fameque genuini crepant?
Videbo habentem præter ignauos nihil
Fratres, & iratum Iouem,
Sciſſumque ventrem, & herniosi patrui
Pedes inedia turgidos.

Ad Venerem.

Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus,
O Paphon, o ſedes quæ colis Idalias:
Troius Æneas Romana per oppida digno
Iam tandem vt tecum carmine vectus eat:
Non ego thure modo, aut picta tua templa tabella
Ornabo, & puris ſerta feram manibus.
Corniger hos aries humilis, & maxima taurus
Victima ſacratos tinget honore focos.
Marmoreuſque tibi, aut digne coloribus ales
In morem picta ſtabit amor pharetra.
Adſis o Cytherea; tuus te Cæſar Olympo,
Et Surentini litoris ora vocat.

*

Ite hinc inanes rhetorum manipli,
Inflata rorè non Achaico verba,
Et vos Sile, Albuti, Arquitique, Varroque,
Scholaſticorum natio madens pingui.
Ite hinc inanis cymbalon iuuentutis,
Tuque o mearum cura Sexte curarum
Vale Sabine: iam valete formoſi.
Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Scironis,

Vitam-

Vitamque ab omni vindicabimus cura,
Ite hinc Camenæ vos quoque limite sæuæ,
Dulces Camenæ: nam fatebimur verum,
Dulces fuistis: & tamen meas chartas
Reuisitote: sed pudenter, & raro.

De Sabino.

Sabinus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse mulio celerrimus:
Neque vllius volantis impetum Cisi
Nequisse præterire: siue Mantuam
Opus foret volare, siue Brixiam.
Neque hoc negat Triphonis æmuli domus
Negare nobilem, insulamve cæruli:
Vbi iste post Sabinus, ante Quinctio
Bidente dicit attondisse forcipe
Comata colla, ne qua sordidum iugo
Premente dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida, & lutosa Gallia
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait Sabinus, vltima ex origine.
Tua stetisse dicit in voragine,
Tua in palude deposuisse sarcinas,
Et inde tot per orbitosa millia
Iugum tulisse: læua, siue dextera
Stringere mulas, siue vtrunque cæperat.
Neque vlla vota sæmitalibus Deis
Sibi esse facta, propter hoc nouissimum
Paterna lora, proximumque pectinem.
Sed hæc prius fuere, nunc eburnea
Sedetque sede, seque dedicat tibi
Gemelle Castor, & Gemelle Castoris.

Ad Varium.

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
Dispeream, nisi me perdidit iste potus.
Sin autem præcepta vetant me dicere: sane,
Non dicam. sed me perdidit iste puer.

Ad villam Scironis.

Villula, quæ Scironis eras, & pauper agelle,
Verum illi domino tu quoque diuitiæ:
Me tibi, & hos vna mecum, quos semper amauit:
Si quid de patria tristius audiero,
Commendo, in primisque patrem. tu nunc eris illi,
Mantua quod fuerat, quodque Cremona prius.

Pauca mihi, niueo sed non incognita Phœbo,
Pauca mihi doctæ dicite Pegasides:
Victor adest magni, magnum decus ecce triumphi.
Victor qua terræ, quaque patent maria:
Horrida Barbaricæ portans insignia pugnæ,
Magnus vt Æneides, vtque superbus Eryx.
Nec minus iccirco nostros expromere cantus
Maximus, & sanctos dignus inire choros.
Hoc itaque insuetis iactor magis optime curis:
Quid de te possim scribere, quidve tibi.
Nanque, fatebor enim, quæ maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima caussa fuit.
Pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum sale Cecropio.
Carmina, quæ Pylium sæclis accepta futuris,
Carmina, quæ Pylium vincere digna senem.
Molliter hic viridi patulæ sub tegmine quercus
Mœris pastores & Melibœus erant.

Dulcia

Dulcia iactantes alterno carmina versu,
Qualia Trinacriæ doctus amat iuuenis.
Certatim ornabant omnes Heroida Diuæ:
Certatim Diuæ munere quæque suo.
Felicem ante alias tanto scriptore puellam:
Alter non famam dixerit ipse prior.
Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
Quæ volucrem cursu vicerat Hippomanem:
Candida cycneo non edita Tyndaris ouo,
Non supero fulgens Cassiopeia polo.
Non defensa diu volucrum certamine equorum;
Optabant Graiæ quam sibi quæque manus.
Sæpe animam generi pro qua pater impius hausit:
Sæpe rubro Eleis sanguine fluxit humus.
Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
Immitti exspectant fulmine, & Imbre Iouem.
Cuius & ob raptum pulsi liquere Penates
Tarquinii patrios, filius, atque pater.
Illo, quo primum dominatus Roma superbos
Mutauit placidis tempore Consulibus.
Multa neque immeritis donauit præmia alumnis:
Præmia Messalis maxima Poplicolis.
Nam quid ego immensi memorem studia ista laboris?
Horrida quid duræ tempora militiæ?
Castra foro solitos vrbi præponere castra
Tam procul hoc nato, tam procul hac patria?
Immoderata pati nunc frigora, nuncque calores?
Stertere vel dura posse super silice?
Sæpe trucem aduerso perlabi sidere Pontum?
Sæpe audendo mare vincere, sæpe hiemem?
Sæpe etiam densos immittere corpus in hostes:
Communem belli nec timuisse Deum?

Nunc

Nunc celereis Afros, perituraque millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem?
Vincere & Oceani finibus vlterius?
Non noſtrum eſt, inquam, tantas attingere laudes:
Quin auſim hoc etiam dicere, vix hominum eſt.
Ipſa, hæc ipſa ferent rerum monumenta per orbem:
Ipſa ſibi egregium facta decus parient.
Nos ea, quæ tecum finxerunt carmina Diui
Cynthius, & Muſæ, Bacchus, & Aglaïe.
Si laudes adſpirem, humili ſed adire Camena:
Si patrio Graios carmine adire ſales
Poſſumus: ætatis plus iam procedimus ipſis.
Hoc ſatis eſt, pingui nil mihi cum populo.

*

Adſpice quem valido ſubnixum gloria regno
Altius & cæli ſedibus extulerat.
Terrarum hic bello magnum concuſſerat orbem:
Hic Reges Aſiæ fregerat, & populos.
Hic graue ſeruitium tibi, iam tibi Roma ferebat.
Cetera nanque viri cuſpide conciderant:
Cum ſubito in medio rerum certamine præceps
Corruit, e patria pulſus in exilium.
Tale Dea numen, tali mortalia nutu
Fallax momento temporis hora dedit.

*

Quocunque ire ferunt varia nos tempora vitæ,
Tangere quas terras, quoſque videre homines:
Diſpeream, ſi te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior eſſe poteſt?
Cui Venus ante alios, Diui, Diuumque ſorores,
Cuncta neque indigno, Muſa, debere bona,

Cuncta,

Cuncta quibus gaudet Phœbus, chorus ipseque Phœbi
Doctior o quis te Musa fuisse potest?
O quis te in terris loquitur iucundior vno?
Cleio nam certe candida non loquitur.
Quare illud satis est si te permittis amari:
Non contra vt sit amor mutuus inde mihi.
Quis Deus Octani te nobis abstulit? an quæ
Dicunt, ab nimio pocula dura mero?
Vobis si culpa est bilis: sua quemque sequuntur
Fata: quod immeriti crimen habent cyathi.
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
Raptum, & Romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris. peruersi dicite Manes,
Hunc superesse patri quæ fuit inuidia?

COPA
INCERTI AVCTORIS.

COPA Syrisca caput Graia redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta mouere latus:
Ebria famosa saltat lasciua taberna:
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æstiuo defessum puluere abesse,
Quam potius bibulo decubuisse toro?
Sunt cupæ, calices, cyathi, rosa, tibia, chordæ,
Et trichila vmbriferis frigida arundinibus.
Est & Mænalio quæ garrit dulce sub antro,
Rustica pastoris fistula in ore sonans.
Est & vappa cado nuper diffusa picato:
Est strepitans rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam croceo violæ de flore corollæ,
Sertaque purpurea lutea mista rosa:
Et quæ virgineo libata Acheloïs ab anne

Lilia vimineis attulit in calathis.
Sunt & caseoli, quos iuncea fiscina siccat:
Sunt autumnali cerea pruna die,
Castaneaque nuces, & suaue rubentia mala:
Est hic munda Ceres, est Amor, est Bromius.
Sunt & mora cruenta & lentis vua racemis:
Est pendens iunco caeruleus cucumis.
Et tuguri custos armatus falce saligna:
Sed non & vasto est inguine terribilis:
Huc Alibida veni: fessus iam sudat asellus:
Parce illi: vestrum delicium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadae:
Nunc etiam in gelida sede lacerta latet.
Si sapis aestiuo recubans nunc prolue vitro,
Seu vis crystallo ferre nouos calices.
Eia age pampinea sessus requiesce sub vmbra,
Et grauidum roseo necte caput strophio.
Candida formosae decerpes ora puellae,
Ah pereat, cui sunt priscae supercilia.
Quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?
Anne coronato vis lapide ista legi?
Pone merum, & talos: pereat, qui crastina curat.
Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.

C. PEDONIS ALBINOVANI IN MAECENATIS OBITVM Elegeia.

DEFLERAM iuuenis tristi modo carmine fata:
Sunt etiam merito carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus erat tam candidus, & tam
Longius annoso viuere dignus auo.

Irreli-

Irreligata ratis nunquam defessa carina,
It, redit in vastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta:
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi Mæcenas tecum fuit vsus amici:
Lollius hoc ergo conciliauit opus.
Fidus erat nobis nam propter Cæsaris arma,
Cæsaris & similem propter in arma fidem.
Regis eras genus Etrusci: tu Cæsaris almi
Dextera, Romana tu vigil vrbis eras.
Omnia cum posses tanto tam carus amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phœbus donauerat arteis.
Tu decus, & laudes huius & huius eras.
Vincit vulgareis, vincit Beryllus arenas,
Litore in extremo quas simul vnda mouet.
Quod discinctus eras animo quoque, carpitur vnum:
Diluitur nimia simplicitate tua.
Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo:
Quæ bene præcinctos postmodo pulsa fugit.
Inuide, quid tandem tunicæ nocuere solutæ?
Aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
Num minus vrbis erat custos, & Cæsaris hospes?
Num tibi num tutas fecit in vrbe vias?
Nocte sub obscura quis te spoliauit amantem?
Quis tetigit ferro durior ipse latus?
Maius erat potuisse tamen, nec velle triumphos:
Maior res, magnis abstinuisse, fuit.
Maluit vmbrosam quercum, Nymphasque canenteis,
Paucaque pomosi iugera certa soli.
Pieridas, Phœbumque colens in mollibus hortis,
Sed erat argutas garrulus inter aueis.

Marmora

Marmora Mœonij vincunt monumenta libelli:
Viuitur ingenio: cetera mortis erunt.
Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idem,
Miles & Augusti fortis, & vsque pius.
Illum piscosi viderunt saxa Pelori
Ignibus hostilis reddere ligna ratis.
Puluere in Emathio fortem videre Philippi.
Quam tunc ille tener! quam grauis hostis erat!
Cum freta Niliacæ texerunt lata carinæ,
Fortis erat circum, fortis & ante Ducem.
Militis Eoi fugientis terga secutus,
Territus ad Nili dum fugit ille caput,
Pax erat, hac illos laxarunt otia cultus.
Omnia victores Marte sedente decent.
Accius ipse lyram plectro percussit eburno,
Postquam victrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat, ne posset femina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantum curuauerat arcum)
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche, coloratos postquam deuicimus Indos,
Potasti galea dulce iuuante merum.
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor, & certe memini sic ducere thyrsos
Brachia purpurea candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus & auro:
Serpentes edera vix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos
Vinxerunt certe: nec, puto, Bacche negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus,
Et tibi consulto verba fuere noua.

Impiger

Impiger Alceide multo defuncte labore,
Sic memorant curas te posuisse tuas.
Sic te cum tenera lætum lusisse puella
Oblitum Nemeæ, iamque Erimanthe tui.
Vltra nunquid erat? torsisti pollice fusos:
Lenisti morsu læuia fila parum.
Percussit crebros te propter Lydia nodos.
Te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunicas iussit lasciua fluenteis
Inter lanificas ducere sæpe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat,
Quam pede suspenso percutiebat Amor.
Quis fore credebat, premeret cum iam impiger infans
Hydros ingenteis vix capiente manu?
Cumve renascentem tereret velociter Hydram?
Frangeret immaneis vel Diomedis equos?
Vel tribus aduersis communem fratribus aluum,
Et sex aduersas solus in arma manus?
Fudit Aloidas, postquam dominator Olympi,
Dicitur in nitidum procubuisse diem:
Atque aquilam misisse suam, quæ quæreret ecquis
Posset amaturo vina referre Ioui:
Valle sub Idæa dum te formose sacerdos
Inuenit, & presso molliter vngue rapit.
Sic est: victor amet, victor potiatur in vmbra,
Victor odorata dormiat inque rosa.
Victorem victus metuat: metus imperet illi,
Membra nec in strata sternere discat humo.
Tempora dispensant vsus, & tempora cultus:
Hæc homines, pecudes, hæc moderantur aues.
Lux est, taurus arat: nox est, requiescit arator
Liberat emerito feruida colla boui.

Conglaciantur aquæ: scopulis se condit hirundo,
Verberat egelidos garrula Vere lacus.
Cæsar amicus erat: poterat vixisse solute,
Cum iam Cæsar idem, quod cupiebat, erat:
Indulsit merito: non est temerarius ille.
Vicimus: Augusto iudice dignus erat.
Argo saxa pauens postquam Scylleia legit,
Cyaneosque metus iam religanda ratis:
Viscera dissecti mutauit in arietis agnum
Æetias, & succis omne perita suis.
His te Macenas iuuenescere posse decebat.
Hæc vtinam nobis Colchidos herba foret!
Redditur arboribus florens reuirentibus ætas:
Ergo non homini, quod fuit ante, redit?
Viuacesque magis ceruos decet esse pauenteis,
Si quorum in torua cornua fronte rigent?
Viuere cornices multos dicuntur in annos;
Cur nos angusta conditione sumus?
Pascitur Aurora Tithonus nectare coniux:
Atque ita iam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi vita foret semper medicamine sacro,
Te vellem Auroræ complacuisse virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili:
Et modo puniceo rore leuante torum:
Illius aptus eras roseas adiungere bigas,
Tu dare purpurea lora regenda manu:
Tu mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
Procedente die respicientis equi.
Quæsiuere tori iuuenem sic Hesperon illum,
Quem nexum medio soluit in igne Venus.
Quem nunc in fuscis placida sub nocte nitentem
Luciferum contra currere cernis equis.

Hic

Hic tibi Corycium, caſias hic donat olenteis:
Hic e palmiferis balſama miſſa iugis.
Nunc pretium candoris habes: nunc redditus vmbris.
Te ſumus obliti decubuiſſe ſenem.
Ter Pylium fleuere ſui, ter Neſtora canum:
Dicebant tamen hunc non ſatis eſſe ſenem.
Neſtoris annoſi vixiſſes ſæcula, ſi me
Diſpenſata tibi ſtamina mente forent.
Nunc ego quid poſſum? tellus leuis oſſa teneto,
Pendula librato pondus & ipſa tuum:
Semper ſerta tibi dabimus, tibi ſemper odores:
Non vnquam ſitiens, florida ſemper eris.
Sic eſt Mæcenas fato veniente locutus,
Frigidus, & iam iam cum moriturus erat.
Mene, inquit iuuenis primæui Iupiter ante
Auguſtam Bruti non cecidiſſe fidem?
Pectore maturo fuerat puer, integer æuo,
Et magnum magni Cæſaris illud opus.
Diſcedo: vellemque prius non omnia dixit;
Inciditque pudor, quæ prope dixit amor.
Sed manifeſtus erat moriens: quærebat amatæ
Coniugis amplexus, oſcula, verba, manus:
Si tamen hoc ſatis eſt, vixi te Cæſare amico:
Et morior, dixit, dum morioque, ſatis.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor,
Cum dicar ſubita voce fuiſſe tibi.
Hoc mihi contingat: iaceam tellure ſub æqua:
Nec tamen hoc vltra me potuiſſe velim.
Sed meminiſſe velim, viuam ſermonibus: illic
Semper ero: ſemper ſi meminiſſe voles.
Et decet, & certe viuam tibi ſemper amicus:
Nec tibi qui moritur, deſinit eſſe tuus.

Ipse ego quidquid ero cineres, interque fauillas,
Tunc ego non potero non memor esse tui.
Exemplum vixi te quoque propter molle beate:
Vnus Mæcenas teque ego propter eram.
Arbiter ipse fui: volui, quod contigit esse:
Pectus eram vere pectoris ipse tui.
Viue diu mi care senex: pete sidera sero.
Est opus hoc terris: te quoque velle decet.
Et tibi succrescant iuuenes bis Cæsare digni,
Et tradant porro Cæsaris vsque genus.
Sic secura tibi cum primum Liuia coniux,
Expleat amissi munera rupta gener.
Cum Deus in terris Diuis insignis auitis,
Te Venus in patrio collocet alma sinu.

EIVSDEM C. PEDONIS ALBINOVANI ELEGIA

DE MORTE DRVSI Neronis.

AD LIVIAM AVGVSTAM.

VISA diu felix mater modò dicta Neronum,
Iam tibi dimidium nominis huius adest.
Iam legis in Drusum miserabile Liuia carmen.
Vnum, qui dicat iam tibi mater habes.
Nec tua te pietas distendit amore tuorum,
Nec posito fili nomine, dicis, Vter?
Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?
Hei mihi, quàm facile est, quamuis hoc contigit, omnes
Alterius luctu fortia verba loqui!

Scilicet

Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu,
Fortior vt possis cladibus esse tuis.
Occidit exemplum iuuenis venerabile morum,
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Ille modò eripuit latebrosas hostibus Alpes,
Et titulum belli dux duce fratre tulit.
Ille genus Sueuos acre, indomitosque Sicambros
Contudit, inque fugam barbara terga dedit.
Ignotumque tibi meruit Romane triumphum,
Protulit in terras imperiumque nouas.
Soluere vota Ioui fatorum ignara tuorum
Mater, & armifera soluere vota Deæ,
Gradiuumque patrem donis implere parabas,
Et quoscunque coli est iusque, piumque Deos.
Maternaque sacros agitabas mente triumphos,
Forsitan & curæ iam tibi currus erat.
Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis,
Et tumulus Drusum pro Iouis arce manet.
Fingebas reducem, perceptaque mente fouebas
Gaudia, & ante oculos iam tibi victor erat.
Iam veniet, iam me gratantem turba videbit.
Iam mihi pro Druso dona ferenda meo.
Obuia progrediar, felixque per oppida dicar,
Collaque, & os, oculosque illius ore premam.
Talis erit, sic occurret, sic oscula iunget,
Hoc mihi narrabit, sic prior ipsa loquar.
Gaudia magna foues, spem pone miserrima falsam,
Desine de Druso lata referre tuo.
Cæsaris illud opus veluti pars altera vestri
Occidit, indignas Liuia solue comas.
Quid tibi nunc mores prosunt, actumque pudice
Omne æuum? & tanto iam placuisse viro?

Quidque pudicitia tantum inuiolata bonorum,
Vltima sit laudes inter vt illa tuas?
Quid tenuisse animum contra sua secula rectum?
Altius & vitiis exeruisse caput?
Nec nocuisse vlli, & fortunam habuisse nocendi?
Nec quenquam neruos extimuisse tuos?
Nec vires erasse tuas campoque, foroque,
Quamque licet citra constituisse domum?
Nempe per hos etiam fortunæ iniuria mores
Regnet, & incerta est hic quoque nixa rotâ.
Hic quoque sentitur, nequid non improba carpat,
Sæuit, & iniustum ius sibi vbique facit.
Scilicet immunis si luctus vna fuisset
Liuia, fortunæ regna minora forent.
Quid si non habitu sic se gessisset in omni,
Vt sua non essent inuidiosa bona?
Cæsaris adde domum, quæ certè funeris expers
Debuit humanis altior esse malis.
Ille vigil summa sacer ipse locatus in arce,
Res hominum ex tuto cernere dignus erat.
Nec fleri ipse suis, nec quenquam flere suorum,
Nec quæ nos patimur vulgus, & ipse pati.
Vidimus erepta mœrentem stirpe sororis,
Luctus vt in Druso publicus ille fuit.
Condidit Agrippam, quo te Marcelle sepulcro,
Et cepit generos iam locus ille duos.
Vix posito Agrippa tumuli bene ianua clausa est,
Perficit officium funeris ecce soror.
Ecce ter ante datis iactura nouissima Drusus
A magno lachrymas Cæsare quartus habet.
Claudite iam Parcæ, nimium reserata sepulcra.
Claudite, plus iusto iam domus ista patet.

Cedit,

Cedis, & incassum tua nomina Druse leuantur,
Vltima sit fati hæc summa querela tui.
Ille potest implere dolor vel secula tota,
Et magni luctus obtinuisse locum.
Multi in te amisti, nec tu tot verba bonorum,
Omnis cui virtus contigit, vnus eras.
Nec genitrice tua fœcundior vlla parentum,
Tot bona per partus quæ dedit vna duos.
Heu par illud vbi est totidem virtutibus æquum?
Et concors pietas, nec dubitatus amor?
Vidimus attonitum fraterna morte Neronem
Pallida promissa flere per ora coma.
Dissimilemque sui vultu profitente dolorem,
Hei mihi quam toto luctus in orbe fuit.
Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
Vidisti, lacrymas vidit & ille tuas.
Affigique suis moriens tua pectora sensit,
Et tenuit vultu lumina fixa tuo.
Lumina cærulea iam iam nutantia morte,
Lumina fraternas iam subitura manus.
At miseranda parens suprema neque oscula fixit,
Frigida nec mouit membra tremente sinu.
Non animam apposito fugientem excepit hiatu,
Nec traxit cæcas per tua membra comas:
Raptus es absenti, dum te fera bella morantur,
Vtilior patriæ quàm tibi Druse tuæ.
Liquitur, vt quondam Zephyris, & solibus ictæ
Soluuntur teneræ vere tepente niues:
Te queritur, casusque malos, irrisaque tales,
Accusatque annos, vt diuturna, suos.
Talis in vmbrosis mitis nunc denique syluis
Deflet Threicium Daunias ales Ityn.

Halcyonum tales ventosa per æquora questus
Ad surdas tenui voce sonantur aquas.
Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis
Oeniden subitæ concinuistis aues.
Sic fleuit Clymene, sic & Clymeneïdes altæ,
Cum tuuenis patriis excidit ictus equis.
Congelat interdum lacrymas, duratque, tenetque;
Suspensasque oculis fortior ictus agit.
Erumpunt iterumque grauant gemitumque, sinusque
Effusæ grauidis, vberibusque genis.
In vires abiit flendi mora, planior vnda
Defluit, exigua siqua retenta mora.
Tandem vbi per lacrymas licuit, sed flebilis orsa est,
Singultu medios impediente sonos.
Nate breuis fructus, duplicis fors altera partus,
Gloria confectæ nate parentis; vbi es?
Sed neque iam duplicis, nec iam fors altera partus,
Gloria confectæ nunc quoque matris, vbi es?
Heu modo tantus vbi es? tumulo portaris, & igni.
Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducem digna videre fui?
Cæsaris vxori si talia dicere fas est,
Iam dubito magnos an rear esse deos.
Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,
Quos ego non potui demeruisse deos?
Hic pietatis honos? artus amplector inaneis,
Et vocat hos ipsos flamma, rogusque suus.
Tene ego sustineo positum scelerata videre?
Tene meæ poterunt vngere nate manus?
Nunc ego te infelix summum teneoque, tuorque?
Affigoque manus, oraque ad ora fero?

Nunc

Nunc primum aſpiceris conſul victorque parenti?
Sic mihi, ſic miſeræ nomina tanta refers?
Quo primum vidi faſces, in funere vidi:
Et vidi euerſos, indiciumque mali.
Quis credat? matri lux hæc chariſſima venit,
Qua natum in ſummo vidit honore ſuum.
Iamne ego non felix? iam pars mihi rapta Neronum
Materna celeber nomine Druſus aui?
Iamne meus non eſt? nec me facit ille parentem?
Iamne fui Druſi mater, & ipſe fuit?
Nec cum victorem referatur adeſſe Neronem,
Dicere iam potero maior, an alter, adeſt?
Vltima contigimus, ius matris habemus ab vno:
Vnius eſt munus quod tamen orba negor.
Me miſeram extimui, frigusque per oſſa cucurrit:
Nil ego iam poſſum certa vocare meum.
Hic meus ecce fuit, iubet hic de fratre vereri:
Omnia iam metuo, fortior ante fui.
Soſpite te ſaltem moriar Nero: tu mea condas
Lumina, & excipias hanc animam ore pio.
Atque vtinam Druſi manus altera, & altera fratris
Formarent oculos, comprimerentque meos!
Quod licet hoc certe tumulo ponemur in vno
Druſe, neque ad veteres conditus ibis auos.
Miſcebor cinerique cinis, atque oßibus oſſa:
Hanc luccm celeri turbine Parca neat.
Hæc & plura refert, lachrymæ ſua verba ſequuntur,
Oraque nequicquam per modo quæſta fluunt.
Quinetiam corpus matri vix vixque remiſſum,
Exequiis caruit Liuia pene ſuis.
Quippe ducem arſuris exercitus omnis in armis,
Inter quæque ruit, ponere certus erat.

Abſtulit inuitis corpus venerabile frater,
Et Druſum prunæ, quod licuitque, dedit.
Funera ducuntur Romana per oppida Druſi,
(Heu facinus) per quæ victor iturus erat,
Per quæ deletis Rhætorum venerat armis.
Hei mihi, quam diſpar huic fuit illud iter!
Conſuluit fractis mœrentem faſcibus vrbem,
Quid faceret victus, ſic vbi victor init?
Mœſta domus plangore ſonat, cui figere latus
Parta ſua dominus vouerat arma manu.
Vrbs gemit, & vultum miſerabilis induit vnum:
Gentibus aduerſis forma ſit illa precor,
Incerti clauduntque domos, ſtrepitantque per vrbem,
Hic illi pauidi clamque palamque dolent.
Iura ſilent, mutæque tacent ſine vindice leges.
Aſpicitur toto purpura nulla foro.
Diique latent templis, neque iniqua ad funera vultus
Præbent, nec poſcunt tura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent: pudet ora colentum
Aſpicere, inuidiæ quam meruere metu.
Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
Suſtulerat timidas ſydera ad alta manus:
Iamque precaturus, Quid ego iam credulus, inquit,
Suſcipiam in nullos irrita vota Deos?
Liuia non illos pro Druſo Liuia mouit,
Nos erimus magno maxima cura Ioui?
Dixit, & iratus vota inſuſcepta reliquit,
Duratuitque animum, deſtituitque preces.
Obuia turba ruit, lacrymiſque rigantibus ora,
Conſulis erepti publica damna refert.
Omnibus iidem oculi, par eſt concordia flendi:
Funeris exequiis adſumus omnis eques:

Omnis adest ætas: mœrent iuuenesque senesque,
Ausoniæ matres, Ausoniæque nurus.
Autorisque sui præfertur imagine mœsta,
Quæ victrix templis debita laurus erat.
Certat onus luctu generosa subire iuuentus:
Et studet officio sedula colla dare.
Et voce, & lacrymis laudasti Cæsar alumnum,
Tristia cum medius rumperet ossa dolor.
Tu letum optasti, Diis auersantibus omen,
Par tibi, si sinerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur cœlum: te fulmine pollens,
Accipiet cupidi regia magna Iouis.
Quid petiit? vult ille tibi vt sua facta placerent,
Magnaque laudatus præmia mortis habet.
Armataque rogum celebrant de more cohortes,
Ast pedes exequias reddit, equesque duci.
Te clamore vocant iterumque iterumque supremo,
At vox aduersis collibus icta redit.
Ipse pater flauis Tyberinus abhorruit vndis,
Sustulit è medio nubilus amne caput.
Tum salice implexum, muscoque & arundine crinem,
Cæruleum magna legit ab ore manu,
Yberibusque oculis lacrymarum flumina misit,
Vix capit adiectas alueus altus aquas.
Iamque rogi flammas extinguere fluminis ictu,
Corpus & intactum tollere certus erat,
Sustentabat aquas, cursusque inhibebat equorum,
Vt posset toto proluere amne rogum.
Sed Mauors templo vicinus, & accola campi,
Tot dixit siccis verba neque ipse genis:
Quamquam amnes decet ira, tamen Tyberine quiescas:
Non tibi, non vllis vincere fata datur:

Iste

Iſte meus periit, peritque arma inter, & enſes,
Et dux pro patria, funere cauſa latet.
Quod potui tribuiſſe, dedi: victoria parta eſt:
Autor abit operis, ſed tamen extat opus.
Quondam ego tentaui, Clothoque duaſque ſorores,
Pollice quæ certo penſa ſeuera trahunt:
Vt Remus Iliades, & frater conditor vrbis,
Effugerent aliqua ſtagna profunda via.
De tribus vna mihi partem accipe, quæ datur, inquit,
Muneris: ex iſtis quod petis, alter erit.
Hic tibi mox Veneri Cæſar promiſſus vterque,
Hos debet ſolos Martia Roma deos.
Sic cecinere Deæ, nec tu Tyberine repugna,
Irrita nec flammas amne morare tuo.
Nec iuuenis poſiti ſupremos deſtrue honores:
Vade age, & immiſſis labere pronus aquis.
Paret, & in longum ſpatioſas explicat vndas,
Strictaque pendenti pumice tecta ſubit.
Flamma diu cunctata caput contingere ſanctum
Errauit poſito lenta ſibi vſque toro.
Tandem vbi complexa eſt ſyluas, alimentaque ſumpſit,
Æthera ſubiectis lambit & aſtra comis.
Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oetæ,
Cum ſunt impoſito membra cremata Deo.
Vritur heu decor ille viri, generoſaque forma,
Et facilis vultus vritur ille vigor,
Victriceſque manus, facundaque principis ora,
Pectoraque ingeny magna, capaxque domus.
Spes quoque multorum flammis vruntur in iiſdem,
Iſte rogus miſeræ viſcera matris habet.
Facta ducis viuent, operoſaque gloria rerum
Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.

Pars

Pars erit historiæ, totoque legetur in ævo,
Seque opus ingeniis, carminibusque dabit:
Stabis & in rostris tituli speciosus honore,
Causaque dicemur nos tibi Druse necis.
At tibi ius veniæ supereſt Germania nullum,
Postmodo tu pœnas barbare morte dabis.
Aspiciam regum liuentia colla catenis,
Duraque per sæuas vincula nexa manus.
Et tandem trepidos vultus, inque illa ferocum
Inuitis lacrymas decidere ora genis.
Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus
Carnifici in mœsto carcere dandus erit.
Conſiſtam, lætisque oculis, lætusque videbo
Strata per obſcœnas corpora nuda vias.
Hunc aurora diem ſpectacula tanta ferentem
Quamprimum croceis roſida portet equis.
Adiice Ledæos concordia ſydera fratres,
Templaque Romano conſpicienda foro.
Quàm paruo numeros impleuit principis ævo,
In patriam meritis occubuitque ſenex.
Nec ſua conſpiciet (miſerum me) munera Druſus,
Nec ſua præ templi nomina fronte leget.
Sæpe Nero in lacrymas ſummiſſa voce loquetur,
Cur adeo fratres, heu ſine fratre deos?
Certus eras nunquam, niſi victor, Druſe reuerti.
Hæc te debuerant tempora, victor eras.
Conſule nos, duce nos, duce iam victore carenus,
Inuenit & tota mœror in vrbe locum.
At comitum ſqualent immiſſis ora capillis,
Infelix, Druſo ſed pia turba ſuo.
Quorum aliquis tendens in te ſua brachia dixit,
Cur ſine me? cur ſic incomitatus abis?

Quid

Quid referam de te dignissima coniuge Druso?
Atque eadem Drusi digna parente nurus?
Par bene compositum, iuuenum fortissimus alter,
Altera iam forti mutua cura viro.
Fœmina tu princeps, tu filia Cæsaris illi,
Nec minor est magni coniuge iussa Iouis:
Tu concessus amor tu solus, & vltimus illi,
Tu requies fesso grata laboris eras.
Te moriens per verba nouissima quæstus abesse,
Et mota in nomen frigida lingua tuum.
Infelix recipis, non quem promiserat ipse,
Nec qui missus erat, nec tuus ille redit:
Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,
Ensibus & Sueuos terga dedisse suis.
Fluminaque, & montes, & nomina magna locorum,
Et si quid miri vidit in orbe nouo.
Frigidus ille tibi, corpusque refertur inane,
Quemque premat sine te sternitur ecce torus.
Quo raperis laniata comas: similisque furenti?
Quo ruis? attonita quid petis ora manu?
Hoc fuit Andromache cum vir religatus ad axes
Terruit admissos sanguinolentus equos.
Hoc fuit Euadne, tunc cùm ferienda coruscis
Fulminibus Capaneus impauida ora dedit.
Quid mortem tibi mœsta rogas? amplexaque natos
Pignora de Druso sola relicta tenes?
Et modo per somnos agitaris imagine falsa?
Teque tuo Drusum credis habere sinu?
Et subito tentasque manu, speraque receptum?
Quæris & in vacui parte priore tori?
Ille pio, si non temere hæc creduntur, in aruo
Inter honoratos excipietur auos.

Magnaque

Magnaque maternis maioribus, æqua paternis
Gloria quadriiugis aureus ibit equis.
Regalique habitu, curruque superbus eburno
Fronde triumphali tempora victus erit.
Accipient iuuenem Germanica signa ferentem
Consulis imperio, conspicuumque decus.
Gaudebuntque suæ merito cognomine gentis,
Quod solum domito victor ab hoste tulit.
Vix credent tantum rerum cœpisse tot annos
Magna viri latum quærere facta locum.
Hæc ipsum sublime ferent, hæc optima mater
Debuerant luctus attenuare tuos.
Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas,
Principibus natis, principe digna viro.
Quid deceat Drusi matrem, matremque Neronis
Aspice, quo surgas aspice mane toro.
Non eadem vulgusque decent, & lumina rerum.
Est quod præcipuum debeat ista domus.
Imposuit te alto fortuna, locumque tueri
Iussit honoratum, Liuia perfer onus.
Ad te oculos, aureque trahis, tua facta notamus,
Nec vox missa potest principis ore tegi.
Alta mane, supraque tuos exurge dolores,
Infragilemque animum, quo potes vsque tene.
An melius per te virtutum exempla petemus.
Quam si Romanæ principis edis opus?
Fata manent omneis, omneis expectat auarus
Portitor, & turbæ vix satis vna ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam.
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Ecce necem intentam cœlo, terræque, fretoque,
Casurum triplex vaticinatur opus.

I nunc,

I nunc, & rebus tanta impendente ruina
In te ſolam oculos, & tua damna refer.
Maximus ille quidem iuuenum ſpes publica vixit,
Et qua natus erat gloria ſumma domus.
Sed mortalis erat, nec tu ſecura fuiſti,
Fortia progenie bella gerente tua.
Vita data eſt vtenda, data eſt ſine fœnore nobis
Mutua, nec certa perſoluenda die.
Fortuna arbitriis tempus diſpenſat vbique,
Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes.
Quaque ruit, furibunda ruit, totumque per orbem
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.
Regna Deæ immitis parce irritare querendo,
Sollicitare animos parce potentis heræ.
Quæ tamen hoc vno triſtis tibi tempore venit,
Sæpe eadem rebus fauit amica tuis.
Nata quod es alte, quod fœtibus aucta duobus,
Quodque etiam magno conſociata Ioui.
Quod ſemper domito rediit tibi Cæſar ab orbe,
Geſtat & inuicta proſpera bella manu.
Quod ſpes implerunt maternaque vota Nerones,
Quod pulſus toties hoſtis vtroque duce.
Rhenus & Alpinæ valles, & ſanguine nigro
Decolor infecta teſtis Itargus aqua.
Danubiuſque capax, & Dacius orbe remoto
Appulus huic hoſti per breue Pontus iter.
Armeniuſque fugax, & tandem Dalmata ſupplex,
Summaque diſperſi per iuga Pannoniæ.
Et modo Germani Romanis cognitus orbis,
Aſpice quam meritis culpa ſit vna minor.
Adde quod eſt abſens fœtus, nec cernere nati
Semineces oculos ſuſtinuere tibi.

Qui

Qui dolor & menti leuissimus influit ægræ,
Acciperes luctus aure coacta tuos.
Præuertitque metus per longa pericula luctum,
Tu quibus auditis anxia mentis eras.
Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit,
Sed per mollitos ante timore gradus.
Iuppiter ante dedit fati mala signa cruenti,
Flammifera petiit cum tria templa manu,
Iunonisque graui nocte, impauidæque Mineruæ,
Sanctaque & immensi Cæsaris icta manus.
Sydera quin etiam cœlo fugisse feruntur,
Lucifer & solitas destituisse vias.
Lucifer in toto nulli comparuit orbe,
Et venit stella non præeunte dies.
Syderis hoc obitus terris instare monebat,
Et mergi Stygia nobile numen aqua.
At tu qui superes mœstæ solatia matri,
Comprecor illi ipsi conspiciare senex.
Perque annos diuturnus eas fratrisque, tuosque,
Et viuat nato cum sene mater anus.
Et ventura precor Deus excusare priora,
Dum volet, à Druso cætera læta dabit.
Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori,
Longius vt nolis, heu malè fortis, ali.
Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,
Obtulit inuitæ cùm tibi Cæsar opem.
Admouitque preces, & ius immiscuit illis,
Aridaque affusa guttura tinxit aqua.
Nec minor est nato seruandæ cura parentis,
Hic adhibet blandas nec sine iure preces.
Coniugis, & nati meritum peruenit ad omnes,
Coniugis, & nati Liuia sospes ope es,

Supprime iam lacrymas, non est reuocabilis istis,
Quem semel vmbriſera nauita lymphe tulit.
Hectora tot fratres, tot defleuere sorores,
Et pater, & coniux, Astyanaxque puer;
Et longæua parens; tamen ille redemptus ad ignes,
Nullaque per Stygias vmbra renauit aquas.
Contigit hoc etiam Thetidi: populator Achilles
Iliaca ambustis ossibus arua premit.
Illi cæruleam Panope matertera crinem
Soluit, & immenſas fletibus auxit aquas.
Consorteſque deæ centum, longæuaque magni
Oceani coniunx, Oceanuſque pater.
Et Thetis ante omnes: sed nec Thetis ipſa, neque omnes
Mutarunt auidi triſtia iura Dei.
Priſca quid huc repeto? Marcellum Octauia fleuit,
Et fleuit populo Cæſar vtrinque palam.
Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis,
Stant rata non vlla fila tenenda manu.
Ipſe tibi emiſſus nebuloſum littus Auerni
Sic liceat, ſorti verba tot ore ſonet.
Quid numeras annos? vixi maturior annis.
Acta senem faciunt, hæc numeranda tibi.
His æuum fuit implendum, non ſegnibus annis:
Hoſtibus eueniat longa ſenecta metu.
Hoc ataui monuere mei, proauique Nerones,
Fregerunt ambo Punica bella duces.
Hoc domus iſta docet per te mea Cæſaris alti:
Exitus hic mater debuit eſſe meus.
Nec meritis quicquam illa iuuant, magis affuit illis
Mater honos, titulis nomina plena vides.
Conſul & ignoti victor Germanicus orbis,
Qui fuit heu mortis publica cauſa, legor.

Cingor

Cingor Apollinea victricia tempora lauro,
Et sensi exequias funeris ipse mei.
Decursusque virum notos mihi, donaque regum,
Cunctaque per titulos oppida lecta suos.
Et quo me officio portauerit illa iuuentus,
Quæ fuit ante meum tam generosa torum.
Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Et merui, lacrymas elicuique Deo.
Et cuiquam miserandus ero? iam comprime fletus,
Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.
Hæc sentit Drusus, siquid modo sentit, in vmbra,
Nec tu de tanto crede minora viro.
Est tibi, sitque precor multorum filius instar,
Partusque tui partus sit tibi salua prior.
Est coniux tutela hominum, quo sospite vestram
Liuia funestam dedecet esse domum.

EIVSDEM PEDONIS
FRAGMENTVM DE NAVIGATIONE Druſi Germanici.

IAMPRIDEM post terga diem, solemque relictum,
Iampridem notis extorres fugimus oris
Per non concessas audaces ire tenebras,
Hesperij metas, extremaque littora mundi,
Nunc illum, pigris immania monstra sub vndis
Qui ferat, Oceanum? qui sæuas vndique Prister,
Æquoreosque canes, ratibus consurgere pansis.
Accumulat fragor ipse metus: iam sidere limo
Nauigia, & rapido desertam flamine classem.
Seque feris tradunt per inertia fata marinis
Tam non felici laniandos sorte relinqui.

Atque aliquis prora se dat sublimis ab alta,
Aera pugnaci luctatus rumpere nisu.
Vt nihil erepto valuit dignoscere mundo,
Obstructo tales effundit pectore voces:
Quo ferimur? ruit ipse dies, orbemque relictum
Vltima perpetuis claudit Natura tenebris.
Anne alio positas vltra sub cardine gentes:
Atque alium libris intactum quærimus orbem?
Dij reuocant, rerumque vetant cognoscere finem
Mortales oculos, aliena quid æquora remis,
Et sacras violamus aquas, Diuumque quietas
Turbamus sedes?

M. ANNÆI LVCANI
AD
CALPVRNIVM PISONEM
Panegyricum.

VNDE prius tacpti surgat mihi carminis ordo,
Quoue canam titulos, dubius feror. hinc tua, Piso,
Nobilitas, veterisque citant sublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes:
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos: qua, si deesset tibi forte creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.
Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso Consule fasti
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cuius laus est in origine sola.
Felix, qui tantis animum natalibus æquas,
Et partem tituli non summam ponis in illis.
Ipse canendus eris: nam quid memorare necesse est,
Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat?

Claraque

Claraque Pisonis tulerit cognomina primâ,
Humida calloſa cùm pinſeret hordea dextra?
Nec ſi cuncta velim, breuiter decurrere poſſim:
Et prius æthereæ moles circumuaga flammæ
Annua biſſenis reuocabit menſibus aſtra,
Quam mihi priſcorum titulos, operoſaque bella
Contigerit memorare: manus ſed bellica patrum
Armorumque labor, veteres docuere Quirites,
Atque illos cecinere ſui per carmina vates.
Nos quoque pacata Piſonem laude nitentem,
Exæquamus auis. tamen etſi bella quierunt,
Non periit virtus: licet exercere togatæ
Munera militiæ: licet & ſine ſanguinis hauſtu
Mitia legitimo ſub iudice bella mouere.
Hinc quoque ſeruati contingit gloria ciuis,
Altaque victrices intexunt limina palmæ.
Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum,
Scande ſuper titulos, & auitæ laudis honores,
Armorumque decus præcede forenſibus actis.
Sic etiam magno iam tunc Cicerone vigente
Laurea facundis ceſſerunt arma togatis.
Quæque patrum claros quondam viſura triumphos
Olim turba vias impleuerat agmine denſo,
Ardua nunc eadem ſtipat fora, cùm tua mœſtos
Defenſura reos vocem facundia mittit:
Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice cauſſas:
Seu capitale nefas operoſa diluis arte,
Laudibus ipſa tuis reſonant fora: tu quoque Piſo
Iudicis affectum, poſſeſſaque pectora ducis
Victor, ſponte ſua ſequitur quocunque vocaſti:
Flet, ſi flere iubes: gaudet gaudere coactus:

Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilibus frenis in aperto flectere campo,
Qui modo non solum rapido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat, modo torquet in auras
Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
Quis non attonitus iudex tua respicit ora?
Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem?
Nam tu, siue libet pariter cum grandine nimbos,
Densaque vibrata iaculari fulmina lingua,
Seu iuuat adstrictas in nodum cogere voces,
Et dare subtili viuacia verba catena,
Vim Laertiadæ, breuitatem vincis Atridæ.
Dulcia seu mauis, liquidoque fluentia cursu
Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,
Inclyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Nec te Piso tamen populo sub iudice sola
Mirantur fora, sed numerosa laude Senatus
Excipit, & meritas reddit tibi curia voces.
Quis digne referat, qualis tibi luce sub illa
Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,
Cum tua bissenos numeraret purpura fasceis,
Cæsareum grato cecinisti pectore numen?
Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus,
Auditura virum, si quando iudice fesso
Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus;
Tunc etenim leuibus veluti proludit in armis,
Compositisque suas exercet litibus artes.
Quinetiam facilis Romano profluit ore
Græcia, Cecropiaque sonat grauis æmulus vrbi.
Teftis Acidalia quæ condidit alite muros,

Euboicam

Euboicam referens fecunda Neapolis arcem.
Qualis iô Superi, qualis nitor oris amœnus
Vocibus? hinc solido fulgore micantia verba
Impleuere locos: hinc exornata figuris
Aduolat, excusso velox sententia torno.
Magna quidem virtus erat, & si sola fuisset,
Eloquio sanctum modo permulcere Senatum,
Exonerare pios modo, nunc onerare nocentes:
Sed super ista mouet plenus grauitate serena
Vultus, & insigni præstringit imagine visus.
Talis mihi habitus, qualem nec dicere mollem,
Nec fluidum, lata sed tetricitate decorum
Possimus: ingentæ stat nobilitatis in illo
Pulcer honos, & digna suis natalibus ora.
Additur huc & iusta fides, & plena pudoris
Libertas, animusque malæ ferrugine puluis:
Ipsaque possesso mens est opulentior auro.
Quis tua cultorum iuuenis fecunde tuorum
Limina pauper adit: quem non animosa beatum
Excipit, & subito iuuat indulgentia censu?
Quodque magis dono fuerit pretiosius omni,
Diligis ex æquo: nec te fortuna clientum,
Natalesve mouent: probitas spectatur in illis.
Nulla superborum patiuntur dicta iocorum:
Nullius subitos adfert iniuria risus.
Vnus amicitiæ summos tenor ambit, & imos.
Rara domus tenuem non aspernatur amicum,
Raraque non humilem culcat fastosa clientem:
Illic casta licet mens, & sine crimine constet
Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.
Sed lateri nullus comitem circundare quærit,
Quem dat purus amor, sed quem tulit impia merces,

Nec quiſquam vero precium largitur amico,
Quem regat ex æquo, vicibuſque regatur ab illo:
Sed miſerum parua ſtipe munerat, vt pudibundos
Exercere ſales inter conuiuia poſsit.
Iſta procul labes, procul hæc Fortuna refugit
Piſo tuam venerande domum, tu mitis, & acri
Aſperitate carens, poſitoque per omnia faſtu,
Inter vt æquales vnus numeraris amicos:
Obſequiumque doces, & amorem quæris amando.
Cuncta domus varia cultorum perſonat arte,
Cuncta mouet ſtudium. nec enim tibi dura clientum
Turba, rudisve placet, miſero quæ freta labore
Nil niſi ſummoto nouit præcedere vulgo:
Sed virtus numeroſa iuuat. tu pronus in omne
Pectora ducis opus, ſeu te grauiora vocarunt,
Seu leuiora iuuant, nec enim facundia ſemper
Adducta cum fronte placet: nec ſemper in armis
Bellica turba manet: nec tota claſsicus horror
Nocte dieque gemit: nec ſemper Gnòſius arcu
Deſtinat, exemto ſed laxat cornua neruo.
Et galea miles caput, & latus enſe reſoluit.
Ipſa vices natura ſubit, variataque curſus
Ordinat, inuerſis & frondibus explicat annum.
Non ſemper fluidis adopertus nubibus æther
Aurea terrificis obcæcat ſidera nimbis.
Ceſſat hiems, madidos & ſiccat vere capillos:
Ver fugit æſtates: æſtatum terga laceſsit
Pomifer autumnus, nimbis ceſſurus & vndis.
Ignea quinetiam Superum pater arma recondit,
Et Ganymedeæ repetens conuiuia menſæ,
Pocula ſumit ea, qua geſsit fulmina, dextra.
Temporibus ſeruire decet: qui tempora certis

Ponde-

Ponderibus penſauit, eum ſi bella vocabunt,
Miles erit: ſi pax, poſitis toga geſtiet armis.
Hunc fora pacatum, bellantem caſtra decebunt.
Felix illa dies, totumque canenda per orbem,
Quæ tibi, vitales cum primum traderet auras,
Contulit innumeras intra tua pectora dotes.
Mira ſubeſt grauitas inter fora: mirus omiſſa
Pauliſper grauitate lepos. ſi carmina forte
Nectere ludenti iuuit fluitantia verſu,
Aonium facilis deducit pagina carmen.
Siue chelyn digitis, & eburno verbere pulſas,
Dulcis Apollinea ſequitur teſtudine cantus,
Et te credibile eſt Phœbo didiciſſe magiſtro.
Nec pudeat pepuliſſe lyram, cum pace ſerena
Publica ſecuris exultent otia terris.
Nec pudeat Phœbea chelys, ſi creditur illis
Pulſari manibus, quibus & contenditur arcus.
Ipſe fidem mouiſſe ferox narratur Achilles,
Quamuis mille rates Prianeius vreret heros,
Et grauis obſtreperet modulatis buccina neruis.
Illo dulce melos Nereïus extudit heros
Pollux, terribilis quo Pelias ibat in hoſtem.
Arma tuis etiam ſi forte rotare lacertis,
Inque gradum clauſis libuit conſiſtere membris,
Et vitare ſimul, ſimul & captare petentem:
Mobilitate pedum celeres ſuper orbibus orbes
Flectis, & obliquis fugientem curſibus vrges,
Et nunc viuaci ſcrutaris pectora dextra,
Nunc latus aduerſum nec opino percutis ictu.
Nec tibi mobilitas minor eſt, ſi forte volantem
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,
Et non ſperato fugientem reddere geſtu.

Hæret in hæc populus ſpectacula, totaque ludos
Turba repente ſuos iam ſudabunda relinquit.
Te ſi forte iuuat ſtudiorum pondere feſſum,
Non languere tamen, luſuſque mouere per artem,
Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,
Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit? quis te Duce ceſſit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hoſtem?
Mille modis acies tua dimicat, ille petentem
Dum fugit, ipſe rapit: longo venit ille receſſu,
Qui ſtetit in ſpeculis, hic ſe committere nixæ
Audet, & in prædam venientem decipit hoſtem.
Ancipites ſubit ille moras, ſimuliſque ligato
Obligat ipſe duos: hic ad maiora mouetur,
Vt citus & fracta prorumpat in agmina manu,
Clauſaque deiecto populetur mœnia vallo.
Interea ſectis, quamuis acerrima ſurgant
Prœlia, militibus, plena tamen ipſe phalange,
Aut etiam pauco ſpoliata milite vincis,
Et tibi captiua reſonat manus vtraque turba.
Sed prius emenſo Titan verſatur Olympo,
Quam mea tot laudes decurrere carmina poſſint.
Felix, & longa iuuenis digniſſime vita,
Eximiumque tuæ gentis decus, accipe noſtri
Certus, & hoc veri complectere pignus amoris.
Quod ſi digna tua minus eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt: animum, non carmina iacto.
Tu modo lætus ades, forſan meliora tenemus:
Et vires dabit ipſe fauor, dabit ipſa feracem
Spes animum: dignare tuos aperire Penates.
Hoc ſolum petimus: nec enim me diuitis auri

Imperioſa

Imperiosa fames, & habendi saeua libido
Impulerit, sed laudis amor, iuuat, optime, tecum
Degere, cumque tuis virtutibus omne per aeuum
Carminibus certare meis. sublimior ibo,
Si famae mihi pandis iter, si detrahis vmbram.
Abdita quid prodest generosi vena metalli,
Si cultore caret? quid inerti condita portu,
Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis
Armamenta ferat, teretique fluentior malo
Possit & excusso dimittere vela rudente?
Ipse per Ausonias Aeneia carmina gentes
Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,
Maeoniumque senem Romano prouocat ore,
Forsitan illius nemoris latuisset in vmbra,
Quod canit, & sterili tantum cantasset auena,
Ignotus populis, si Maecenate careret.
Qui tamen haud vni patefecit limina vati,
Nec sua Virgilio permisit nomina soli.
Maecenas Tragico quatientem pulpita gestu
Euexit Varium. Maecenas alta Toantis
Eruit, & populis ostendit nomina Graiis.
Carmina Romanis etiam resonantia chordis,
Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.
O decus, & toto meritò venerabilis aeuo
Pierij tutela chori, quo praeside tuti
Non vnquam vates inopi timuere senectae.
Quod si quis nostris precibus locus, & mea vota
Si mentem subiere tuam, memorabilis olim
Tu mihi Maecenas tereti cantabere versu.
Possumus aeternae nomen committere famae:
Si tamen hoc vlli de se promittere fas est,
Et Deus vltor abest: superest animosa voluntas,

Ipsaque

Ipſaque neſcio quid mens excellentius audet.
Tu nanti protende manum: tu Piſo latentem
Exere nos humilis domus & ſincera parentum,
Sed tenuis Fortuna ſua caligine cælat.
Poſſumus impoſitis caput exonerare tenebris,
Et lucem ſpectare nouam, ſi quid modo lætus
Annuis & noſtris ſubſcribu, candide, votis.
Eſt mihi, crede, meis animus conſtantior annis,
Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
Cœperit, & nondum viceſima venerit ætas.
Quod ſi tam validæ mihi robur mentis ineſſet,
Et ſolidus primos impleret ſpiritus annos,
Auderem voces per carmina noſtra referre
Piſo tuas: ſed feſſa labat mihi pondere ceruix,
Et tremefacta cadunt ſucciſo poplite membra.
Sed nec olorinos audet Pandionis ales
Parua referre ſonos, nec, ſi velit improba, poſſit.
Sic & Aëdonia ſuperantur voce cicadæ,
Stridula cum rapido faciunt conuicia ſoli.
Quare age Calliopé, poſita grauitate forenſi,
Lumina Piſonis mecum pete: plura ſuperſunt,
Quæ laudare velis inuenta Penatibus ipſis.

C. PE-

C. PETRONII ARBITRI DE MVTATIONE REIPVBLICÆ ROMANÆ.

ORBEM iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terræ, qua sidus currit vtrunque.
Nec satiatus erat. Grauidis freta pulsa carinis
Iam peragrabantur. si quis sinus abditus vltra,
Si qua foret Tellus, quæ fuluum mitteret aurum,
Hostis erat: fatisque in tristia bella paratis
Quærebantur opes. non vulgo nota placebant
Gaudia: non vsu plebeio trita voluptas.
Assyria concham laudabat miles in vnda.
Quæsitus tellure nitor certauerat ostro.
Hinc Numidæ crustas, illinc noua vellera Seres.
Atque Arabum populus sua despoliauerat arua.
Ecce aliæ clades, elisæ vulnera pacis.
Quæritur in siluis Mauri fera: & vltimus Ammon
Aforum excutitur, ne desit bellua dente.
Ad mortes preciosa suas. premit aduena classes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.
Heu pudet effari, perituraque prodere fata,
Persarum ritu male pubescentibus annis
Surripuere viros: exectaque viscera ferro
In Venerem fregere: atque vt fuga mobilis æui
Circunscripta mora properantes differat annos.
Quare se natam non inuenit. omnibus ergo
Scorta placent, fractique enerui corpore gressus,
Et laxi crines, & tot noua nomina vestis,
Quæque virum quærunt. Ecce Afris eruta terris

Citrea

Citrea mensa: greges seruorum: ostrumque renidens
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum,
Quæ sensum turbant. hostile, ac mobile lignum:
Turba sepulta mero circumuenit: omniaque orbis
Præmia correptis miles vagus extruit armis.
Ingeniosa gula est. Siculo scarus æquore mersus
Ad mensam viuus perducitur: atque Lucrinis
Eruta litoribus vendunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famem. iam Phasidis vndæ
Orbata est auibus: mutoque in litore tantum
Solæ desertis adspirant frondibus auræ.
Nec minor in campo furor est, emptique Quirites
Ad prædam, strepitumque lucri suffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia Patrum.
Est fauor in precio: senibus quoque libera virtus
Exciderat, sparsisque opibus conuersa potestas.
Ipsaque mœstus auro corrupta iacebat.
Pellitur a populo victus Cato: tristior ille est
Qui vicit, fasces pudet rapuisse Catoni.
Namque hoc dedecus est populi, morumque ruina.
Non homo pulsus erat: sed in vno victa potestas
Romanumque decus. quare iam perdita Roma
Ipsa sui merces erat, & sine vindice præda.
Porro tergemino deprensam gurgite pridem
Funeris illuuies, vsusque exederat aris.
Nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus.
Sed velut inclusæ tacitis concepta medullis
Intra membra furens curis latrantibus errat.
Arma placent miseris, detritaque commoda luxus
Vulneribus reparantur. inops audacia tuta est.
Hoc mersam cœno Romam, somnoque iacentem
Quæ poterant artes sana ratione mouere,

Ni

Ni furor, & bellum, ferroque excita libido?
Tres tulerat Fortuna duces: quos obruit omnes
Armorum strue diuersa feralis Enyo.
Crassum Parthus habet: Libyco iacet æquore Magnus.
Iulius ingratam perfudit sanguine Romam.
Et, quasi non posset tot Tellus ferre sepulcra,
Diuisit cineres. hos gloria reddit honores.
Est locus exciso penitus demersus hiatu,
Parthenopen inter, magnæque Dicæarchidos arua,
Cocyti perfusus aqua. nam spiritus, extra
Qui furit effusus, funesto spargitur æstu.
Non hæc autumno Tellus viret, aut alit herbas
Cespite lætus ager: non verno persona cantu
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos, & nigro squallentia pumice saxa
Gaudent feralis circumtumulata cupressu.
Has inter sedes Ditis pater extulit ora,
Bustorum flamis, & cana sparsa fauilla.
Ac tali volucrem Fortunam voce lacessit.
Rerum humanarum, diuinarumque potestas,
Quæ noua semper amas, & mox possessa relinquis,
Ecquid Romano sentis te pondere victam?
Nec posse vlterius perituram extollere molem?
Ipsa suas vires odit Romana iuuentus,
Et quas struxit opes, male sustinet. aspice late
Luxuriam spoliorum, & censum in damna furentem.
Ædificant auro, sedesque ad sidera mittunt.
Expelluntur aquæ saxis: mare nascitur aruis:
Et permutata rerum statione rebellant.
En etiam mea regna petunt. perfossi debiscit
Molibus insanis Tellus. iam montibus haustis
Antra gemunt: & dum varius lapis inuenit vsum,

Inferni

Inferni manes cœlum sperare fatentur.
Quare age Fors, muta pacatum in prælia vultum.
Romanosque cie: ac nostris da funera regnis.
Iampridem nullo perfundimus ora cruore.
Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus,
Ex quo Sullanus bibit ensis: & horrida Tellus
Extulit in lucem nutritas sanguine fruges.
Hæc vbi dicta dedit, dextræ coniungere dextram
Conatus, rupto tellurem soluit hiatu.
Tunc Fortuna leui defudit pectore voces:
O Genitor, cui Cocyti penetralia parent,
Si modo vera mihi fas est impune profari,
Vota mihi cedunt, nec enim minor ira rebellat
Pectore in hoc, leuiorque exurit flamma medullas.
Omnia, quæ tribui Romanis arcibus, odi:
Muneribusque meis iraſcor. destruat istas
Idem, qui posuit, moles Deus. & mihi cordi
Quippe cremare viros, & sanguine pascere luxum.
Cerno equidem gemino iam strictos Marte Philippos,
Thessaliæque rogos, & funera gentis Iberæ.
Iam fragor armorum trepidantes personat aures.
Et Libye cerno, & tua Nile gementia castra:
Actiacosque sinus, & Apollinis arma trementes.
Pande age terrarum sitientia regna tuarum:
Atque animas arcesse nouas. Vix nauita porthmeus
Sufficiet simulacra virum traducere cymba.
Classe opus est. tuque ingenti satiare ruina
Pallida Tisiphone, concisaque vulnera mande.
Ad Stygios manes laceratus ducitur orbis.
Vix dum finierat, quum fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes, eliſosque abscidit ignes.
Subsedit pater vmbrarum, gremioque reductus

Telluris

Telluris, pauitans fraternos palluit ictus.
Continuo clades hominum venturaque damna
Auſpiciis patuere Deum. nanque ore cruento
Deformis Titan vultus caligine texit.
Ciuiles acies iam tum ſpirare putares.
Parte alia plenos extinxit Cynthia vultus,
Et lucem ſceleri ſubduxit. rupta tonabant
Verticibus laſſis montis iuga. nec vaga paſſim
Flumina per notas ibant morientia ripas.
Armorum ſtrepitu cælum furit, & tuba mortem
Sideribus tranſmiſſa ciet. iamque Aetna voratur
Ignibus inſolitis, & in æthera fulmina mittit.
Ecce inter tumulos, atque oſſa arentia buſtis
Vmbrarum facies diro ſtridore minatur.
Fax ſtellis comitata nouis incendia ducit:
Sanguineoque recens deſcendit Iuppiter imbre.
Hæc oſtenta breui ſoluit Deus. Exuit omnes
Quippe moras Cæſar, vindictæque actus amore
Gallica proiecit, ciuilia ſuſtulit arma.
Alpibus aeriis, vbi Graio nomine, pulſæ
Deſcendunt rupes, & ſe patiuntur adiri,
Eſt locus Herculeis aris ſacer. hunc niue dura
Claudit hyems; canoque ad ſidera vertice tollit
Cælum illinc cecidiſſe putes: non ſolis adulti
Manſueſcunt radij: non verni temporis aura:
Sed glacie concreta rigens, hyemiſque pruinis
Totum ferre poteſt humeris minantibus orbem.
Hæc vbi calcauit Cæſar iuga milite læto,
Optauitque locum: ſummo de vertice montis
Heſperiæ campos late proſpexit, & ambas
Intentans cum voce manus ad ſidera, dixit
Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia Tellus

Armis lata meis, olimque onerata triumphis:
Testor ad has acies, inuitum arcessere Martem,
Inuitas me ferre manus, sed vulnere cogor,
Pulsus ab vrbe mea, dum Rhenum sanguine vinco.
Dum Gallos iterum Capitolia nostra petentes
Alpibus excludo, vincendo, certior exul:
Sanguine Germano, sexagintaque triumphis,
Esse nocens cœpi, quanquam quos gloria terret,
Aut qui sunt, qui bella vident? mercedibus empta,
Ac viles operæ: quorum est mea Roma nouerca.
Vt reor, haud impune, neque hanc sine vindice dextram
Incidet ignauus. victores ite ferentes
Ite mei comites, & causſam dicite ferro.
Namque omnes vnum crimen vocat, omnibus vna
Impendet clades, reddenda est gratia vobis.
Non solus vici, quare? quia pœna trophæis
Imminet, & sordes meruit victoria nostra.
Iudice fortuna cadat alea. sumite bellum,
Et tentate manus. certe mea causſa peracta est.
Inter tot fortes armatus nescio vinci.
Hæc vbi personuit, de cælo Delphicus ales
Omina læta dedit, pepulitque e montibus auras.
Nec non horrendi nemoris de parte sinistra
Insolitæ voces flama sonuere sequente.
Ipse nitor Phœbi vulgato latior orbe
Creuit, & aurato præcinxit fulgure vultus.
Fortior ominibus mouit Mauortia signa
Cæsar: & insolito gressu prior occupat ausus.
Prima quidem glacies, & cana iuncta pruina
Non pugnauit humus, mitique quieuit honore.
Sed postquam turma nimbos fregere ligatos,
Et pauidus quadrupes vndarum vincula rupit:

Incaluere

Incaluere niues, mox flumina montibus altis
Vndabant modo nata. sed hæc quoque missa putares.
Stantibus at victa fluctus stupuere pruinis.
Et paulo ante lues iam concidenda iacebat.
Tum vero malefida prius vestigia lusit,
Decepitque pedes. passim turmæque, virique,
Armaque congesta strue deplorata iacebant.
Ecce etiam rigido concussa flamine nubes
Exonerabantur, nec rupti turbine venti
Deerant: ac tumida confractum grandine cælum.
Ipsa iam nubes rupta super arma cadebant,
Et concreta gelu Ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingenti Tellus niue: victaque cæli
Sidera: victa suis hærentia flumina ripis.
Nondum Cæsar erat, sed magnam nixus in hastam
Horrida securis frangebat gressibus arua.
Qualis Caucasea decurrens arduus arce
Amphitryoniades: aut toruo Iuppiter ore,
Quum se verticibus magni demisit Olympi,
Et perituroru deiecit tela Gigantum.
Dum Cæsar tumida iratus deprimit arces.
Interea volucer motis contercita pennis
Fama volat, summique petit iuga celsa palati;
Atque hæc Romano attonito fert omnia signa.
Iam classes fluitare mari, totasque per Alpes
Feruere Germano perfusas sanguine turmas.
Arma, cruor, cædes, incendia, totaque bella
Ante oculos volitant. ergo pulsata tumultu
Pectora per dubias scinduntur territa causas.
Huic fuga per terras, illi magis vnda probatur:
Et patria est Pontus iam tutior. est magis arma
Qui tentata velit: fatique iubentibus actus,

Quantum quisque timet, tantum fugit. ocior ipse
Hos inter motus populus, miserabile visu,
Quo mens icta iubet, deserta ducitur vrbe.
Gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
Rumoris sonitu mœrentia tecta relinquunt,
Ille manu trepida natos tenet: ille penates
Occultat gremio, deploratumque relinquit
Limen, & absentem votis interficit hostem.
Sunt qui coniugibus mœrentia pectora iungant,
Grandæuosque patres oneris non gnara iuuentus
Id, pro quo metuit, tantum trahit. omnia secum
Hinc vehit imprudens, prædamque in prælia ducit.
Ac velut ex alto quum magnus inhorruit Auster,
Et pulsas euertit aquas; non arma ministris,
Non regimen prodest: ligat alter pondera pinus:
Alter tuta sinu, tranquillaque littora quærit:
Hic dat vela fugæ, Fortunæque omnia credit.
Quid tam parua queror? gemino cum Consule Magnus
Ille tremor Ponti, sæui quoque terror Hydaspis,
Et piratarum scopulus: modo quem ter ouantem
Iuppiter horruerat: quem fracto gurgite Pontus,
Et veneratus erat submissa Bosporus vnda,
Pro pudor, Imperij deserto nomine fugit,
Vt Fortuna leuis Magni quoque terga videret.
Ergo tanta lues Diuum quoque numina vidit:
Consensitque fugæ cœli timor. ecce per orbem
Mitis turba Deum, terræ exosa furentes
Deserit: atque hominum damnatum auertitur agmen
Pax prima ante alias, niueos pulsata lacertos.
Abscondit galea victum caput: atque relicto
Orbe fugax, Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it sincera Fides, & crine soluto

Iustitia,

Iustitia, & lacera mœrens Concordia palla.
At contra, sedes Erebi qua rupta dehiscit,
Emergit late Ditis chorus, horrida Erinnys,
Et Bellona minax, facibusque armata Megæra:
Letumque, insidiæque, & lurida mortis imago.
Quas inter furor, abruptis ceu liber habenis,
Sanguineum late tollit caput, oraque mille
Vulneribus confossa cruenta casside velat.
Hæret detritus læua Mauortius vmbo,
Innumerabilibus telis grauis: atque flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra Deos, mutataque sidera pondus
Quæsiuere suum. nanque omnis Regia cæli
In partes diducta ruit: primumque Dione
Cæsaris acta sui ducit. comes additur illi
Pallas, & ingentem quatiens Mauortius hastam:
Magnaque cum Phœbo soror, & Cyllenia proles
Excipit, ac totis similis Tirynthius actis.
Infremuere tubæ, ac scisso discordia crine
Extulit ad superos Stygium caput. huius in ore
Concretus sanguis, contusaque lumina flebant.
Stabant irati scabra rubigine dentes:
Tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora,
Atque inter toto laceratam pectore vestem
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
Hæc vt Cocyti tenebras, & Tartara liquit,
Alta petit gradiens iuga nobilis Apenini,
Vnde omnes terras, atque omnia litora posset
Aspicere, ac toto fluitantes orbe cateruas:
Atque has erupit furibundo pectore voces.
Sumite nunc gentes accensis mentibus arma,
Sumite, & in medias immittite lampadas vrbes.

Vincetur, quicunque latet. non fœmina cesset,
Non puer, aut æuo iam desolata senectus.
Ipsa tremat Tellus, laceratæque tecta rebellent.
Tu legem Marcelle tene: tu concute plebem
Curio: tu fortem ne supprime Lentule Martem.
Quid porro tu die tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida soluis,
Thesauroſque rapis? nescis tu Magne tueri
Romanas acies? Epidauria mœnia quære,
Thessalicoſque sinus humano sanguine tinge.
Factum est in terris, quicquid discordia iussit.

VARIO-

VARIORVM POETARVM IN P. VIRGILII MARONIS Opera & vitam, PRÆCONIA,

Cum maiore, quam antehac accessione.

IOSEPHVS SCALIGER IVLI CÆS. F. AVXI, SVPPLEVI, RECENSVI.

P. VIRGILII MARONI VITA,

A FOCA GRAMMATICO vrbis Romæ, versibus edita.

PRÆFATIO.

O VETVSTATIS *memoranda custos*
Regias actus simul, & fugaces
Temporum cursus docilis referre
Aurea Clio.
Tu nihil magnum finis interire:
Nil mori clarum pateris, reseruans
Posteris prisci monimenta sæcli
Condita libris.

Sola fucatis variare dictis
Paginas nescis : sed aperta quicquid
Veritas prodit, recinis per ævum
Simplice lingua.
Tu senescentes titulos laborum
Flore durantis reparas iuuentæ:
Militat Virtus tibi. te notante
Crimina pallent.
Tu fori turbas, strepitusque litis
Effugis dulci moderata cantu.
Nec retardari pateris loquelas
Compede metri.
Hic fauet dictis, retegenda vita est
Vatis Hetrusci, modo qui perenne
Romula voci decus adrogauit
Carmine sacro.

Mæonij specimen vatis veneranda Maronem,
Mantua Romuleæ generauit flumina linguæ.
Quis fœcunda tuos toleraret Græcia fastus?
Quis tantum eloquij potuisset ferre tumorem,
Æmula Virgilium tellus nisi Tuscia dedisset?
Huic genitor figulus Maro nomine, cultor agelli,
Vt referant alij, tenui mercede locatis.
Sed plures figulum. Quis non miracula rerum
Hac stupeat? Dives partus de paupere vena
Emituit: figuli soboles noua carmina finxit.
Mater Polla fuit Magij non infima proles.
Quem socerum probitas fecit iam data Maroni.
Hac cum maturo premeretur pondere ventris,
Vt solet, in somnis animus ventura repingens
Anxius &, vigili præsumere gaudia cura

Phœbei,

Phœbei nemoris ramum fudisse putauit.
O sopor indicium veri! nil certius vnquam
Cornea porta tulit. facta est interprete lauro
Certa parens, oneriſque ſui cognouerat artem.
Conſule Pompeio vitalibus editus auris,
Et Craſſo, tetigit terra, quo tempore Chelas
Iam mitis Phaethon poſt Virginis ora receptus.
Infantem vagiſſe negant: nam fronte ſerena
Conſpexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipſe puerperiis adriſit latior orbis:
Terra miniſtrauit flores, & munere verno
Herbida ſuppoſuit puero fulmenta vireſcens.
Præterea, ſi vera fides, ſed vera probatur,
Lata cohors apium ſubito per rura, iacentis
Labra fauis texit, dulces fuſura loquelas.
Hoc quondam in ſacro tantum mirata Platone
Indicium linguæ memorat famoſa Vetuſtas.
Sed Natura parens properans extollere Romam
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet vni.
Inſuper his, Genitor, nati dum fata requirit,
Populeam ſterili virgam mandauit arenæ:
Tempore quæ nutrita breui, dum creſcit, in omne
Altior emicuit cunctis, quas auxerat ætas.
Hac propter placuit puerum committere Muſis,
Et monſtrare viam venturæ in ſæcula famæ.
Tum Balliſta rudem lingua titubante receptum
Inſtituit primum: quem nox armabat, in vmbris
Graſſari ſolitum. Crimen doctrina tegebat.
Mox patefacta viri preſſa eſt audacia ſaxis.
Incidit titulum iuuenis, quo pignora vatis
Edidit. auſpiciis ſuffecit pœna Magiſtri.

Monte sub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus.
Nocte die tutum carpe viator iter.
Nos tamen hoc breuius ſi fas ſimulare Maronem,
Balliſtam ſua pœna tegit, via tuta per auras
Hic Balliſta iacet. certo pede perge viator.
Carcere montoſo clauſus Balliſta tenetur,
Securi fraudis pergite nocte viri.
Quid trepidas tandem greſſu pauitante viator?
Nocturnum furem ſaxeus imber habet.
Balliſtæ vitam rapuit lapis. ipſe ſepulcrum
Intulit. vmbra nocens pendula ſaxa tremit.
Crimina latronis digniſſima pœna coercet.
Duritiam mentis damnat vbique lapis.
Hinc culicis tenui præluſit funera verſu:
Parue culex, pecorum cuſtos tibi tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.
Tum tibi Sironem, Maro, contulit ipſa magiſtrum
Roma potens, procereſque ſuos tibi iunxit amicos.
Pollio, Mæcenas, Varius, Cornelius ardent.
Et ſibi quiſque rapit per te victuxus in æuum.
Muſa refer, quæ cauſſa fuit componere libros.
Sumpſerat Auguſtus rerum moderamina princeps.
Iam necis vltor erat patriæ: iam cæde piorum
Perfuſus. acies legitur viſura Philippos.
Caſſius hic Magni vindex, & Brutus in armis.
Intereunt. victor nondum contentus opimis
Emeritas belli ſpoliis ditaſſe cohortis,
Proſcripſit miſeræ florentia rura Cremonæ:
Totaque militibus precium conceſſa laborum
Præda fuit. violenta manus bacchata per agros.
Non flatus, non tela Iouis, non ſpumeus amnis,
Non imbres rapidi, quantum manus impia vaſtat.

Mantua tu coniuncta loco, sociata pericla,
Non tamen ob meritum miseram vicinia fecit.
Iam Maro pulsus erat. sed viribus obuius ibat
Fretus amicorum clipeo: cum pene nefando
Ense perit. quid dextra furis? quid viscera Romæ
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Posteritas, ipsumque ducem, nisi Mantua dicat.
Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
Itur ad auctorem rerum. quid Martius horror
Egerit, ostendunt. quid tunc miseranda tulisset
Cæsaris hic placido nutu repetuntur agelli.
His auctus meritis cum digna rependere vellet,
Inuenit carmen, quo munera vincere posset,
Prædia dat Cæsar, quorum breuis vsus habendi
Obtulit hic laudes, quas secula nulla silescant.
Pastores cecinit primos, hoc carmine Consul
Pollio laudatur terræ reuocantibus annis.
Composito, post hæc ruris præcepta colendi
Quatuor exposuit libris, & commoda terræ
Edocuit geminis anno minus omnia lustris.
Inde cothurnato Teucrorum prælia versu
Et Rutulum tonuit. bissena volumina sacrum
Formauit donata Duci, trieteride quarta.
Sed loca, quæ vulgi meliorauit tradita fama
Æquoris, & terræ, statuit percurrere Vates,
Certius vt libris ocula dictante notaret.
Pergitur: vt Calabros tetigit, liuore nocenti
Parcarum, vehemens luxauit corpora morbus.
Hic vbi languores, & fata micantia sensit.

* * *

Cætera decrant in exemplari.

DE OPERIBVS VIRGILIANIS INCERTI AVTORIS.

MÆONIVM quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, & lectum credat vtrunque sibi.
Illius immensos miratur Græcia campos:
Ast minor est nobis, sed bene cultus ager,
Hic tibi nec pastor, nec curuus deerit arator.
Hæc Graiis constant singula, trina mihi.

ALCINOI DE VIRGILIO.

DE numero vatum siquis seponat Homerum,
Proximus à primo tum Maro primus erit.
Et si post primum Maro seponatur Homerum:
Longe erit à primo quisque secundus erit.

C. SVLPITII APOLLINARIS GRAMMATICI, in Æneidem Virgilianam.

IVSSERAT hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varusque simul, tu maxime Cæsar
Non sinis, & Latiæ consulis historiæ.
Infelix alio cecidit prope Pergamon igni,
Et pene est alio Troia cremata rogo.

IMITATIO EIVSDEM, PHOCÆ GRAMMATICI, ex fragmento vitæ Virgilii. versus planè grammaticales.

CARMINA Virgilius Phrygium prodentia Martem
Secum fatali iusserat igne mori.
Tucca negat. Varus prohibet: superaddito Cæsar
Nomen, in Æneæ non sinis esse nefas.

O quam

O quam pene iterum geminasti funere funus,
Troia bis interitus caussa futura tui.

DE EADEM RE VERSVS ATTRIBVTI Cor. Gallo: Scholastici poëtæ, vt apparet; imitati ex eodem Sulpitio Carthaginensi.

TEMPORIBVS lætis tristamur, maxime Cæsar,
Hoc vno amisso, quem fleo Virgilium.
Sed vetuit relegi, si tu patiere, libellos,
In quibus Æneam condidit ore sacro.
Roma rogat: precibus totus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monimenta ducum.
Atque iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit.
Fac laudes Italum, fac tua facta legi.
Æneamque suum fac maior nuncius ornet.
Plus fatis possunt Cæsaris ora Dei.

DE EADEM RE, VETERIS SCHOLASTICI POETÆ versus, sub nomine Augusti Cæsaris.

ERGONE supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?
Ah scelus indignum. soluetur litera diues?
Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
Flamma suo? dignumque operi seruare decorem?
Noster Apollo veta. Musa prohibete Latinæ.
Liber, & alma Ceres succurrite. vester in armis
Miles erat: vester doctis per rura colonus.
Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Æstas:
Quid daret Autumnus, quid Bruma nouissima ferret.
Arua reformauit: sociauit vitibus vlmos:
Curauit pecudes: apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit, vt pereant? ipsum si dicere fas est.

Sed

Sed legum est seruanda fides. suprema voluntas
Quod mandat, fierique iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestas noctesque dieſque labores
Hauserit vna dies, supremaque iussa parentis
Amittant vigilasse suum. si forte furenti
Errauit in morte dolor: si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens caca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas; iterum cogetur reddere voces?
Ardebit misera post vulnera vulnus Eliſæ?
Hoc opus æternum ruet? & tot bella, tot enses
In cineres dabit hota nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides nemorum per lustra loquuces
Tendite: & ardentes ignes fluuialibus vndis
Mergite: ne pereat tam clari Musa poëtæ,
Flammaque vanescat. viuat Maro clarus in orbe,
Ingratusque sibi: sed quod male iusserat ipse,
Sit vetuisse meum. sacer est post tempora vitæ.
Sicque erit æternum tota resonante camœna
Carmen, & imperij diui sub nomine viuat.
Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, amctur.

EORVNDEM VERSVVM SCHOLASTICA imitatio, per Focam Grammaticum ex vita Virgilii. Fragmentum.

* * * *

NESCIO *quid, fugiente anima, non sponte, sed altis*
Expugnata malis, odio languoris iniqui,
Infertur Tyria post vulnera vulnus Eliſæ:
Sentiet applicitos turbata Sibylla vapores
Eiurata mori? nec cingula reddet Amazon?

Dij meliora date, ac sensum reuocate nocentem.
Pace viri liceat tanti. nec commoda linguæ
Diuitis intereant: per quam Romana iuuentus
Æternum floret. verum, quod iusserat ille,
Sit vetuisse meum. nam post sua tempora vitæ
Non taceat. imo æternum resonante camœna
Laudetur, placeat, viuat, relegatur, ametur.

ALIVS CVIVSDAM SCHOLASTICI POETÆ ARGVMENTA IN ÆNEIDEM, sub nomine Ouidii.

PRÆFATIO.

VIRGILIVS magno quantum concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso poëta meo.
Nec me prælatum cupio tibi ferre poëta.
Ingenio tantum si sequor, hoc satis est.
Argumenta quidem librorum prima notaui,
Errorem ignarus nequis habere queat.
Bis quinos legerent, feci, quos carmine, versus,
Æneidos totum corpus vt esse putent.
Adfirmo grauitate mea me carmine nullum
Liuoris titulum præposuisse tibi.

PRIMI LIBRI.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Æneas odiis Iunonis pressus iniquæ,
Italiam quærens Siculis errauit in vndis.
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras;
Ignarusque loci, fido comitatus Achate
Indicio matris regnum cognouit Elisæ.
Quinetiam nebula septus peruenit ad vrbem,
Arreptosque vndis socios cum classe recepit.

Hospitio-

Hospitioque vsus Didonis, cuncta benigne
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

SECVNDI.

Conticuere omnes. tunc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiæ, casusque suorum:
Fallaces Græios: simulataque dona Minervæ:
Laocontis pœnam, laxantem claustra Sinonem:
Sommum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum:
Iam flammas cæli Troum, patriæque ruinas
Et regis Priami fatum miserabile semper:
Impositumque patrem collo: dextraque prehensum
Ascanium, frustra a tergo comitante Creusa:
Ereptam hanc fato: socios in monte receptos.

TERTII.

Post euersa Phrygum regna, vt fuga cœpta maneret:
Vtque sit in Thracem primo deuectus: ibique
Mœnia condiderit, Polydori cæde piata.
Regis & hospitium, vt Phœbi responsa canebant.
Ceptum iter in Cretam: rursus noua fata reperta.
Naufragus vt fuerit Strophadas compulsus ad vndas:
Inde fugam, atque iterum enarrat præcepta Celæno:
Liquerit vtque Helenum perceptis ordine fatis.
Supplicem Achamenidem Polyphemo vrgente recepit.
Amissumque patrem Drepani, atque hinc inde quieuit.

QVARTI.

At regina graui Veneris iam carpitur igni.
Consulitur soror Anna: placet succumbere amori:
Fiunt sacra Deis: onerantur numina donis.
Itur venatum. Veneris clam fœdera iungunt.
Facti fama volat. monitus tunc numine diuum
Æneas classemque fugæ, sociosque parabat.

Sensit

Senſit amans Dido, precibus conata morari.
Poſtquam fata iubent, nec iam datur vlla facultas,
Conſcenditque pyram, dixitque nouiſſima verba,
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.

QVINTI.

Nauigat Æneas: Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios: vna hoſpes Aceſtes
Ludos ad tumulum faciunt: certamina ponunt.
Prodigium eſt cunctis ardens delapſa ſagitta.
Iris anum Beroen habitu mentita ſenili
Incendit naues, ſubitus quas vindicat imber.
In ſomnis pater Anchiſes, quæ bella gerenda,
Quoque duce ad manes poſſit deſcendere, monſtrat.
Tranſcribit matres vrbi, populumque volentem.
Et placitum Æneas Palinurum quærit in vndis.

SEXTI.

Cumas deinde venit. fert hinc reſponſa Sibylla:
Miſenum ſepelit. mons ſeruat nomen humati.
Ramum etiam ante Deum, placato numine, portat.
Et vates longæua vna deſcendit Auernum.
Agnoſcit Palinurum, & ibi ſolatur Eliſam.
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas diſcit narrante Sibylla.
Conuenit Anchiſen: penituſque in valle virenti
Agnoſcitque ſuam prolem monſtrante parente.
Hæc vbi percepit, graditur, ſocioſque reuiſit.

SEPTIMI.

Hic quoque Caietam ſepelit: tum deinde profectus
Laurentum venit. hanc verbis cognouit Iuli
Fatalem terram. menſis en veſcimur, inquit.
Centum oratores veniam, pacemque petentes

Ad regem mittit, lectos tum ſorte Latinum:
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus.
Hoc forte Alecto Iunonis diſsipat ira.
Concurrunt dictis, quanuis pia facta repugnant.
Belli cauſſa fuit violatus vulnere ceruus.
Tum gentes ſocia arma parant. fremit arma iuuentus.

OCTAVI.

Dat belli ſignum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium, & doceat quæ cauſſa petendi.
Æneas Diuum monitis adit Arcada regem
Euandrum, Arcadia profugum, noua regna petentem.
Accipit auxilium. huic natum, & ſocia agmina iungit
Euander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamque habilis bello, & maternis lætus in armis,
Fataque, fortunaſque ducum, caſuſque ſuorum
Sortitus clipeo, diuina intentus in arte eſt.

NONI.

Atque ea diuerſa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem.
Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignem,
Nympharum in ſpeciem diuino numine verſæ:
Euryali, & Niſi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur. caſtra Æneadæ, vallumque tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit via vi. Turnus Bitian, & Pandaron altum
Deiicit, & totis victor dat funera caſtris.
Iamque fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

DECIMI.

Conſilium Diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant.
Aduenit Æneas multis cum millibus heros.

Mars

Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus.
Cæduntur que duces. cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnæ Iunonis numine Turnus.
Æneas perstat Mezenti cæde piata:
Et Lausum inuicta perimit per vulnera dextra.
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse.

VNDECIMI.

Constituit Marti spoliorum ex hoste trophæum.
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.
Iura sepulturæ tribuit, tempusque Latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe.
Corpora cæsa virum passim digesta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances, & Turnus, leges æquante Latino
Concurrunt dictis. Æneas imminet vrbi.
Pugnatur. vincunt Troes. cadit icta Camilla.
Deinde duces castris, donec cessere, minantur.

DVODECIMI.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur passuris omnia victis.
Hoc Turni Iuturna soror confundit: & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Æneas volucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur. vitam laqueo sibi finit Amata.
Æneas Turnum campo congressus, vtrinque
Circunfusa acie, vita spoliauit, & armis.

EADEM ARGVMENTA MONOSTICHIS per eundem Auctorem.

Æneas primo Libyes appellitur oris.

Funera Dardaniæ narrat fletuſque ſecundo.
Tertius errores canit, amiſſumque parentem.
Vritur in quarto Dido, flammaſque fatetur.
Quintus habet ludos, & claſſem corripit ignis.
Quæruntur ſexto Manes, & Tartara Ditis.
Septimus Æneam reddit fatalibus aruis.
Præparat octauo bellum, quos mittat in hoſtes.
Nonus habet pugnas, nec adeſt dux ipſe tumultus.
Occidit Æneæ decimo Mezentius ira.
Vndecimo victa eſt non æquo Marte Camillæ.
Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

ARGVMENTVM OMNIVM OPERVM VIRGILIANORVM.

PASTORVM Muſam vario certamine pronit,
Ruris item docilis culturam carmine monſtrat.
Arboribus vitem, prolem quoque iungit oliuæ,
Paſtorumque Palen, & curam tradit equorum.
Tunc apium ſeriem, & quæ mellis dona, recenſet.
Æneas profugus intrat Carthaginis oras.
Conuiuis ſeries narratur Troica belli.
Tertius at complet narrantis in ordine geſta.
Ardet amans Dido fatum ſortita ſupremum.
Quintus habet varia tumuli ſpectacula patris.
Infernos Ditis Manes, & regna pererrat.
In Latium Æneas, Italas ſimul intrat in oras.
Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.
Euryalum, & Niſum deflet cum matre iuuentus.
Mezenti interitus canitur, poſt funera Lauſi.
Vltaque dehinc fertur telo mactata Camilla.
Turni vita fugit infernas mœſta ſub vmbras.

ITEM

ITEM ARGVMENTA IN ÆNEIDEM per Hexasticha.

PRIMI LIBRI.

ARMA virumque canit vates, Iunonis ob iram,
Et totum Aeolijs turbatum fluctibus æquor.
Disiectas classes submersaque corpora Ponto.
Hospitium Didus, casus quo gentis & annos
Æneas Troiæ, fatumque & bella referret.
Quorum pars terræ, pelago pars addita famæ est.

SECVNDI.

Conticuere omnes, intentique ore loquentis
Ora tenent. ac tum dolus introducitur hostis,
Et fallacis equi damnosum munus in armis,
Perfidia notusque Sinon, amissaque coniunx.
Per medios ignes allatus sæuaque tela
Anchises, oneri facilis pietate ferentis.

TERTII.

Postquam res Asiæ, disiectaque mœnia Troiæ:
Dant pelago classes, Polydori funera discunt,
Atque Eleni præcepta, fidem cui fecerat vsus.

* * * * *

Reliqua desiderantur.

IN ÆNEIDEM MONOSTICHA BASILII.

PRIMVS habet, Libycam veniunt vt Troes in vrbem.
Edocet excidium Troiæ, clademque secundus.
Tertius a Troia vectos canit æquore Teucros.
Quartus item miseræ duo vulnera narrat Elisæ.
Manibus ad tumulum Quinto celebrantur honores.
Æneam memorat visentem Tartara Sextus.
In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.
Dat simul Æneæ socios Octauus, & arma.

Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.
Exponit Decimus Thuſcorum in litore pugnas.
Vndecimo Rutuli ſuperantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

IN BVCOLICA FRAGMENTVM EX QVODAM POETA.

TITYRVS *agreſti modo lætus carmine ruris*
Formoſum per quod Corydon ardebat Alexin.
Silenumque ſenem ſertiſque meroque ligauit.
Paſtorumque ſonos faciles duxere cicutæ.

INCERTI POETÆ TETRASTICHA IN GEORGICA.

PRÆFATIO.

QVALIS *Bucolicis : quantus tellure domanda*
Vitibus, arboribuſque , apibus, pecorique, ſatiſque
Æreadum fuerit vates, Tetraſticha dicent.
Contineat quæ quiſque liber, lege carmina noſtra.

PRIMI.

Quid faciat lætas ſegetes : quæ ſidera ſeruet
Agricola, vt facilem terram proſcindat aratris,
Semina quo iacienda modo, cultuſque locorum,
Et meſſes docuit magno olim fœnore reddi.

SECVNDI.

Hactenus aruorum cultus, & ſidera cæli:
Pampineas canit inde comas, colleſque virentes,
Deſcriptaſque locis vites, & dona Lyæi.
Atque oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

TERTII.

Teque Pales, & te paſtor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine paſcua læta.
Quis habitent armenta locis, ſtabulentur & agni,

Omnia

Omnia diuino monstrauit carmine vates.

QVARTI.

Protinus aerij mellis redolentia regna,
Hyblæas & apes, aluorum cerea tecta.
Quique apibus flores, examina quæque legenda
Indicat, humentesque fauos cælestia dona.

DVODECIM SCHOLASTICORVM POETARVM ARGVMENTA in Æneidem.

LIBRI PRIMI.

VOMANVS I.

AEOLVS immittit ventos, Iunone precante,
Troianosque vagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Æneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit amorem.

SECVNDI.

EVFORBVS II.

Cogitur Æneas bellorum exponere casus,
Graiorumque dolos, & equum, fraudemque Sinonis,
Excisamque vrbem, Priamique miserrima fata,
Vtque patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, caramque amiserit ipse Creusam.

TERTII.

IVLIANVS III.

Post casum Troia fabricata classe superstes,
Vela dat Æneas, vrbemque in litore Thracum,
Mox aliam pulsus Creteus condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumque videt, præceptaque discit,
Ætneum Cyclopa fugit, sepelitque parentem.

QVARTI.

HILASIVS IIII.

Ardet amore graui Dido, soror Anna suadet
Nubere. iunguntur, nimbo cogente, sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.
Nauigat Æneas iussu Iouis. illa dolore
Impatiens, & amore, necem sibi protinus infert.

QVINTI.

PALLADIVS V.

In Siculas iterum terras Fortuna reducit
Æneam, tumuloque patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum. Somnus Palinurum mergit in vndis.

SEXTI.

ASCLEPIADIVS VI.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in vrbem
Rex Phrygius, vatisque petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit. post hæc adit infera regna.
Congressusque patri, discit genus omne suorum.
Quoque modo casus valeat superare futuros.

SEPTIMI.

EVSTHENIVS VII.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua:
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte satam Iuno Furiam euocat. illa Latinos
Inter, & Æneadas bellum serit, & ciet arma.
Protinus auxiliis terra instruit Itala turmas.

OCTAVI.

POMPEIANVS VIII.

Vidit vt Æneas summa vi bella parari:
Arcadas, Euandrumque senem sibi fœdere iungit.

Dardanio-

Dardanioque duci sociatur Hetruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber: in clipeoque
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

NONI.

MAXIMIANVS IX.

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris,
Instigatque animos. acies mouet ille Phrygasque
Obsidet. in Nymphas versa est Æneia classis.
Euryalus, Nisusque luunt nece prælia noctis.
Vi Turnus potitur castris. impellitur inde.

DECIMI.

VITALIS X.

Placat & vxoris dictis, & iurgia natæ
Iuppiter. auxiliis instructus Troius heros
Aduenit. occurrunt Rutuli, atque in litore pugnant.
Occidit a Turno Pallas: victorque superbus
Æneæ eripitur. Mezentius interit acer.

VNDECIMI.

BASILIVS XI.

Occisis proprium pars vtraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Æneas equitem præmittit, & obuia virgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga, Camilla.

DVODECIMI.

ASMENVS XII.

Troianis, Rutulisque placet coniungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt. gnato Venus alma medetur
Dictamno, Rutulique luunt periuria victi.
Cogitur Æneæ Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

EORVNDEM DVODECIM SCHOLASTICORVM EPITAPHIA P. Virgilii Maronis, per Tetrasticha.

VITALIS I.

PRIMA mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra:
Ad mea nauus humum iussa colonus arat.
Præliaque expertos cecini Troiana Latinos.
Fertque meos cineres inclyta Parthenope.

BASILIVS II.

Hoc iacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Ausonio carmine primus oues.
Ad cultos hinc transit agros. Æneidos autem
Non emendatum morte reliquit opus.

ASMENVS III.

Bucolica Ausonio primus qui carmine feci,
Mox præcepta dedi versibus agricolæ.
Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi.
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

VOMANVS IIII.

Tityre te Latio cecinit mea fistula versu:
Præceptisque meis Rusticus arua colit.
Ac, ne Musa carens vitiis Æneidis esset,
Perfida me celeri fata tulere nece.

EVPHORBVS V.

Romuleum Sicula qui fingit carmen auena,
Ruricolasque docet qua ratione serant:
Quique Latinorum memorat fera bella, Phrygasque,
Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

IVLIANVS VI.

Qui pastorali peragrauit Mænala Musa,
Ruraque, & Æneæ concinit arma Maro,

Ille,

Ille, decem lustris geminos postquam addidit annos,
Concessit fatis: & situs hoc tumulo est.

HILASIVS VII.

Hæc tibi Virgilius, domus est æterna sepulto,
Qui mortis tenebras effugis ingenio.
Mænalium carmen qui profers ore Latino,
Et cultus segetum, bellaque sæua ducum.

PALLADIVS VIII.

Primus ego Ausonio pastorum carmina versu
Composui, & quo sint rura colenda modo.
Post, quibus Æneas Rutulos superauerit armis.
Vatis relliquias hæc pia terra fouet.

ASCLEPIADIVS IX.

Sicanius vates siluis, Ascræus in aruis,
Mæonius bellis ipse poëta fui.
Mantua se vita præclari iactat alumni.
Parthenope famam morte Maronis habet.

EVSTHENIVS X.

Quisquis es, extremi titulum lege carminis, Hospes,
Hac ego Virgilius sum tumulatus humo.
Qui pecudum pariter, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchisiadæ bella Ducis cecini.

POMPEIANVS XI.

Virgilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit. hic cineres vatis, & ossa iacent.
Cuius in æternum pastoria fistula viuet
Rustica: mox eadem Martia Calliope.

MAXIMIANVS XII.

Carmine bucolico nitui: cultoribus agri
Iura dedi. cecini bella Latina simul.
Iamque ad lustra decem Titan accesserat alter,
Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

ITEM

ITEM PER DISTICHA EORVNDEM.

Ex Argumento Virgiliani Distichi.

MANTVA *me genuit, Calabri rapuere: tenet nunc*
Parthenope. cecini pascua, rura, duces.

ASCLEPIADIVS I.

Tityron, ac segetes cecini Maro, & arma, virumque.
Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

EVSTHENIVS II.

Virgilius iacet hic, qui pascua versibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

POMPEIANVS III.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,
In Calabris moriens hac requiescit humo.

MAXIMIANVS IIII.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VITALIS V.

Mantua mi patria est: nomen Maro: carmina silua:
Ruraque cum bellis: Parthenope tumulus.

BASILIVS VI.

Qui siluas, & agros, & prælia versibus ornat,
Mole sub hac situs est ecce poëta Maro.

ASMENVS VII.

Pastorum vates ego sum: cui rura, ducesque
Carmina sunt. hic me pressit acerba quies.

VOMANVS VIII.

A siluis ad agros, ab agris ad prælia venit
Musa Maronæo nobilis ingenio.

EVPHOR-

EVPHORBVS IX.

Bucolica expreſsi, & ruris præcepta colendi.
Mox cecini pugnas. mortuus hic habito.

IVLIANVS X.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, & ſegetes, & fera bella canit.

HILASIVS XI.

Paſtoros cecini: docui qui cultus in agris.
Prælia deſcripſi, contegor hoc tumulo.

PALLADIVS XII.

Conditus hic ego ſum, cuius modo ruſtica Muſa
Per ſiluas, per rus venit ad arma virum.

EORVNDEM CICERONIS TVMVLVS, VERSIBVS PLANE Scholaſticis.

EVPHORBVS I.

HIC iacet Arpinas manibus tumulatus amicis,
Qui fuit orator ſummus, & eximius.
Quem nece crudeli mactauit ciuis, & hoſtis.
Nil agis Antoni: ſcripta diſerta manent.
Vulnere nempe vno Ciceronem confici: at te
Tullius æternis vulneribus lacerat.

IVLIANVS II.

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio.
Quique malis grauis hoſtis erat, tutorque bonorum,
Quo pene indigne Conſule Roma periit.
Sed vigili cura detectis hoſtibus, vrbem,
Supplicioque datis, præſtitit incolumem.

HILASIVS III.

Vnicus orator, lumenque decuſque Senatus,
Seruator patriæ, conditor eloquij:

Cuius

Cuius ab ingenio tandem illustrata perenni
Lumine præclaro lingua Latina vocet:
Occidit insane manibus laceratus iniquis
Tullius: ac tumulo subditus exiguo est.

PALLADIVS IIII.

Quicunque in libris nomen Ciceronis adoras,
Aspice quo iaceat conditus ille loco.
Ille vel orator, vel ciuis maximus: idem
Clarus erat factis, clarior eloquio.
Ac, ne quid Fortuna viro nocuisse putetur,
Viuus in æternum docta per ora volat.

ASCLEPIADIVS V.

Marcus erat Cicero toto notissimus orbe,
Cuius relliquias occulit vrna breuis.
Dextera me patriæ nuper ciuilis ademit,
Eripui patriam qui prius exitio.
Siquis in hoc saxo Tulli legis aduena nomen,
Non dedigneris dicere, Marce vale.

EVSTHENIVS VI.

Tullius Arpinas ex ordine natus equestri,
Sed virtute sua Consul in vrbe fuit.
Quem Catilina malus, coniuratique nocentes
Senserunt vigilem ciuibus esse suis.
Hunc tamen, o pietas, tres occidere tyranni:
At Lamia ille pio supposuit titulo.

POMPEIANVS VII.

Qui tenet eloquij fastigia summa Latini:
Qui Consul patriam cadibus eripuit:
Quique trium sæuo vitam dedit ense virorum,
Tullius est in hac ipse sepultus humo.
Sed vitæ breuitas pensatur laude perenni.
Quod mors eripuit, gloria restituit.

MAXI-

MAXIMIANVS VIII.

Tullius hic situs est, venerabile nomen in æuum.
Clarus honore simul, clarus & ingenio.
Quem scelerata neci crudeliter arma dederunt,
Quod patriæ vindex ille fidelis erat.
Sed nihil infanda profecit cæde tyrannus.
Ingenium viuit: corpus inane periit.

VITALIS IX.

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,
Maximus orator, ciuis & egregius:
Coniuratorum vindex, hostisque malorum,
Proscriptus periit a tribus ille viris.
Qui casus grauiter, qui detruncatus acerbe,
Hoc Lamiæ debet, quod iacet in tumulo.

VOMANVS X.

Doctrinæ antistes, rerum mirabilis auctor
Tullius, existens nobilis ex humili:
Cui dedit excellens ars oratoria nomen:
Virtute ingenij venit in astra sui.
Sed Fortuna nocens miserando funere raptum
Carpsit: & hoc voluit membra iacere loco.

ASMENVS XI.

Eloquij princeps, magnis memorabilis actis,
Tullius indigna cæde peremptus obiit.
Sed terras omnes impleuit nomine claro.
Ingenium, cæso corpore, morte caret.
Viuit, & ingenti pollet cum laude per orbem.
Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent.

BASILIVS XII.

Inclytus hic Cicero est Lamiæ pietate sepultus,
Quem Fortuna neci tradidit immeritæ:
Maximus eloquio: ciuis bonus: vrbis amator:

Pernicies-

Perniciesque malis: perfugiumque bonis.
Qui sexaginta completis, ac tribus annis
Seruitio pressam destituit patriam.

EORVNDEM DESCRIPTIO QVATVOR TEMPESTATVM ANNI.

Argumentum est ex his Ouidianis.

VERQVE nouum stabat cinctum florente corona.
Stabat nuda Æstas, & spicea serta gerebat.
Stabat & Autumnus calcatis sordidus uuis.
Et glacialis Hyems, canos hirsuta capillos.

BASILIVS I.

Vere sinum Tellus aperit, floresque ministrat.
Tempore solis ager messes fert pinguis opimas.
Fœcundos Autumne lacus de vitibus imples.
Vis Hiemis glacie currentes alligat vndas.

ASMENVS II.

Frigoribus pulsis nitidum ver athera mulcet.
Scindit agros Æstas Phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat Hiems mistum vicina teporem.
Albentes hæc durat aquas, & flumina nectit.

VOMANVS III.

Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Ignea vestit agros culmis Cerealibus Æstas,
Vitibus Autumnus turgentes detrahit uuas.
Frigore at hiberna est grauidus niue nubilus æther.

EVPHORBVS IIII.

Vere Venus gaudet florentibus aurea sertis.
Flaua Ceres Æstatis habet sua tempore regna.
Vinifero Autumno summa est tibi Bacche potestas.
Imperium sæuis hiberno tempore ventis.

IVLIA-

IVLIANVS V.

Vere grauis fundit Tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert Æstas torrida messes.
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hibernis albescit operta pruinis.

HILASIVS VI.

Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
Ac riget æstiuus hirsutus campus aristis.
Labra per Autumnum musto spumantia feruent.
Deponunt frondes hiemali frigore siluæ.

PALLADIVS VII.

Ver placidum vario nectit de flore corollas.
Spicea serta gerit calidissima solibus Æstas.
Temporaque Autumni cingunt tua, Bacche, racemi.
Tristis hiems montes niueo velamine vestit.

ASCLEPIADIVS VIII.

Ver agrum gemmis nitidum stellantibus ornat.
At feruens Æstas pinguissima frugibus arua.
Mox Autumnali redolet vindemia fœtu.
Fronde nemus male nudat Hiems, amnesque rigescunt.

EVSTHENIVS IX.

Purpureos flores humus effert vere comanti.
Ac Cereris denis horrescunt arua per æstum.
Bacche tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora veste niuali.

POMPEIANVS X.

Vere tepet picto Zephyris spirantibus aer.
Decrescunt celeres æstiuis ignibus amnes.
Temperies, Autumne, fluit tua nectare dulci.
Perque Hiemem lentus cælo niuis aduolat imber.

MAXIMIANVS XI.

Veris honos tepidi floret, vere omnia rident.

Arua sub æstiuis vndant horrentia flabris.
Vite coronatas Autumnus degrauat vlmos.
Decutit ipse rigor siluis hiemalis honorem.

VITALIS XII.

Flore solum vario depingit odoriferum ver.
Falciseramque Deam falces remorantur in æstu.
Dat musto grauidas Autumnus pomifer vuas.
Sithonia glacialis Hiems niue cana senescit.

EORVNDEM DE SIGNIS CÆLESTIBVS.

IVLIANVS I.

PRIMVS adest Aries, Taurusque insignibus auro
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile signum.
Tum Leo terribilis Nemees, atque innuba virgo.
Libra subit, caudaque animal quod dirigit ictum.
Armatusque arcu Chiron, & corniger Hircus.
Fusor aquæ simul, & fulgenti lumine Pisces.

HILASIVS II.

Proditor est Helles, & proditor Europæus.
Et Gemini iuuenes, & pressus ab Hercule Cancer.
Horrendusque Leo sequitur cum virgine sancta.
Libraque lance pari, & violentus acumine cauda.
Inde Sagittifer facies senis, & Capricornus,
Et qui portat aquam puer vrniger, & duo Pisces.

PALLADIVS III.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & vna
Tyndaridæ Iuuenes, & fernida brachia Cancri,
Herculeusque Leo Nemeæ pauor: almaque virgo.
Libra iuga æquali pendens, & Scorpius acer,
Centaurusque senex Chiron, & cornua Capri.
Et Iuuenis gestator aquæ, Pisceſque supremi.

ASCLEPIADIVS IIII.

Corniger astrorum ductor, Taurusque secundus.
Tum sidus Geminum, & Cancri gemmantis imago.
Truxque Leo, & virgo, quæ spicea munera gestat,
Et Libram, quam Cæsar habet: Chelæque minaces,
Atque arcu pollens, & falsi gurgitis Hircus.
Vrnaque Nimbiferi, Pisceſque nouissima forma.

EVSTHENIVS V.

Dux Aries, & frons Tauri metuenda minacis,
Et Ledæ soboles, & Cancri torridus ignis.
Terribilisque Leo, species quoque Virginis altæ,
Momentumque sequens, caudaque timendus aduncæ:
Hinc tendens arcum: liquidi Caper æquoris inde.
Tuianeusque puer, geminique sub æthere Pisces.

MAXIMIANVS VI.

Nubigenæ iuuenis vector, Taurique trucis frons,
Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis.
Æ lifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens.
Quam sequitur Libra, & violenta cuspide fœtus.
Semifer Arcipotens subit, & Capricornus aquosus,
Et cui nomen aquæ faciunt, Pisceſque gemelli.

VITALIS VII.

Corniger imprimis Aries, & Corniger alter
Taurus. item Gemini. sequitur quos Cancer adustus,
Terribilisque feræ species, & iusta puella.
Libra simul, nigrumque gerens in acumine virus.
Centaurusque biformis adest, pelagique procella.
Atque amnem fundens, & Pisces sidus aquosum.

BASILIVS VIII.

Cornigeri ductor gregis, Europæ quoque vector,
Et duo Tyndaridæ, tum Cancer sole peruius:
Herculeaque manu pressus Leo, & optima Virgo.

Hinc Trutinæ ſpecies venit, armatuſque veneno
Scorpius, atque Sagittifer, aquoreique Capri frons.
Quique vrnam gerit, & Piſces duo ſigna ſub vno.

ASMENVS IX.

Principium ſignis ouium ſator. inde Iuuencus,
Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus,
Preſſa ſub Herculeis manibus fera, iuſtaque Virgo.
Libra ſubeſt, caudaque ferens lethale venenum.
Tum geminus Chiron, & corniger æquoris alti,
Dilectuſque Ioui puer, & duo ſidera Piſces.

VOMANVS X.

Dux gregis, & placidum pandens ſubit æthera Taurus,
Germanique pares, & Cancro iam comes æſtus,
Atque Leo primus labor Herculis, & pia Virgo.
Libra comes ſequitur, minitans & Scorpius ictu.
Et qui tela gerit Centaurus, & aquoris Hircus.
Deucalionis aquæ, & Piſces poſtrema figura.

EVPHORBVS XI.

Velleris aurati fulget pecus aurea cælo.
Zethus & Amphion, Cancrique figura calentis.
Inſequitur Leo ſæuus, & almæ Virginis aſtrum.
Hinc æquale iugum, caudaque venenifer vnca.
Centauruſque minax arcu, & Neptunia proles.
Quique refundit aquas, & Piſces vltimus ordo.

POMPEIANVS.

* * * * *

Deerant in exemplari.

EORVNDEM IRIS.

MAXIMIANVS I.

THAVMANTIS proles varianti veste figuras,
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Cum Sol ardentes radios in nubila iecit.

VITALIS II.

Cum Sol horrifico nimbos fulgore repleuit,
Apparet varij radijs distincta coloris
Iris, & insigni decorat curuamine cælum.

BASILIVS III.

Clara sub atheriis fulgens Thaumantia proles
Nubibus, vt radijs pluuium Sol attigit imbrem,
Et picturato cælum velamine cingit.

ASMENVS IIII.

Discolor atheriis apparet nubibus Iris,
Postquam flammiferi rapuerunt lumina Solis.
Et cælum variis miranda coloribus ornat.

VOMANVS V.

Imbriferas nubes radijs vbi contigerit Sol:
Luce sub aduersa varios iacit vnda colores.
Dicitur hæc Iris picto spectantibus arcu.

EVPHORBVS VI.

Cum tetigit nubes radijs fulgentibus atras
Phœbus, & aduerso lumen resplenduit imbri,
Tunc Iris vario circundat nubila cinctu.

IVLIANVS VII.

Mirifico nubes ambit Thaumante creata:
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida Solis,
Tum iacit insignes per nubila densa colores.

HILASIVS VIII.

Nuncia Iunonis vario decorata colore,
Æthera nubificum complectitur orbe decoro:

Cum Phœbus radios in nubem iecit aquosam.

PALLADIVS IX.

Nubila cum Phœbus perfudit lumine claro:
Tum fit, vt humor aquæ suffulgeat, atque colores
Sub varia specie iaciat mirabilis arcus.

ASCLEPIADIVS X.

Cum radiis imbres, & aquarum pendulus humor
Frangitur, apparet, quam Græcia nominat, Iris,
Multorum insignis vario splendore colorum.

EVSTHENIVS XI.

Iris habet varios subiecta luce colores
Quam Sol imbrifera fulgens de luce creauit,
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris.

POMPEIANVS XII.

Luce repentina cum Sol implauit aquosas
Aduersus nubes: effulget protinus Iris
Picta veste decens, & multicoloribus alis.

EORVNDEM IMAGO IN VNDA.

HILASIVS I.

REDDITVR effigies liquida spectantis in vnda:
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.

POMPEIANVS II.

Formas pura refert oculis spectantibus vnda,
Obiecto quales speculi fulgore videntur.

MAXIMIANVS III.

Fontis aquæ reddunt simulacra imitantia verum,
Qualia læue refert speculi, cum cernimus, æquor.

VITALIS IIII.

Exprimit oppositas immobilis vnda figuras:
Læuati quales speculi nitor ipse remittit.

BASILIVS V.

Apparet mendax illimi fonte figura,
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

ASCLEPIADIVS VI.

Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac veluti speculum nitido splendore coruscat.

EVPHORBVS VII.

Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,
Quales purifico speculorum ex orbe reducit.

VOMANVS VIII.

Spectantis faciem mundissimus assimilat fons,
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.

IVLIANVS IX.

Fontibus in liquidis simplex generatur imago,
Vt solet à speculo facies splendente referri.

PALLADIVS X.

Effigies liquido respondet ab æquore fontis,
Qualis & a speculo simulatrix vnda resultat.

EVSTHENIVS XI.

Effingit species purissimus humor aquarum,
Plana velut speculi viuas imitantia formas.

ASMENVS XII.

Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceu læui in speculo solet apparere figura.

EORVNDEM AMNIS GLACIE CONCRETVS.

POMPEIANVS. I.

QVA ratis egit iter iuncto boue plaustra trahuntur:
Postquam tristis hyems frigore iunxit aquas.

MAXIMIANVS II.

Sustinet vnda rotam patulæ modo peruia puppi:

Vt concreta gelu marmoris instar habet.

VITALIS III.

Quas modo plaustra premunt vndas, ratis ante secabat,
Postquam brumali diriguere gelu.

BASILIVS IIII.

Vnda rotam patitur, celerem modo passa carinam,
In glaciem solidam versus vt amnis abiit.

ASMENVS V.

Qua solita est ferre vnda rates, fit peruia plaustris,
Vt stetit in glaciem marmore versa nouo.

VOMANVS VI.

Semita fit plaustro, qua puppis adunca cucurrit,
Postquam frigoribus bruma coegit aquas.

EVSTHENIVS VII.

Orbita signat iter, modo qua cauus alueus exiit,
Strinxit aquas tenues vt glacialis hyems.

HILASIVS VIII.

Amnis iter plaustro dat, qui dedit ante carinæ:
Duruit vt ventis vnda, fit apta rotis.

PALLADIVS IX.

Plaustra boues ducunt, qua remis acta carina est,
Postquam diriguit crassus in amne liquor.

ASCLEPIADIVS X.

Vnda capax ratium, plaustris iter algida præbet,
Frigoribus sæuis vt stetit amnis iners.

EVPHORBVS XI.

Plaustra viam carpunt quæ puppes ire solebant:
Frigidus vt Boreas obstupefecit aquas.

IVLIANVS XII.

Qua puppes ibant, adducunt plaustra iuuenci,
Frigor vt cano constitit vnda gelu.

EORVN-

ASMENVS I.

AVRORA Oceanum croceo velamine fulgens
Liquerat, & biiugis vecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit Sole oriente iubar.

VOMANVS II.

Roscida puniceo Pallantias exit amictu,
Astriferum inficiens luce oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona,
Promit ab æquoreis Tethyos ortus equis.

EVPHORBVS III.

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol.
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere Deo tenebræ, rebusque colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

IVLIANVS IIII.

Tithoni coniunx roseo sub limine terras
Inficit, & cælum luteà sidereum.
Cum Sol igniferos currus e gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugauit equis.

HILASIVS V.

Nox abit astrifero velamine cincta micanti,
Et redigit stellas, exoriturque dies.
Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto.
Illustrata nitent lumine cuncta suo.

PALLADIVS VI.

Aurea fulgebat roseis Aurora capillis,
Et matutino rore madebat humus.

Tethyos vndiuaga cum profilit aquore Titan,
Flammiferos vultus ore micante ferens.

ASCLEPIADIVS VII.

Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, stelliferumque polum.
Astraque cesserunt fulgentia crinibus aureis,
Et nox sidereas occulit atra faces.

EVSTHENIVS VIII.

Sol oriens, curruſque ſuos e gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem.
Flammiferumque iubar terraque poloque reduxit,
Et pepulit radiis astra repente ſuis.

POMPEIANVS IX.

Memnonis vt genitrix infecerat humida cælum,
Et roſeis manibus ſidera diſſpulerat:
Phœbus Atlanteis è flactibus aureus orbem
Sustulit igniferum: luxque repente redit.

MAXIMIANVS X.

Præuia flammiferi tarſus Aurora ſedebat:
Extuleratque alto gurgite Phœbus equos.
Noctiuagoſque ſimul radiis flagrantibus ignes
Depulerat cælo, reddideratque diem.

VITALIS XI.

Vix Aurora ſuo rubefecerat æthera curru,
Summaque canebat roribus herba nouis:
Profilit e mediis candens rota Tethyos vndis,
Et vaga ceſſerunt ſidera Solis equis.

BASILIVS XII.

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniunx,
Et veſte ab roſea ſubruit ipſa pedes.
Tum Phœbus radiis rutilum ſulgentibus orbem
Depulit e tenebris: noxque peracta fuit.

EORVN-

EORVNDEM SINGVLI VERSVS SENIS VERBIS ET LITERIS, de ratione Tabulæ.

PALLADIVS I.

Sperne lucrum : vexat mentes vesana libido.

ASCLEPIADIVS II.

Fraude carete graues: ignari credite doctis.

EVSTHENIVS III.

Lusuri numos, animos quoque ponere debent.

POMPEIANVS IIII.

Irasci victos minime placet, optime frater.

MAXIMIANVS V.

Ludite securi, quibus æs est semper in arca.

VITALIS VI.

Si quis habet numos veniens, exibit inanis.

BASILIVS VII.

Lusori cupido semper grauis exitus instat.

ASMENVS. VIII.

Sancta probis pax est: irasci desine victus.

VOMANVS IX.

Nullus vbique potest felici ludere dextra.

EVPHORBVS X.

Inito Furias. ego sum tribus addita quarta.

IVLIANVS XI.

Flecte truces animos, vt vere ludere possis.

HILASIVS XII.

Ponite mature bellum, precor, iraque cesset.

EORVNDEM, DVODECIM LABORES HERCVLIS.

HILASIVS I.

Compressit Nemeæ primum virtute Leonem.

* * II.

Extincta est anguis quæ pullulat, Hydra secunda.

* * III.

Tertius euictus sus est Erymanthius ingens.

* * IIII.

Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.

* * V.

Deiicit horrisono, quinto, Stymphalidas arcu.

* * VI.

Abstulit Hippolytæ, sexto, sua vincula victæ.

* * VII.

Septimus Augiæ stabulum labor egerit vndis.

* * VIII.

Octauo, domuit magno luctamine Taurum.

* * IX.

Tum Diomedis equos, nono, cum rege peremit.

* * X.

Geryonem, decimo, triplici cum corpore vicit.

* * XI.

Vndecimo, abstractus vidit noua Cerberus astra.

* * XII.

Postremo Hesperidum victor vulit aurea mala.

DE DIE NATALI

ASMENI.

CLARVS inoffenso procedat lumine Titan,
Lætificusque dies eat omnibus æthere puro.
Vosque simul iuuenes animis, & voce fauentes
Concelebrate diem votis felicibus almum:
Prosper vt is semper redeat, vatique quotannis
Asmenidæ referant alacres sua munera nati.

DE MVSARVM INVENTIS,

D. AVSONII MAGNI Burdigalensis.

CLIO gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lascivo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget.
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vranie cæli motus scrutatur, & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

SIRENVM ALLEGORIA IVLIANI.

SIRENES varios cantus Acheloia proles,
Et solitæ miseros ore ciere modos:
Illarum voces, illarum Musa mouebat
Omnia, quæ Thymele carmina dulcis amat.
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
Quodque foraminibus tibia mille sonat:
Quodque leues calami, quod suauis cantat aedon:
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor:
Illectos nautas dulci modulamine vocis
Mergebant auidæ fluctibus Ioniis.
Sanguine Sisyphio generatus magnus Vlysses,
Hac tutos sola præstitit arte suos.
Illeuit cera sociorum callidus aures,
Atque suas vinclis præbuit ipse manus.

Transilius

Transiliit scopulos, & inhospita littora classis.
Illa præcipites desiliere freto.
Sic blandas vocisque notas, & carmina vicit.
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

PALLADII ORPHEI ALLEGORIA.

Threicius quondam vates fide creditur canora
Mouisse sensus acrium ferarum,
Atque amnes tenuisse vagos,
Et surda cantu concitasse saxa,
Suauisonosque modos testudinis arbores secuta
Vmbram feruntur præbuisse vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit.
Doctaque vitam voce temperauit.
Iustitiam docuit. cœtu quoque congregauit vno,
Moresque agrestes expoliuit Orpheus.

BASILII DE VENERE ET VINO.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,
Vno nanque modo vina, Venusque nocent.
Vt Venus eneruat vires, sic copia vini.
Et tentat gressus, debilitaque pedes.
Multos cœcus amor cogit secreta fateri.
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido.
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.
At Lapithas bello perdis Iacche graui.
Denique cum mentes hominum furiarit vterque,
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyæum:
Ne te muneribus ladat vterque suis.

Vina

Vina sitim sedeat: natis Venus alma crescendis
Seruiat. hos fines transiliisse nocet.

DE FORTVNA, ASCLEPII.

O FORTVNA potens, ac nimium leuis,
Tantum iuris atrox quæ tibi vindicas,
Euertisque bonos, eligis improbos.
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus:
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat;
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes, & retinet senes;
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transit ad impios.
Nec discrimen habet, rectaue iudicat,
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fouet:
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

EVPHORBII, DE LIVORE.

Liuor, tabificum malis venenum,
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quisquis furit, inuidetque forti;
Vt debet, sibi pœna semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores:
Suspirat, fremit, incutitque dentes.
Sudat frigidus intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infelix macies renudat ossa.

Non

Non lux, non cibus est suauis illi:
Nec potus iuuat, aut sapor Lyæi.
Nec si pocula Iuppiter propinet:
Aut hæc porrigat, & ministret Hebe,
Aut tradat Ganymedes ipse nectár.
Non somnum capit, aut quiescit vnquam.
Torquet viscera carnifex cruentus:
Vesanos taciæ mouet furores,
Intentans animo faces Erinnys
Letalis, Tityique vultur intus,
Qui semper lacerat, comestque mentem.
Viuit pectore sub dolente vulnus:
Quod Chironia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, soboliſve clara Phœbi.

DE LAVDIBVS HORTVLI VOMANI.

ADESTE *Musæ, maximi proles Iouis.*
Laudes feracis prædicemus hortuli.
Hortus salubres corpori præbet cibos:
Varioſque cultus sæpe cultori refert:
Olus suaue, multiplex herbæ genus:
Vuas nitentes atque fœtus arborum.
Non desit hortis & voluptas maxima:
Multisque mista commodis iucunditas.
Aquæ strepentis vitreus lambit liquor:
Sulcoque ductus irrigat riuus sata.
Flores nitescunt discolore gramine,
Pinguntque terras gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratæ leui,
Cum summa florum, vel nouos rores legunt.

Fœcundæ

Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat,
Textaſque inumbrat pampinis arundines.
Opaca præbent arbores vmbracula,
Prohibentque denſis feruidum Solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt ſonos:
Et ſemper aures cantibus mulcent ſuis.
Oblectat hortus, aduocat, paſcit, tenet,
Animoque mœſto demit angores graues.
Membris vigorem reddit, & viſum capit.
Refert labori pleniorem gratiam.
Tribuit colenti multiforme gaudium.

DVODECIM ÆRVMNÆ HERCVLIS.

Prima Cleonei tolerata æruinna leonis.
Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydram.
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto.
Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona balteo.
Septima in Augiæ ſtabulis impenſa laboris.
Octaua expulſo numeratur adorea tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimum mala Heſperidum diſtracta triumphum.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

IN PVERVM FORMOSVM.

ATTRIBVITVR VIRGILIO, ITEM AVSONIO.

DVM dubitat Natura marem, faceretne puellam;
Factus es, ô pulcher pene puella puer.

INCERTI AVCTORIS POETÆ CHRISTIANI.

Litera rem gestam loquitur: res ipsa medullam
Verbi, quam viuax mens videt, intus habet.

MORS TRIVM.

Sus, iuuenis, serpens casum venere sub vnum.
Sus iacet ex ictu, pede serpens, ille veneno.

ITEM.

Anguis, aper, iuuenis pereunt vi, vulnere, morsu.
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

ITEM.

Sus, serpens, iuuenis pariter periere vicissim.
Dente perit iuuenis, pede serpens, porcus ab ictu.

TVMVLVS HECTORIS, PENTADII POETÆ.

Defensor patriæ, iuuenum fortissimus Hector,
Qui murus miseris ciuibus alter erat,
Occubuit telo violenti victus Achillis.
Occubuere simul spesque, salusque Phrygum.
Hunc ferus Æacides circum sua mœnia traxit,
Quæ iuuenis manibus texerat ante suis.
O quantos Priamo lux attulit illa dolores!
Quos fletus Hecube, quos dedit Andromache!
Sed raptum pater infelix, auroque repensum
Condidit, & mœrens hac tumulauit humo.

EIVSDEM, TVMVLVS ACHILLIS.

Pelides ego sum, Thetidis notissima proles,
Cui virtus clarum nomen habere dedit:

Qui

Qui straui toties armis victricibus hostes:
Inque fugam solus millia multa dedi.
Hectore sub magno summa est mihi gloria casu,
Qui sæpe Argolicas debilitauit opes.
Ille interfectus subiit me vindice pœnas.
Pergama tunc ferro procubuere meo.
Laudibus immensis victor super astra ferebar.
Hostilem presti fraude peremptus humum.

EIVSDEM, ACIS TVMVLVS.

Acidos hæc cernis montana cacumina busti,
Æquor & ex imis fluminis ire iugis.
Ista Cyclopei durant monumenta furoris.
Hic amor, hic dolor est, candida Nimpha, tuus.
Sed bene, si periit, tacet hac sub mole sepultus,
Nomen & exultans vnde perennis vehit.
Sic manet ille quidem, nec mortuus esse feretur.
Vitaque per liquidas cærula manat aquas.

EIVSDEM DE NARCISSO.

Hic est ille, suis nimium qui credidit vndis,
Narcissus vero dignus amore puer.
Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam:
Vt per quas perijt, crescere possit aquas.

EIVSDEM DE EODEM.

Se Narcissus amat captus lenonibus vndis.
Cui si tollis aquas, non est vbi sæuiat ignis.

REGIANI.

Ante bonam Venerem gelida per litora Baiæ
Illa natare lacus cum lampade iussit Amorem.
Dum natat, algentes cecidit scintilla per vndas.
Hinc vapor vsit aquas: quicunque natauit, amauit.

DE SCÆVOLA.

Lictorem pro Rege necans nunc Mutius vltro
Sacrificio propriam concremat igne manum.
Miratur Porsenna virum, pœnamque relaxans
Maxima cum obsessis fœdera victor init.
Plus flammis patriæ confert, quam fortibus armis,
Vna domans bellum funere dextra suo.

DE LITERARVM ÆTERNITATE IMITATVM EX PROPERTII III. ELEG. I. IN FINE.

Hæc, vrbem circa, stulti monimenta laboris,
Quasque vides moles, Appia, marmoreas:
Pyramidasque ausas vicinum attingere cælum:
Pyramidas, medio quas fugit vmbra die:
Et Mausoleum miseræ solatia mortis,
Intulit æternum quo Cleopatra virum:
Concutiet, sternetque dies: quoque altius extat
Quodque opus, hoc illud carpet, edetque magis.
Carmina sola carent fato, mortemque repellunt.
Carminibus viues semper, Homere, tuis.
Nullum opus exurgit, quod non annosa vetustas
Expugnet, quod non vertat iniqua dies:
Tu licet extollas magnos ad sidera montes,
Et calidas aques marmore Pyramidas:
Ingenio mors nulla iacet, vacat vndique tutum
Inlasum semper carmina nomen habent.

TVMVLVS LVCRETIÆ.

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
Sanguinis vt torrens egrederetur, ait:

Teste-

Testetur cunctis me non violasse pudorem
Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.
Quam bene producti pro me post fata loquentur.
Alter apud manes, alter apud superos.

SVBSCRIPTVM IMAGINI VIRGILIANÆ.

HILASIVS.

SVBDVXIT *morti viuax pictura Maronem.*
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.

IDEM EIVSDEM.

Lucis damna nihil tanto nocuere poëtæ,
Quem præsentat honos carminis, & plutei.

IN VIRGILIVM INCERTI AVCTORIS.

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem Diis immortalibus æquas.

IN EVNDEM PENTADII.

Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ.

Καὶ φίλος ἀυσονίοισι λιγύθροος ἔπρεπε κύκνος
Πλείως ἐυεπίης Βιργίλλιος. ὃν ποτε ῥώμης
Θυμβριὰς ἄλλον ὅμηρον ἀνέτρεφε πάτριος ἠχώ.

P. OVIDII NASONIS

DE ÆNEIDE VIRGILII.

ET *profugum Ænean altæ primordia Romæ,*
Quo nullum Latio clarius extat opus.

EIVSDEM AD AVGVSTVM.

Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma, virumque toros.
Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luserat ante modis.

Actia Virgilium custodis litora Phœbi,
Cæsaris & fortes dicere posse rates.
Qui nunc Æneæ Troiani suscitat arma:
Iactaque Lauinis mœnia litoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Graij.
Nescio quid maius nascitur Iliade.
Tu canis vmbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, & attritus Daphnin arundinibus.
Vtque decem possint corrumpere mala puellam:
Missus & impressis hœdus ab vberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores,
Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin.
Agricolæ domini carpere delitias.
Quanuis ille sua lassus requiescat auena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Ascræi veteris præcepta poetæ,
Quo seges in campo, quo viret herba loco.
Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.

VETERVM POETARVM CATALECTORVM LIBRI DVO.

IOSEPHVS SCALIGER IVLII CÆS. F.

Digesti, recensui, ac nunc primum publicaui.

IN VIROS ILLVSTRES, EORVMQVE EPITAPHIA.

TITVLVS I.

DE CATONE.

INVICTVS victis in partibus omnia Cæsar
Vincere qui potuit, te Cato, non potuit.

ITEM.

Ictu non potuit primo Cato soluere vitam:
Defecit tanto vulnere victa manus.
Altius inseruit digitos, qua spiritus ingens
Exiret, magnum dextera fecit iter.
Opposuit Fortuna moram, inuoluitque Catonis,
Scires vt ferro plus valuisse, manum.

ITEM.

Iussa manus sacri pectus violare Catonis,
Hæsit: & inceptum victa reliquit opus.
Ille ait, infesto contra sua vulnera vultu:
Estne aliquid, magnus quod Cato non potuit?

ITEM.

Dextera quid dubitas? durum est iugulare Catonem.
Sed modo liber eris: iam puto non dubitas.

Fas non est vllo quenquam seruire Catone:
Nedum ipsum vincit nunc Cato, si moritur.

EPITAPHIVM POMPEIORVM.

Magne premis Libyam, fortes tua pignora nati
Europam; atque Asiam. nomina quanta iacent?

ITEM.

Quam late vestros duxit Fortuna triumphos,
Tam late sparsit funera, Magne, tua.

ITEM.

Pompeius totum victor lustrauerat orbem.
At rursus toto victor in orbe iacet.

ITEM.

Membra pater Libyco posuit male tecta sepulcro.
Filius Hispana est vix adopertus humo.
Sexte Asiam sortite tenes. diuisa ruina est.
Vno non potuit tanta iacere solo.

ITEM.

Aut Asia, aut Europa tegit, aut Africa Magnum.
Quanta domus, toto quæ iacet orbe, ruit?

ITEM.

Maxima ciuilis belli iactura sub ipso est.
Quantus quam parua vix tegeris tumulo?

DE SACRIS AD EVOCANDVM MANES POMPEII.

Fata per humanas solitus perno scere fibras
Impius infanda relligionis aper:
Pectoris ingenui salientia viscera flammis
Imposuit. magico carmine rupit humum:
Ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis.
Proh pudor, hoc sacrum Magnus vt aspiceret.
Stulte, quid infernis Pompeium quæris in vmbris?
Non potuit terris spiritus ille premi.

ITEM

ITEM DE POMPEIIS.

P. TERENTII VARRONIS ATACINI.

LITORE diuerso Libyæ clarissima longe
Nomina vix vllo condita sunt tumulo,
Magnus, & humano maior Cato, qui procul a te
Aspicit heu cineres, Roma, iacere suos.
Marmoreo Licinus tumulo iacet. at Cato paruo:
Pompeius nullo. Credimus esse Deos?

DE SEPVLCRO CATONIS.

Ne mirere sacri deformia busta Catonis:
Visuntur magni parua sepulcra Iouis.

ITEM TVMVLVS POMPEIORVM.

Alter Niliaco tumulo iacet, alter Ibero:
Tertius Eois partibus occubuit.
Omnis habet Magnos mundi plaga. Dis ita visum est.
Partem quisque suam nunc quoque victus habet.

ITEM.

Patria diuersos terrarum litore Magnos
Spectas compositos heu sine nominibus,
Europaque, Asiaque simul, Libyaque sepultos.
Victores victa nunc potiuntur humo.

ITEM.

Diuersis iuuenes Asia, atque Europa sepulcris
Distinet. infida Magne iaces Libya.
Distribuit Magnos mundo Fortuna sepultos,
Ne sine Pompeio terra sit vlla suo.

DE MÆVIO, QVI FRATREM IGNARVS INTERFECIT.

VENERAT Eoum quatiens Antonius orbem,
Et coniuncta suis Parthica bella gerens,
Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo:
Hinc Capitolino sistra minata Ioui.

Hinc inuicta Deo fidebat Cæsare Roma:
Quæ tunc pene suo pondere lapsa fuit.
Deserta est tellus: claßis contexerat æquor.
Omnia permißti plena furoris erant.
Fratribus heu fratres, patribus concurrere natos
Impia sors belli, fataque sæua iubent.
Hic generum, socerumque petit. minimeque cruentus
Qui fuit, hic sparsus sanguine ciuis erit.
Mauius a castris miles melioribus ausus
Hostilem saltu præcipitare ratem.
In damnum, felix, & victor, vt impius esset
Nescius, occiso fratre superbus erat.
Dum legit exuuias, hostidixque arma reuellit,
Fraternos vultus, oraque mœsta videt.
Quod fuerat virtus, factum est scelus. hæret in hoste
Miles: & è manibus mittere tela timet.
Ille ferox, Quid, lenta manus, nunc denique cessem?
Iustius hoste tibi qui moriatur adest.
Fraternam res nulla potest defendere cædem.
Mors tua sola potest. morte leuanda tua est.
Scilicet ad patrios reuereus spolia ampla penates
Ad patrem victor non potes ire tuum.
Sed potes ad fratrem. nunc fortiter vtere tela.
Impius hoc telo es. hac potes esse pius.
Viuere sic poteris? potuisti occidere fratrem.
Nescisti. sed scis. hæc mora culpa tua est.
Vixímus aduersis, iaceamus partibus iisdem.
Dixit: & in dubio est, vtrius ense cadat.
Ense meo moriar maculatus cæde nefanda?
Cui moreris, ferrum, quo moriare, dabit.
Dixit, & in fratrem fraterno concidit ense.
Victorem, & victum condidit vna manus.

ITEM.

Siccine componis populos, Fortuna, furentes?
Vt vinci leuius, vincere sit grauius?
Occisum credens gaudebat Mauius hostem.
Infelix, fratris sanguine lætus erat.
Nec licuit non nosse. senex dum membra cruenta
Nudat, in exuuias incidit ipse suas.
Et scelus, & fratrem pariter cognouit: & amens
Hoc age, ait. maius nuncubi restat opus?
Vincere victorem debes, defendere fratrem.
Cessas? ad facinus quam modo fortis eras?
Terram, iura, Deos bellum iam polluit ipsum.
Quod ciuile fuit, sit quoque culpa grauis.
His manibus patriæ tu tam pia signa requiris
Miles, in Antony dignior ire rates?
Eripuit virtus pietatem. reddere virtus
Debet, qua rapuit, hac reparanda via est.
Quid moror? absolui, dixit: gladioque cruento
Incubuit, iungens fratris ad ora, sua.
Sic, Fortuna, regas semper ciuilia bella,
Vt victor victo non superesse velit.

P. SCIPIONIS AFRICANI EPITAPHIVM.

Q. ENNIVS.

Heic est ille situs, quoi nemo ciui' neque hostis
Quibit pro factis reddere operæ precium.

EIVSDEM.

Q. ENNIVS.

A Sole exoriente supra Mœoti' paludes
Nemo est, qui factis me æquiparare queat.
Si fas endo plagas cælestum scandere quoiquam,
Mi solei cælei maxuma porta patet.

ATTI-

ATTILII CALATINI.

Heic situs, vnei quoi plurima consentiunt
Gentes, fuisse virum populei primariom.

RVFI VERGINII.

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
Imperium asseruit non sibi, sed patriæ.

MENIPPI CYNICI.

M. TERRENTIVS VARRO.

Menippos ille, nobilis quondam Canes
Heic liquit omnes homines in terra pila.

PVPPII POETÆ.

Flebunt amici, & bene noti morte in mea.
Nam populus etiam viuo me lacrumatus est.

M. ATTII PLAVTI SARSINATIS.

Postquam est morte datus Plautus, Comœdia luget:
Scena est deserta. hinc ludus, risusque, iocusque,
Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt.

Q. ENNII RVDINI.

Adspicite, o ciueis senis Enni imagini formam.
Hic vostrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumeis decoret, neque funera fletum
Faciat. quom volito viuu' per ora virum.

M. PACVVII.

Adolescens, tametsi properas, te hoc saxum rogat,
Vti se adspicias: deinde quod quod scriptust, legas.
Heic sunt poëtæ Marcei Pacuuei sita
Ossa. hoc volebam, nescius ne esses. vale.

CN. NÆVII.

Mortales immortales flere si foret fas,
Flerent diuæ Camœnæ Næuiom Poëtam.

Itaque

Itaque postquam est Orcino traditus thesauro,
Oblitei sunt Romæ loquier lingua Latina.

ALBII TIBVLLI, EQVITIS RO.

DOMITIVS MARSVS.

Te quoque Virgilio comitem non æqua Tibulle
Mors iuuenem campos misit ad Elysios.
Ne foret aut elego molles qui fleret amores:
Aut caneret forti regia bella pede.

METROPHANIS LVCILLI SERVI.

L. LVCILLIVS.

Seruo' neque infidus domino, neque inutili' quoiquam
Lucilli columella hic situ' Metrophanes.

Q. HORATI FLACCI.

C. MÆCENAS CILNIVS EQVES RO.

Lugent, o mea vita, te smaragdus,
Beryllus quoque, Flacce: nec nitentes
Nuper, candida margarita, quæro,
Nec quos Thynica lima perpoliuit
Anellos, nec Iaspios lapillos.

* * * *

C. CÆSAR GERMANICVS.

Thrax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque ima partes rapido traherentur ab amni,
Abscidit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet vrna,
Hoc peperi flammis, cætera, dixit, aquis.

IN FRATRES CASCAS.

Occidere simul Cascæ, simul occubuere:
Dextra quisque sua, qua scelus ausus erat.
Castra eadem fouere. locus quoque vulneris idem.
Partibus afflictis victus vterque latet.

Quanta

Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati.
Et tumulus cinerem parius vtrumque tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine vatum,
Vna si fierent parte minus gemini.

DE VITA TRANQVILLA.

TITVLVS II.

Est mihi rus paruum, fœnus sine crimine paruum:
Sed facit hæc nobis vtraque magna, quies.
Pacem animus nulla trepidus formidine seruans
Non timet ignauæ crimina desidiæ.
Castra alios operosa vocent, fillæque rurales
Et quicquid vana gaudia mente mouet.
Pars ego sim plebis nullo conspectus honore,
Dum viuam dominus temporis ipse mei.

ITEM.

DE NAVIGATIONE.

Ante rate è Siculo discurrent æquore pisces,
Et deerit Libycis putris arena vadis:
Ante niues calidis demittent fontibus amnes,
Et Rodanus nullas in mare ducet aquas:
Ante mari gemino semper pulsata Corinthos
Confundet fluctus peruia facta duos:
Ante feri ceruis submittent corda Leones:
Sæuaque dediscet præliа toruus aper:
Medus pila geret, pharetras Romana iuuentus:
Fulgebit nitidis India nigra crocis:
Quam mihi displiceat vitæ fortuna quietæ:
Aut credat dubiis se mea puppis aquis.

ITEM.

Viue, & amicitias Regum fuge. pauca monebas.
Maximus hic scopulus, non tamen vnus erat.

Viue,

Viue, & amicitias nimio ſpendore nitentes,
Et quicquid colitur perſpicuum, fugito.

ITEM.

Ingentes dominos, & famæ nomina claræ,
Illuſtrique graues nobilitate domos,
Deuita, & longe viuus cole. contrahe vela:
Et te litoribus cymba propinqua vehat.

ITEM.

In plano tua ſit ſemper fortuna, pareſque
Noueris. Ex alto magna ruina venit.

ITEM.

Non bene cum paruis iunguntur grandia rebus.
Stantia nanque premunt: præcipitata ruunt.

ITEM.

Viue, & amicitias omnes cole: verius hoc eſt,
Quam, Regum ſolas effuge amicitias.
Eſt mea mors teſtis. maior me afflixit amicus,
Deſeruitque minor, turba cauenda ſimul.
Nam quicunque pares fuerant, fugere fragorem:
Nec dum collapſam deſeruere domum.
Nunc & non Reges tantum fuge. viuere doctus
Vni viue tibi. nam moriere tibi.

ITEM.

Quod tua mille domus ſolidas habet alta columnas:
Quod tua marmoreo ianua poſte nitet:
Aurea quod ſummo ſplendent laquearia tecto:
Imum cruſta tegit quod precioſa locum:
Atria quod circa diues tegit omnia cultus:
Hoc animos tollit nempe batate tuos. Baratre. Leg.
Ædibus in totis gemmæ licet omnia claudant:
Turpe eſt, nil domino turpius eſſe ſuo.

ITEM.

ITEM.

Non est, falleris, hæc beata, non est:
Quod vos creditis esse, vita non est.
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut testudineo iacere lecto,
Aut pluma latus abdidisse molli,
Aut auro bibere, & cubare cocco:
Regales dapibus grauare mensas:
Et quicquid Libyco secatur auro,
Non vna positum tenere cella.
Sed nullos trepidum timere casus,
Nec vano populi fauore tangi,
Et stricto nihil æstuare ferro.
Hoc quisquis poterit, licebit illi
Fortunam moueat loco superbus.

ITEM.

DE NAVIGATIONE.

O litus vita mihi dulcius: o mare: felix,
Cui licet ad terras ire subinde meas.
O formosa dies. hac quondam rure solebam
Iliadas armatas sollicitare manus.
Hic fontis lacus est: illic sinus egerit algas.
Hic statio est, tacitis victa Cupidinibus.
Peruixi. neque enim fortuna malignior vnquam
Eripiet nobis, quod prior hora dedit.
Illic alternis depugnat Pontus, & aër.
Hic riuo tenui pernia ridet humus.
Illic diuisas complorat nauita puppes.
Hic pastor mitis perluit omne pecus.
Illic immanes mors obsita soluit hiatus.
Hic gaudet curua falce recisa Ceres.

Illic

Illic inter aquas vrit sitis arida fauces.
Hic dat periuro basia multa viro.
Nauiget, & fluctus lasset mendicus Vlysses,
In terris viuet candida Penelope.

DE EODEM.

Qui mauult pro parte mori: nec cogere Fata
Mollia præcipiti rumpere fila manu:
Hactenus iratum mare nouerit. ecce refuso
Gurgite securos abluit vnda pedes.
Ecce inter virides iactatur Myrtilus algas,
Et rauco trahitur lubrica concha sinu.
Ecce recurrentes qua versat fluctus arenas,
Discolor attrita calculus exit humo.
Hæc quisquis calcare potest, in litore tuto
Ludat: & hoc solum iudicet esse mare.

ITEM.

Paruula securo tegitur mihi culmine sedes,
Vuaque plena mero fœcunda pendet ab vlmo.
Dant rami ceraſos: dant mala rubentia siluæ.
Palladiumque nemus pingui se vertice frangit.
Iam qua deductos potat leuis area fontes,
Corycium mihi surgit olus, maluæque supinæ,
Et non sollicitos missura papauera somnos.
Si vero alitibus fraudem contexere præterea,
Seu magis imbelles libuit circundare ceruos,
Aut tereti lino pauidum subducere piscem:
Hos tantum nouere dolos mea sordida rura.
In ē & vitæ fugiendis tempora vende
Diuitibus cœnis. me, si manet exitus idem,
Hic precor inueniat, consumptaque tempora poscat.

IN TENVIS FORTVNÆ HOMINES.

TITVLVS III.

M. T. CICERONIS VEL LAVREÆ TVLLII.

FVNDVM Varro vocat, quem possim mittere funda,
Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.
Extractam puteo situlam cum ponit in horto,
Vlterius standi non habet ille locum.

PVB. VIRGILII MARONIS.

Arretine calix mensis decorate paternis,
*Ante * man medici, quam bene sanus eras.*

FVRII BIBACVLI.

Si quis forte mei domum Catonis,
Depictas minio assulas, & illos
Custodes videt horturi Priapos:
Miratur, quibus ille disciplinis
Tantam sit sapientiam assecutus.
Quem tres coliculi, selibra farris,
Racemi duo tegula sub vna
Ad summam prope nutriant senectam.

EIVSDEM.

Catonis modo, Galle, Tusculanum
Tota creditor vrbe venditabat.
Mirati sumus vnicum magistrum,
Summum Grammaticum, optimum poetam
Omnes soluere posse quæstiones:
Vnum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

C. PETRONII ARBITRI.

Indum non fulgebat ebur, quod inhæserat auro,
Nec iam calcato radiabat marmore terra,
Muneribus deluſa ſuis: ſed crate ſaligna
Impoſitum Cereris vacuæ nemus: & noua terræ
Pocula, quæ facili vilis rota finxerat aſtu.
Hinc molli ſtilla latus: & de caudice lento
Vimineæ lances, maculataque teſta Lyæo.
Et pariès circa palea ſatiatus inani,
Fortuitoq; luto. clauus numerabat agreſtes.
Et viridi iunco gracilis pendebat arundo:
Conſeruabat opes humilis caſa: mitia ſorba
Præterea quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo
Inter odoratas pendebant exta corollas.
Et Thymbræ veteres, & paßis uua racemis,
Qualis in Actæa quondam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Hecale. quam Muſa loquentibus annis
Battiadæ veteris viuendo tradidit æuo.

EIVSDEM PETRONII.

Qui pelago credit, magno ſe fœnore tollit.
Qui pugnas, & caſtra petit, præcingitur auro.
Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro.
Et qui ſollicitat nuptas ad præmia, peccat.
Sola pruinoſis horret facundia pannis,
Atque inopi lingua diſertas inuocat artes.

OMNIVM RERVM VICISSITVDO.

TITVLVS IIII.

C. LABERII.

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.
Summum ad gradum quum claritatis veneris,

Consistes ægre, & citius quam ascendis, decides.
Cecidi ego: cadet, qui sequitur, laus est publica.

IN ATHENAS, ET ALIAS VRBES.

Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas:
Quæ veteris famæ vix tibi signa dabunt:
Hasne Dei, dices, cælo petiere relicto?
Regnaque partitis hæc fuit vna Deis?
Idem, Agamemnonias, dices, quum videris arces:
Heu victrix victa vastior vrbe iaces.
Hæc sunt quas merito quondam est mirata Vetustas.
Magnarum rerum magna sepulcra vides.

IN MAGNOS DVCES.

Quisquis adhuc nondum Fortuna mobile regnum,
Nec sortem varias credis habere vices:
Aspice Alexandri positum memorabile corpus:
Abscondit tantum putris arena virum.
Iunxit magnorum casus Fortuna virorum.
Hic paruo: nullo conditus ille loco est.
Ite: nouas toto terras conquirite mundo.
Nempe manet magnos paruula terra Duces.

IN GRAECIÆ RVINAM.

Græcia bellorum longa succussa ruina.
Concidit, immodice viribus vsa suis.
Fama manet: fortuna perijt. cinis ipse iacentis
Visitur: & tumulo est nunc quoque sacra suo.
Exigua ingentis retinet vestigia famæ:
Et magnum infelix nil, nisi nomen habet.

M. TERENTII VARRONIS.

Nemini Fortuna currum a carcere vltimo leue
Missum, inoffensum per æquor candidum ad calcē subit.

POR-

PORPHYRII POETAE.

Pauxillo Fortuna tibi res perfida, Quinte,
Extulit in fronte grande supercilium.
Nam, ne aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte.
Quanto altus magis es, tam mage despiceris.

C. PETRONII ARBITRI.

Infelix modo crinibus nitebas
Phœbo pulchrior, & sorore Phœbi.
At nunc læuior ære, vel rotundo
Horti tubere, quod creauit vnda,
Ridentes fugis, & times puellas.
Vt mortem citius venire credas,
Scito iam capitis perisse partem.

EIVSDEM.

Quod solum formæ decus est, cecidere capilli,
Vernantesque comas tristis abegit hiems:
Nunc vmbra nudata sua iam tempora mœrent,
Areaque attritis ridet adusta pilis.
O fallax natura Deûm: quæ prima dedisti
Aetati nostræ gaudia, prima rapis.

IN EXVLES, ET MISEROS.

TITVLVS V.

AD CORDVBAM.

Corduba solue comas, & tristes indue vultus.
Inlacrymans cineri munera mitte meo.
Nunc longinqua tuum deplora, Corduba, patrem.
Corduba, non alio tempore mœsta magis.
Tempore non alio quo versis viribus orbis.
Incubuit belli tota ruina tibi.
Cum geminis oppressa malis vtrinque peribas.
Et tibi Pompeius, Cæsar & hostis erat.

Tempore non alio, quo ter tibi funera centum
Heu nox vna dedit, quæ tibi summa fuit.
Non, Lusitanus quateret cum mœnia latro,
Figeret & portas lancea torta tuas.
Ille tuus quondam magnus, tua gloria, ciuis
Infigar scopulo. Corduba solue comas.
Et gratare tibi, quod te Natura supremo
Alluit Oceano. tardius ista dolet.

AD CORSICAM.

Corsica Phocaio tellus habitata colono:
Corsica, qua Graio nomine Cyrnus eras.
Corsica Sardinia breuior, porrectior Ilua.
Corsica piscosis peruia fluminibus.
Corsica terribilis, cum primum incanduit æstus.
Sæuior, ostendit cum ferus ora Canis.
Parce relegatis. hoc est, iam parce sepultis.
Viuorum cineri sit tua terra leuis.

ITEM.

Barbara præruptis inclusa est Corsica saxis:
Horrida, desertis vndique vasta locis.
Non poma Autumnus, segetes non educat Æstas:
Canaque Palladio munere, Bruma caret:
Vmbrarum nullo Ver est lætabile fœtu.
Nullaque in infausto nascitur herba solo.
Non panis, non haustus aquæ, non vltimus ignis.
Hic sola hæc duo sunt, exul, & exilium.

EIVSDEM EXVLIS QVERELA.

Occisi iugulum quisquis scrutaris amici,
Tu miserum necdum me satis esse putas.
Desere confossum. victori vulnus iniquo
Mortiferum impressit mortua sæpe manus.

EIVSDEM AD AMICVM.

Crispe, meæ vires, lassarumque anchora rerum.
Crispe vel antiquo conspiciende foro:
Crispe potens nunquam, nisi cum prodesse volebas:
Naufragio litus, tutaque terra meo:
Solus honor nobis: arx & tutissima nobis:
Et nunc afflicto sola quies animo:
Crispe fides dulcis, placidique acerrima virtus:
Cuius Cecropio pectora melle madent:
Maxima facundo vel auo, vel gloria patri:
Quo solo careat siquis, in exilio est.
An tu cui iaceo saxis telluris adhærens
Mens tecum est, vulla quæ cohibetur humo?

EIVSDEM QVERELA.

Quisquis es, (& nomen dicam? dolor omnia cogit)
Qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis:
Et non contentus tantis, subitisque ruinis
Stringis in extinctum tela cruenta caput:
Crede mihi, vires aliquas Natura sepulcris
Attribuit. tumulos vindicat vmbra suos.
Ipsos crede Deos hoc nunc tibi dicere, Liuor,
Hoc tibi nunc manes dicere crede meos.
Res est atra, miser. noli, mea, tangere fata.
Sacrilega bustis abstinuere manus.

EIVSDEM QVERELA IN EVNDEM.

Carmina mortifero tua sunt suffusa veneno,
Et sunt criminibus pectora nigra magis:
Nemo tuos fugiat, nan vir, non fœmina dentes.
Haud puer, haud ætas vndique tuta fevis.
Vtque Furens totas immittit saxa per vrbes
In populum: sic tu verba maligna iacis.

Sed ſolet inſanos populus compeſcere ſanus:
Et repetunt motum ſaxa remiſſa caput.
In te nunc ſtringit nullus non carmina vates,
Inque tuam rabiem publica Muſa furit.
Dum ſua compoſitus nondum bene concutit arma
Miles, & è noſtra lancea torta manu:
Bellus homo, & valide capitalia crimina ludis:
Deque tuis manant atra venena iocis.
Sed tu perque iocum dicis, vinumque quid ad rem,
Si plorem, riſus ſi tuus iſta facit?
Quare tolle iocos. non eſt iocus, eſſe malignum.
Nunquam ſunt grati, qui nocuere, ſales.

C. PETRONII.

Nomen amicitiæ, ſi quatenus expedit, haret,
Calculus in tabula mobile ducit opus.
Quum fortuna manet, vultum ſeruatis amici:
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.
Grex agit in ſcena mimum, pater ille vocatur:
Filius hic. nomen diuitis ille tenet.
Mox vbi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

LASCIVA, ET AMATORIA.

TITVLVS VI.

Iam libet ad luſus, laſciuaque furta reuerti.
Ludere, Muſa, iuuat. Muſa ſeuera vale.
Nunc mihi narretur tumidis Arethuſa capillis,
Nunc adſtricta comas, nunc reſoluta comas:
Et modo nocturno pulſans mea limina ſigno,
Intrepidos tenebris ponere docta pedes.
Nunc collo molles circum diffuſa lacertos,
Et flectat niueum ſemiſupina latus.

Inque

Inque modos omnes dulces imitata tabellas
Transeat, & lecto pendeat illa meo.
Nec pudeat quicquam. sed me quoque nequior ipso
Exultet toto non requieta toro.
Non deerit, Priamum qui defleat, Hectora narret.
Ludere, Musa, iuuat. Musa seuera vale.

ITEM EXCVSATIO SEVERIORIS MATERIAE.

Esse tibi videor demens, quod crimina nolim
Scribere, patricio digna supercilio:
Quod Telamoniaden non æquo iudice victum
Præteream, & pugnas, Penthesilea, tuas.
Quod non aut magni scribam primordia mundi,
Aut Pelopis currus, aut Diomedis equos.
Aut vt Achilleis infelix Troia lacertis
Quassata Hectoreo vulnere conciderit.
Vos mare tentetis. vos detis lintea ventis.
Me vehat in tutos parua carina lacus.

ITEM.

Insanus vobis videor, nec deprecor ipse,
Quominus hoc videar. Cur tamen hoc videor,
Dicite nunc: Quod semper amas, quod semper amasti:
Hic furor? hic, superi, sit mihi perpetuum.

DE EA QVAM AMAT.

Quædam me, si credis, amat. sed dissilit, ardet,
Non sic, non leuiter: sed perit, & moritur.
Dum fugiet gratis quædam simul, atque rogabit,
Ostendam, quam non semper amatus amem.

AD GALLAM.

Iratum tibi me cogis promittere, Galla.
Ne narrem, iura rursus, & ipsa mihi.

Ne cui tu dicas (nimium est lex dura) remittam,
Præterquam, si vis dicere, Galla, viro.

DE DISSIDIO.

Nescio quo stimulante malo pia fœdera rupi.
Non capiunt vires crimina tanta meæ.
Institit, & stimulis ardentibus impulit actu,
Siue fuit Fatum, seu fuit ille Deus.
Arguimus quid vana Deos? vis, Delia, verum?
Qui tibi me dederat, idem & ademit Amor.

DE TINNITV AVRIS.

Garrula quid totis resonas mihi noctibus, Auris?
Nescio quem dicis nunc meminisse mei.
Hic quis sit, quæris? resonant tibi noctibus aures,
Et resonant totis. Delia te loquitur.
Non dubie loquitur mea Delia. mollior aura
Venit, & exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter secreta silentia noctis
Submissa, ac tenui rumpere voce solet:
Non aliter teneris collum complexa lacertis
Auribus admotis condita verba dare.

ITEM.

Agnoui. vera venit mihi vocis imago.
Blandior arguta tinnit in aure sonus.

* * *

Ne cessate precor longos gestare susurros.
*Dum loquor, hæc iam vos obticuisse * si cu ras.*

LVSVS AMATORIVS.

Sic me custodi Cosconia: neue ligata
Vincula sint nimium, neue soluta nimis.
Effugiam laxata nimis: nimis aspera rumpam.
Sed neutrum faciam, commoda si fueris.

IN MVN-

IN MVNDITIAS.

Semper munditias semper, Basilissa, decores,
Semper compositas arte decente comas,
Et comptos semper cultus, vnguentaque semper,
Omnia solicita compta videre manu?
Non amo neglectim. mihi se quæ comit amica,
Sed & ornate simplicitate valet.
Vincula nec curès capitis discussa soluti:
Et coram faciem mel habet illa suum.
Fingere se semper, non est considera amori.
Quid, quod sæpe decor, cum prohibetur, adest?

IN RECVSANTEM.

Ante dies multos nisi te, Basilissa, rogaui:
Et nisi præmonui, te dare posse negas.
Vt subito creuere, solent ex tempore multæ,
Quam scriptæ, meliuscedere deliciæ.

IDEM.

Cur differs, mea lux, rogata semper?
Cur longam petis aduocationem?
Primum hoc artificis scelus puellæ est.
Deinde est difficile, & laboriosum
In tentigine tam diu morari.
Nil est præterea puella, nil est.
*Deprensa mel * * **

C. PETRONII.

Non est forma satis, nec, quæ vult bella videri,
Debet vulgari more placere sibi.
Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus
Vincunt naturæ candidioris opus.
Condit enim formam, quicquid consumitur artis.
Et, nisi velle subest, gratia tota perit.

DE

DE AMORE FOEMINARVM.

Crede ratem ventis, animum nec crede puellis.
Nanque eſt fœminea tutior vnda fide.
Fœmina nulla bona eſt: & ſi bona contigit vna,
Neſcio quo fato res mala, facta bona.

QVOMODO POTIVNDVM.

C. PETRONII ARBITRI.

Nolo, quod cupio, ſtatim tenere.
Nec victoria mi placet parata.

DE PVERI AMORE.

Quid ſæuis Sybari? domiti modo terga iuuenci
Quid premis, & tenerum currere cogis equum?
Dum ſtupet, ac nouus eſt, & adhuc non nouit amorem,
Parce: premendus erit, cum veteranus erit.

DE PVERO AMATO.

O ſacros vultus Bacchо, vel Apolline dignos:
Quos vir, quos tutò fœmina nulla videt.
O digitos quales pueri, vel virginis eſſe,
Vel potius credas virginis eſſe Deæ.
Felix, ſiqua tuum corrodit fœmina collum.
Felix, quæ labris liuida labra facit.
Quæque puella tuo cum pectore pectora ponit:
Et linguam tenero laſſat in ore ſuam.

PORCI LICINI.

Cuſtodes ouium, teneraque propaginis agnum,
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo eſt.
Si digito attigero, incendam ſiluam ſimul omnem.
Omne pecus, flamma eſt, omnia, quæ video.

C. PETRONII ARBITRI.

Qualis nox fuit illa, Dii Deæque,
Quam mollis torus: hæſimus calentes,

Et tranſ-

Et transfudimus hinc, & hinc labellis
Errantes animas. valete curæ
Mortales. ego sic perire cœpi.

Q. CATVLI.

Constiteram exorientem Auroram forte salutans:
Quom subito a læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, Cælestes, dicere vostra:
Mortalis visus pulchrior esse Deo.

L. APVLEI.

Et Critias mea delitia, & Sol alme Charine,
Par in amore meo, vita tibi remanet.
Ne metuas, ne me ignis, & ignis torreat, vt volt.
Hasce duas flammas, dum potiar, patiar.
Hoc modo sim vobis, vnus sibi quisque quod ipse est.
Hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

Q. CATVLI.

Aufugit mi animus: credo, vt solet, ad Theotimum
Deuenit. sic est: perfugium illud habet.
Quid si non interdixem, ne illum fugitiuum
Mitteret ad se intro: sed magis eiiceret?
Ibimus quæsitum. verum, ne ipsi teneamur,
Formido. quid ago? Da Venus consilium.

GALIENI IMP.

Ite agite, o pueri: pariter sudate medullis
Omnibus inter vos. non murmura vestra columbæ,
Brachia non ederæ, non vincant oscula conchæ.

VALERII ÆDITVI.

Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te quæram, verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
Si taceo subidus, duplo iterum pereo.

C. PETRONI ARBITRI.

Quid factum est, quod tu proiectis, Iuppiter, armis
Inter cælicolas fabula muta taces?
Nunc erat à torua submittere cornua fronte.
Nunc pluma crines dissimulare tuos.
Hæc vera est Danae. tenta modo tangere corpus.
Iam tua flammifero membra calore fluent.

INCERTI AVCTORIS.

EX PLATONE.

Dum semihulco basio
Meum puellum sauior:
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite:
Anima tunc ægra, & saucia
Cucurrit ad labias mihi:
Orisque rictum peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri transitus,
Vt transiliret, nititur.
Tum si moræ quid plusculæ
Fuisset in coitu osculi:
Amoris igni percita
Transisset, & me linqueret.
Et mira prorsum res foret,
Vt ad me fierem mortuus:
Ad puerum vt intus viuerem.

VALERII ÆDITVI.

Quid faculam præfers Phileros, qua nil opu' nobis?
Ibimus. heic lucet pectore flama satis.
Illam non potis est vis sæua extinguere venti,
Aut imber cælo candidu' præcipitans.

At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
Nulla est, quæ possit vis alia opprimere.

C. PLINII CAECILII.

Quum libros Galli legerem, quibus ille parenti
De Cicerone dare est ausus palmamque, decusque:
Lasciuum inueni lusum Ciceronis & illo
Spectandum genio, quo seria condidit, & quo
Humanis salibus multo, varioque lepore
Magnorum ostendit mentes gaudere virorum.
Nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem
Paucula cœnato sibi debita sauia Tiro
Tempore nocturno subtraxerit. His ego lectis
Quur posthac, inquam, nostros celamus amores?
Nullumque in medium timidi damus? atque fatemur
Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces
Blanditias, & furta nouas addentia flamas?

C. CAESARIS OCTAVIANI AVGVSTI.

Quod futuit Glaphyren Antonius, hanc mihi pœnam
Fuluia constituit, se quoque vti futuam.
Fuluiam ego vt futuam? quid, si se Manius oret
Pædicem: faciam? non puto, si sapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait. Quid, si mihi vita
Carior est ipsa mentula? signa canant.

EXCVSATIO LASCIVIORIS MATERIÆ.

C. PETRONII ARBITRI.

Quid me spectatis constricta fronte Catones?
Damnatisque nouæ simplicitatis opus?
Sermonis puri non tristis gratia videt.
Quodque facit populus, candida lingua refert.
Nam quis concubitus: Veneris quis gaudia nescit?
Quis petit in tepido membra calere toro?

Ipse pater vera doctus Epicurus in arte
Iussit, & hanc vitam dixit habere Deos.

IN ILLVSTRIVM VIRORVM GESTA, AC MONVMENTA.

TITVLVS VII.

IN XERXEN.

Perses magnus adest. totus comitatur euntem
Orbis. quid dubitas, Græcia, ferre iugum?
Mundus iussa facit. Solem texere sagittæ.
Calcatur Pontus. fluctuat altus Athos.

ITEM.

Hic, quem cernis, Athos, immissis sparsius vndis,
Flexibus obliquis circumeundus erat.
Accepit magno deductum Nerea fluctu:
Perque latus misit maxima bella suum.
Sub tanto subitæ soluerunt pondere classes.
Cæruleus cana sub niue Pontus erat.
Idem commisit longo duo litora ponte
Perses: & fecit per mare miles iter.
Quale fuit regnum, mundo noua ponere iura?
Hoc terræ fiat: hac mare, dixit, eat.

LAVS CLAVDII CÆSARIS OB CAPTAM, ET SVBACTAM BRITANNIAM.

Ausoniis nunquam Tellus violata triumphis
Icta tuo, Cæsar, fulmine procubuit.
Oceanusque tuas vltra se respicit aras:
Qui finis mundo est, non erat imperio.

Victa

* * *

Victa prius nullo iamiam spectata triumpho
Illibata tuos gens iacet in titulos.

* * *

Fabula visa diu, medioque recondita Ponto
Libera victori quam merito colla dedit.

* *

Eufrates Ortus, Renus recluserat Arctos.
Oceanus medium venit in imperium.

* *

Libera non hostem, non passa Britannia Regem
Æternum nostro qua procul orbe iacet,
Felix aduersis, & sorte oppressa secunda
Communis nobis, & tibi, Cæsar, erit.

* *

Vltima cingebat Tibris tua, Romule, regna.
Hic tibi finis erat, religiose Numa.
Et tua, Diue, tuum sacrata potentia cælo
Extremum citra constitit Oceanum.
At nunc Oceanus geminos interluit orbes.
Pars est imperij, terminus ante fuit.

* *

Mars pater, & nostræ gentis tutela, Quirine,
Et magno positus Cæsar vterque polo:
Cernitis ignotos Latia sub lege Britannos.
Sol citra nostrum flectitur imperium.

* *

Vltima cesserunt adoperto claustra Profundo,
Et iam Romano cingitur Oceano.
Opponis frustra rapidum Germania Renum:
Eufrates prodest nil tibi, Parthe fugax.
Oceanus iam terga dedit: nec peruius vlli
Cæsareos fasces, imperiumque tulit.

* *

Illa procul nostro semota, exclusaque cælo
Alluitur nostra victa Britannis aqua.

* *

Semoto, & vasto disiuncta Britannia Ponto,
Cinctaque inaccessis horrida litoribus:
Quam pater inuictis Nereus vallauerat vndis:
Quam fallax æstu circuit Oceanus:
Brumalem sortita polum: qua frigida semper
Præfulget stellis Arctos inoccidüis,
Conspectu deuicta tuo Germania, Cæsar,
Subdidit insueto colla premenda iugo.
Aspice, consundit populos imperuia Tellus.
Coniunctum est, quod adhuc orbis, & orbis erat.

LAVREÆ TVLLII.

Quod tua, Romanæ vindex clarissime linguæ,
Silua loco melius surgere iussa viret:
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub meliore Vetus:
Hic etiam apparent limfæ non ante repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

P. VIRGILII MARONIS.

Nocte pluit tota: redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

M. VALERII MARTIALIS.

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus,

Esset

Esset & aequalis Mars vtriusque diu:
Missio sæpe viris magno clamore petita est.
Sed Cæsar legi paruit ipse suæ.
Lex erat, ad digitum positam concurrere palmam.
Quod licuit, lances, donaque sæpe dedit.
Inuentus tamen est finis discriminis æqui.
Pugnauere pares: succubuere pares.
Misit vtriusque rudes, & palmas Cæsar vtrique.
Hoc precium virtus ingeniosa tulit.
Contigit hoc nullo, nisi te, sub principe, Cæsar:
Cum duo pugnarent, victor vterque fuit.

EIVSDEM.

Concita veloces fugeret cum dama Molossos,
Et varia lyncas necteret arte mora:
Cæsaris ante pedes supplex, similisque roganti
Constitit: & prædam non tetigere canes.

* * *

Hæc intellecto principe dona tulit.
Numen habet Cæsar. sacra est vis, sacra potestas.
Creditek mentiri non didicere feræ.

EIVSDEM.

* * *

Da veniam subitis. non displicuisse meretur,
Festinat Cæsar qui placuisse tibi.
Cedere maiori, virtutis fama secunda est:
Illa grauis palma est, quam minor hosti habet.

DE AMICIS.

TITVLVS VIII.

SERRANVM, Vegetumque simul, iunctumque duobus
Herogenem caros aspice Geryonas.

Esse putes fratres, tanta pietate fruuntur.
Imo neges. sic est in tribus vnus amor.
Triga mihi paucos inter dilecta sodales:
Triga sodalitij pars bene magna mei.

ITEM.

Ablatus mihi Crispus est, amici.
Pro quo si precium dari liceret,
Nostros diuiderem libenter annos.
Nunc pars optima me mei reliquit.
Crispus præsidium meum, voluptas,
Pectus, deliciæ. nihil sine illo
Latum mens mea iam putauit esse.
Consumptus male, debilisque viuam.
Plusquam dimidium mei recessit.

ITEM.

Sic mihi sit frater maiorque, minorque superstes:
Et de me doleat nil, nisi morte mea.
Sic illos vincam: sic vincar rursus amando:
Mutuus inter nos sic bene certet amor.
Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit,
Facundo patruos prouocet ore duos.

C. MÆCENATIS CILNII
EQVITIS ROM.

Ni te visceribus meis, Horati,
Iam plus diligo: tu tuum sodalem
Nimio videas strigosiorem.

MVNVS-

MVNVSCVLA AVT XENIA.

TITVLVS IX.

C. ÆLII CINNÆ.

Hæc tibi Aratæis multum vigilata lucernis
Carmina, quis ignes nouimus aerios,
Leuis in aridulo maluæ descripta libello
Prusiaca vexi munera nauicula.

M. TERENTII VARRONIS.

Cape hanc caducam Liberi mollem dapem
De fronde Bromia autumnitatis vuidam:
Quam linfa melius e lacuna fontium
Allata, nido potili permiſceat.

L. APVLEII.

Florea ſerta, meum mel, & hæc tibi carmina dono.
Carmina dono tibi: ſerta tuo Genio.
Carmina, vti Critiæ lux hæc optata canatur,
Quæ bis ſepteno vere tibi remeat.
Serta autem, vt læto tibi tempore tempora vernent.
Ætatis florem floribus vt decores.
Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver,
Vt noſtra exuperes munera muneribus.
Pro implexis ſertis, complexum corpore tendo,
Proque roſis, oris ſauia purpurei.
Quod ſi animum inſpires, dona iam carmina noſtra
Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

M. TERENTII VARRONIS.

Lepuſculi timentis hoc quadrangulum
Dedit Diana rete nexile, arcyas,
Viſcum fugelæ, lineamque compedam.

L. APVLEII.

Calpurniane, ſalue properis verſibus.

Missi, vt petisti, tibi munditias dentium.
Nitelas oris ex Arabicis frugibus.
Tenuem, candificum, nobilem pulusculum,
Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ reliquiæ,
Ne qua visatur tetra labes sordium,
Restrictis forte si labellis riseris.

POSTVLATIO MVNERIS.

Sic tibi florentes aquæuo germine nati
Indolis æternæ sidere, celsa petant:
Sic priscos vincant atauos, claroque parentes
Exuperent meritis, sæclaque longa gerant:
Sic sobolis numerum transcendat turba nepotum.
Nobilibusque riges gaudia tanta toris:
Ne sterilem præstes indigno munere musam.
Vtque soles, largus carmina nostra foue:
Imperiis vt nostra tuis seruire Thaliæ
Possit, & in melius personet icta chelys.

IN LVXVRIAM.

TITVL. X.

C. PETRONII ARBITRI.

Non satis est, quod nos mergis furiosa iuuentus?
Transuersosque rapit fama sepulta probris?
Anne etiam famulis cognata fœce sepulti
In testa mersis luxuriantur opes?
Vilis seruus habet regni bona, cellaque capti
Deridet sestam, Romuleamque casam.
Iccirco virtus medio iacet obruta cæno,
Nequitiæ classes candida vela ferunt.

EIVSDEM.

Ales Phasiacis petita Colchis,

Et pictis Atagen opaca pennis,
Atque Afræ volucres placent palato,
Quod non sunt faciles. at albus anser
Plebeium sapit: vltimis ab oris
Attractus Scarus est. & Afra Syrtis
Quicquid naufragio dedit, probamus.
Mullus iam grauis est. amica vincit.
Vxorem. rosa cinnamum veretur.
Quicquid quæritur, optimum videtur.

Q. ENNI HEDYPATHETICORVM FRAGMENTVM.

Omnibus at Clupea præstat mustela marina.
Mures sunt Æui, ast aspra ostrea plurima Abydi,
Mitylus, & pecten, charadrusque apud Ambraciæ amnes,
Brunduſii surgus bonus est, hunc, magnus erit si,
Sume. apriclum piscem scito primum esse Tarenti.
Surrenti lopadas. glaucum Cumas apud. at quid
Scarum præterij cerebrum Iouis pene supremi?
Nestoris ad patriam hic capitur magnusque, bonusque:
Melanurum, turdum, merulumque, vimbramq. marinam?
Polypus Corcyræ, caluaria pinguis Atarnæ.
Purpura, muricili, mures, dulces quoque echini.

PVBLII SYRI MIMI.

Luxuriæ victu Martis marcent mœnia.
Tuo palato lautus pauo nascitur.
Plumato amictus aureo Babylonico.
Gallina tibi Numidica: tibi Gallus spado.
Ciconia etiam peregrina, Græca hospita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria
Auis exul hiemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.
Quo margaritæ cara tibi, baca Indica?

An vt matrona ornata phaleris pelagis,
Tollat pedes indomita in strato extraneo?
Smaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum?
Quo Carchedonios optas ignes lapideos,
Nisi vt scintillent? probitas est carbunculus?
Æquum est induere nuptam ventum textilem?
Palam prostare nudam in nebula linea?

SCOMMATICA, FAMOSA, LVDICRA, RIDICVLARIA.

TITVLVS XI.

L. POMPONII.

RIDICVLVST, *quom te Cascam tua dicit amica*
Fili potoni sesquisenex puerom.
Dic tu illam pusam. sic fiet, Mutua muli.
Nam es vere pusus tu, tua amica senex.

L. MANILII.

Cascom Cascam duxisse, non mirabile est.
Quoniam Charon eas faciebat nuptias.

DE DIVITE FORMOSA, GENEROSA, IMPVDICA.

Formosa es, fateor. dives, generosa, vetusta.
Confitear, si vis omnia. redde vicem.
Nempe parum casta es. nempe es deprensa. negabis?
Res venit ad lites. rursus & illa nega.
Dic potius, sed nempe semel, sed nempe puella.
Et cum deprensa quis, nisi frater, erat?
Frater erat? nihil est: fecit quod Iuppiter. illud
Sed, quod non fecit Iuppiter, hoc facitis.

DE MAGISTRI LVDI NEGLIGENTIA.

Indoctus teneram suscepit Catulo plebem,
Quam cogat primas discere literulas.

Sed

Sed cum discipulos nullo terrore coercet,
Et ferulis culpas tollere cessat iners:
Proiectus puvri tabulis Floralia ludunt.
Iam nomen ludi rite magister habes.

DE ASINO, QVI ÆNEIDEM DENTIBVS DISCERPSIT.

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus.
Hoc fatum Troiæ est, aut equus, aut asinus.

IN C. CÆSAREM.

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce nunc Cæsar triumfat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumfat, qui subegit Cæsarem.

IN SARMENTVM SCVRRAM.

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.
Digna dignis. Sic Sarmentus habeat crassas compedes.
Rustici, ne nihil agatis, aliquis Sarmentum alliget.

IN VENTIDIVM BASSVM.

Concurrite omnes augures, aruspices:
Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam, mulos qui ferebat, Consul factus est.

SVBSCRIPTVM STATVÆ C. CÆSARIS.

Brutus, quia Reges ejecit, Consul primo factus est:
Hic, quia Consules ejecit, Rex postremo factus est.

IN EIVSDEM ADVLTERIA.

Vrbani seruate vxores: mœchum calvum adducimus:
Auro in Gallia stuprum emisti: hic sumpsisti mutuum.

IN M. BIBVLVM COS.

Conside non Bibulo quicquam, sed Cæsare factum est.
Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

C. LICINII CALVI IN CN. POMPEIVM.

Fasciola qui crura ligat, digito caput vno
Scalpit, quid credas hunc sibi velle? virum.

IN C. CÆSAREM OCTAVIANVM AVGVSTVM.

Cum primum istorum conduxit mensa choragum:
Sexque Deos vidit Manlia, sexque Deas:
Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ridet:
Dum noua Diuorum cœnat adulteria:
Omnia se a terris tunc numina declinarunt:
Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

IN EVNDEM.

Postquam bis classe victus naues perdidit:
Aliquando vt vincat, ludit assidue aleam.

IN SEMPRONIVM RVFVM.

Ciconiarum Rufus iste conditor,
Ipse est duobus elegantior Plancis.
Suffragiorum puncta non tulit septem.
Ciconiarum populus vltus est mortem.

IN C. CÆSAREM.

Gallos Cæsar in triumphum duxit. iidem in curiam
Galli bracas deposuerunt: latum clauum sumpserunt.

IN CANINIVM REVILIVM.

M. CICERONIS.

Vigilantem habemus Consulem Caninium.
In Consulatu somnum non vidit suo.

IN TIBERIVM CÆSAREM.

Aspice felicem sibi, non tibi Romule, Sullam.
Et Marium, si vis, aspice, sed reducem.
Necnon Antonij ciuilia bella mouentis,
Nec semel infectas aspice cade manus.
Et dic, Roma periit. regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis venit ab exilio.

IN EVNDEM.

Non es eques. quare? non sunt tibi millia centum.
Omnia si quaras, & Rhodos exilium est.

IN EVNDEM.

Asper, & immitis: breuiter vis omnia dicam?
Dispeream, si te mater amare potest.

IN CL. NERONEM IMP.

Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

IN EVNDEM.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus:
Noster erit παιὰν, ille ἑκατηβελέτης.

IN CL. TIBERIVM CÆSAREM.

Fastidit vinum, quia tam sitit iste cruorem.
Tam bibit hunc auide, quam bibit ante merum.

IN EVNDEM.

Aurea mutasti Saturni sæcula, Cæsar.
Incolumi nam te ferrea semper erunt.

IN CONSTANTINVM IMP.

ABLASII COS.

Saturni aurea sæcla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, sed Neroniana.

IN DOMVM NERONIS.

Roma domus fiet. Veios migrate Quirites:
Si non & Veios occupat ista domus.

ASINII GALLI.

Qui caput ad læuam deicit, glossemata vobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.

IN OTHONEM IMP.

Cur Otho mentito sit, quæritis, exul honore?
Vxoris mœchus cœperat esse suæ.

IVLII FLORI.

Ego nolo Cæsar esse:
Ambulare per Britannos:
Scythicas pati pruinas.

ADR. IMP. RESPONDET.

Ego nolo Florus esse:
Ambulare per tabernas:
Latitare per popinas:
Culices pati rotundos.

ELOGIA ILLVSTRIVM VIRORVM.

SVBSCRIPTVM IMAGINI HOMERI.

TITVLVS XII.

M. TERENTIVS VARRO.

CAPELLA Homeri candida hoc tumulum indicat:
Quod illi Ietæ mortuo faciunt sacra.

SVBSCRIPTVM IMAGINI DEMETRII PHALEREI.

M. TEREN. VARRO.

Hic Demetrius aneas tot aptè stat,
Quot luces habet annus absolutus.

PVBLII SCIPIONIS.

*Desine Roma tuos poscere **
Nanque tibi monumenta mei peperere labores.

C. CÆS. OCTAV. AVG.

Iuppiter in cælis: Cæsar regit omnia terris.

VAL. CATONIS GRAMMATICI, ET POETÆ.

FVRIVS BIBACVLVS.

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui solos legit, ac facit poëtas.

CALIGVLÆ CÆS.

In castris natus, patriis nutritus in armis
Iam designati principis amen erat:

P. TERENTII COMICI.

C. IVL. CÆS. DICTATOR.

Tu quoque tu in summis, o dimidiate Menander
Poneris,

Poneris, & merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque vtinam verbis coniuncta foret vis
Comica, vt æquato virtus polleret honore
Cum Græcis: neque in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deesse, Terenti.

EIVSDEM.

M. TVLL. CICERO.

Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conuersum, expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens, atque omnia dulcia promens.

* * *

C. CRISPI SALLVSTII.

Et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe, Iugurthinæ conditor historiæ.

C. SILO POETA.

Ite agite, o Danai, magnum Paeana canentes.
Ite triumfantes. belli mora concidit Hector.

DE VINO.

TITVLVS XIII.

M. TERENTII VARRONIS.

Vino nihil quidquam iucundius cluit.
Hoc ægritudinem ad medendum inuenerunt.
Hoc hilaritatis dulce seminarium.
Hoc continet coagulum conuiuia.

DE VINO ET LÆTITIA.

Sic tua sit, quancunque tuam vis esse puellam.
Sic, quancunque voles, mutuus ignis edat:
Sic nunquam dulci careant tua pectora flamma:
Et sic læsuro semper amore vacent:

Vince

Vince mero curas, & quicquid forte remordet,
Comprime: deque animo nubila pelle tuo.
Nox, curam si prendit, alit. male creditur illi
Cura, nisi a multo marcida facta mero.

DE DIIS.

TITVLVS XIIII.

SVBSCRIPTVM STATVÆ CVPIDINIS.

SOL calet igne meo: flagrat Neptunus in vndis.
Pensa dedi Alcidæ: Bacchum seruire coegi.

ENNII, XII. DII SELECTI.

Iuno, Vesta, Ceres, Deiana, Minerua, Venus: Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Volcanus, Apollo.

SANCO SEMIPATRI.

De decuma victor tibi Lucius Mummius donum
Moribus antiqueis hoc pro vsura dare sese
Visum animo so. perfecit sa pace rogans te,
Cogendo dissoluendei vt felicia faxis.
Perficias, decumam vt faciat vera rationis.
Propter hoc, atque alieis doneis des cuncta roganti.

IVNONI ARDEATINÆ.

Digne digniloqueis pictureis condecorauit
Reginæ Iunonis supremæ coniugis templum
Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus.
Quem nunc & post semper ob artem hanc Ardea laudat.

FORTVNÆ PRÆNESTINÆ.

Tu quæ Tarpeio coleris vicina Tonanti,
Votorum vindex semper Fortuna meorum:
Accipe, quæ pietas ponit tibi dona merenti.
Effigiem nostri conserua Diua parentis.
Cuius ne taceat memorandum litera nomen,

CÆSIVS

Cæsivs hic, idemque TITVS, PRIMVSQVE vocatur
Qui largæ Cereris messes, fructusque renatos
Digerit in precium: cui constat fama, fidesque.
Et cui diuitias nectit pudor. ire per altos
Consuetus portus. cura, studioque laboris
Litora qui præstat fessis tutissima nautis.
Notus in vrbe sacra, notus quoque finibus illis,
Quos Vmber sulcare solet, quos Tuscus arator.
Omnibus hic annis votorum more suorum
Centenas adicit numero crescente coronas,
Fortunæ simulacra colens, & Apollinis aras,
Arcanumque VII. quorum consentit in illo
Maiestas, longæ promittens tempora vitæ.
Accipe Posteritas, quod per tua sæcula narres.
TAVRINVS cari iussus pietate parentis
Hoc posuit donum, quod nec sententia Mortis
Vincere, nec poterit Fatorum summa potestas:
Sed populi saluo semper rumore manebit.

A. SEPTIMII SERENI FALISCI.

IANO.

Iane pater, Iane tuens, Diue biceps, biformis.
O cate rerum sator, o principium Deorum.
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reserata mugiunt aurea claustra Mundi:
Tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello.

* * *

TVTANVS DEVS. VARRONIS.

Noctu Annibalis cum fugaui exercitum,
Tutanus hoc, Tutanu' Romæ nuncupor.
Hac propter omnes, qui laborant, inuocant.

CYBELÆ MATRI. C. MÆCENATIS.

Ades huc, ades Cybele, Dea montigena Dea.

Age

Age tympano sonanti quate flexibile caput.
Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

* * * *

EIDEM M. TER. VARRONIS.

* * *

Tibi tympana haud inani sonitu, Dea, tonimus.
Sonitum æris intonamus tibi nos semiuiri.
Teretem comam volantem Galli tibi iacimus.

* * *

EIVSDEM.

Te Anna, & Peranna, Panda, χ Λατῶ, Pales,
Nerienes, & Minerua, Fortuna, ac Ceres.

NEPTVNO.

Te Neptune pater, cui flumina cana sonanti
Cincta salo resonant: magnus cui præpete nimbo
Perfluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

* * *

PETRONII ARBITRI.

Nympharum, Bacchique comes, quem pulchra Dione
Diuitibus siluis numen dedit: inclita paret
Cui Lesbos, viridisque Thasos: quem Lydus adorat
Septifluus, templumque tuis imponit Hypæpis.
Huc ades o Bacchi tutor, Dryadumque voluptas:
Et timidas admitte preces. non sanguine tristi
Perfusus venio: non templis impius hostis
Admoui dextram: sed inops, & rebus egenis
Attritus, facinus non toto corpore feci.
Quisquis peccat inops, minor est reus. hac prece quæso
Exonera mentem, culpaque ignosce minori.
Et quandoque mihi Fortune arriserit hora,
Non sine honore tuum patiar decus. ibit ad aras

Corniger,

Corniger, & querulæ fetus suis hostia lactens.
Spumabit pateris hornus liquor. & ter ouantem
Circa delubrum gressum ferct ebria pubes.

POETICA, ET DE POETIS.

TITVLVS XV.

M. TER. VARRONIS.

VOS, in theatro qui voluptatem auribus,
Huc aucupatum concurristis domo,
Adeste, adeste, quæ feramque, gnoscite,
Domum vt feratis e theatro literas.

INCERTI AVCTORIS.

Pœnico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

C. LABERII MIMI.

Necessitas, quoius cursus transuersi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detrusit pene extremis sensibus?
Quem nulla ambitio, nulla vnquam largitio,
Nullus timor, vis nulla, nulla auctoritas
Mouere potuit in iuuenta de statu:
Ecce in senecta vt facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Summissa placide blandiloquens oratio.
Etenim ipsi Dij negare cui nil potuerunt,
Hominem me denegare quis posset pati?
Ego bis tricenis annis actus sine nota,
Eques Romanus ex Lare egressus meo,
Domum reuortar Mimus. Nimirum hoc die
Vno plus vixi, mihi quam viuendum fuit.
Fortuna immoderata in bono æque, as in malo,
Si tibi erat libitum literarum laudibus

Floris cacumen nostræ famæ frangere:
Quur, quum vigebam membris præviridantibus,
Satisfacere populo, ac tali cum poteram viro,
Non flexibilem me concuruasti, vt carperes?
Nunc me quo deiicis? quid ad scenam adfero?
Decorem formæ, an dignitatem corporis?
Animi virtutem, an vocis iucundæ sonum?
Vt edera serpens vires arboreas necat:
Ita me vetustas amplexu annorum enecat.
Sepulcris similis, nil, nisi nomen, retineo.

Q. ENNII.

Enni poëta salue, qui mortalibus
Versus propinas flameos medullitus.

INCERTI AVCTORIS.

Adesto Iambe præpes, & tui tenax
Tenoris, adde concitum celer pedem.
Nec alterius indigens opis veni.
Sed ipse verus, integerque, gestiens:
Adulta felle qualis ante carmina
Dabas amarus, vltor impetus tui.

M. TERENTII VARRONIS.

Sed o Petrulle, ne meum taxis librum,
Si te pepigit huic modi scenatilis.
Sin displicebit tam tibi latum mare,
Tantum parato spongiam deletilem.

VOLCATIVS SEDIGITVS
DE POETIS COMICIS.

Multos incerto certare hanc rem vidimus,
Palmam poëtæ Comico quoi deferant.
Eum meo iudicio errorem dissoluam tibi.
Vt, contra si quis sentiat, nil sentiat.
Cæcilio palmam Statio do Comico.

Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Dein Nævius, qui seruet, precio in tertio est.
At siquid quarto detur, dabitur Licinio:
Atilium post Licinium facio insequi.
In sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco esse facile facio Lucium.
Antiquitatis causſa decimum addo Ennium.

IN COMMENTARIVM L. CRASSITII GRAMMATICI IN SMYRNAM.

C. HELVII CINNÆ.

Vni Crassitio se credere Smyrna probauit.
Desinite indocti coniugio hanc petere.
Soli Crassitio se dixit nubere velle,
Intima cui soli nota sua extiterint.

SENTII AVGVRINI.

Canto carmina versibus minutis
His, olim quibus & meus Catullus,
Et Caluus, vetereſque. Sed quid ad me?
Vnus Plinius est mihi priores.
Mauult versiculos foro relicto;
Et quærit, quod amet, putatque amari.
Ille Plinius, ille. quid Catones?
I, nunc, qui sapias, amare noli.

P. VIRGILII MARONIS.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet

ITA ID DISTICHON VINDICAT.

Hos ego versiculos feci: tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aues.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.

Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

IN AVARITIAM, ET PECVNIAM.

TITVLVS XVI.

SVLPICII SERVASTI LVPERCI IVNIORIS.

HEV misera in nimios hominum petulantia census,
Cæcus inutilium quo ruit ardor opum?
Auri dira fames & non expleta libido
Ferali precio vendat vt omne nefas.
Sic latebras Eriphyla viri patefecit, vbi aurum
Accepit turpis materiam sceleris.
Sic quondam Acrisia in gremium per claustra puellæ
Corruptore auro fluxit adulterium.
O quam mendose votum insaturabile habendi
Imbuit infami pectora nostra malo!
Quamlibet immenso dives vigil incubet auro:
Æstuat augendæ dira cupido rei.
Heu mala paupertas nunquam locupletis auari,
Dum struere immodice quod tenet optat, eget.
Quis metus hic legum, quæve est reuerentia veri
Crescenti nummo si mage cura subest?
Cognatorum animas promptum est, patrumque cruorem
Fundier. affectus vincit auara fames.
Diuitis est semper fragiles male quærere gazas.
Nulla huic in lucro cura pudoris erit.
Istud templorum damno exitioque requirit.
Hoc cælo iubeas vt petat, inde petet.
Mirum ni pulchras artes Romana iuuentus
Discat, & egregio fudet in eloquio:

Vt

Vt post iurisonæ famosa stipendia linguæ,
Barbaricæ ingenijs anteferantur opes.
Atqui sunt quos propter honestum rumpere fœdus
Audeat inlicite pallida auaritia.
Romani sermonis egens ridendaque verba
Frangit ad horrificos turbida lingua sonos.
Sed tamen ex vultu adpetitur spes grata nepotum.
Saltem istud nostri forsan honoris habent.
Ambusti torris species, exesaque seclo
Abduntur prisci corpora de tumulis.
Perplexi crines, frons improba, tempora pressa,
Extantes mala deficiente gena.
Simataque iacent pando sinuamine nares:
Territat os nudum, cæsaque labra tument.
Defossum in ventrem propulso pondere tergum
Frangitur, & vacuo crure tument genua.
Discolor in manibus species, ac turpius illud,
Quod cutis obscure pallet in inuidiam.

PETRONII ARBITRI.

Nec bibit inter aquas, neque poma natantia sumit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

M. TERENTII VARRONIS.

Hospes, quid miras numo curare Serapin?
Quid? quasi non curet tantidem Aristoteles.

PETRONII ARBITRI.

Quid faciant leges, vbi sola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla potest?
Ipsi, qui Cynica traducunt tempora cœna,
Nonnunquam numis verba solent emere.

Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces
Atque eques, in causſa qui ſedet, empta probat.

M. TERENTII VARRONIS.

Non ſit theſauris, non auro pectus ſolutum.
Non animis demunt curas, ac relligiones
Perſarum montes, non atria diuiti Craſſi.

PETRONII ARBITRI.

Quiſquis habet numos, ſecura nauiget aura:
Fortunamque ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen: ipſumque licebit
Acriſium iubeat credere, quod Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat cauſſas: ſitque Catone prior.
Iuriſconſultus PARET, NON PARET *habeto.*
Atque eſto, quicquid Seruius, & Labeo.
Multa loquor, quiduis numis præſentibus opta:
Et veniet. clauſum poſſidet arca Iouem.

ORACVLA, ET ÆNIGMATICA.

TITVLVS XVII.

Tarpeio quondam ſedit quæ vertice cornix,
EST *bene non potuit dicere: dixit,* ERIT.

M. TERENTII VARRONIS.

Semel, minuſue, an bis minus, non ſat ſcio,
An vtrunque eorum. & quondam audius dicier,
Ioui ipſi magno noluit concedere.

L. APVLEII.

Montis in excelſi ſcopulo deſiſte puellam,
Ornatam mundo funerei thalami.
Nec ſperes generum mortali ſtirpe creatum:
Sed ſæuum, atque ferum, vipereumque malum.

Qui

Qui pinnis volitans super æthera, cuncta fatigat:
Flamaque & ferro singula debilitat.
Quem tremit ipse Iouis, quo numina terrificantur,
Fulminaque horrescunt, & Stygia tenebræ.

POLLVCIS.

Quum mea me genitrix grauida gestaret in aluo,
Quid pareret, fertur consuluisse Deos.
Mas est, Phœbus ait: Mars, fœmina: Iunoque neutrum.
Quumque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quærenti letum, Dea sic ait: occidet armis:
Mars cruce: Phœbus aquis. Sors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas: adscendo. decidit ensis,
Quem tuleram. casu labor & ipse super.
Pes hæsit ramis. caput incidit amne. Tulique
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

CITERII SIDONII SYRACVSANI.

Almo, Theon, Thyrsis, orti sub monte Pelori,
Semine disparili, Laurente, Lacone, Sabino.
Vite Sabine, Lacon sulco, sue cognite Laurens.
Thyrsis oues, vitulos Theon egerat, Almo capellas.
Almo puer, pubesque Theon, at Thyrsis ephebus.
Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.
Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonem.
Nisa rosas, Glauce violas dat, lilia Nais.

SIMILE ADRIANI IMP.

Vt belli sonuere tubæ, violenta peremit.
Hippolyte Theutranta: Lyce Clonon: Oebalon Alce.
Oebalon ense: Clonon iaculo: Theutranta sagitta.
Oebalus ibat equo: curru Clonus: at pede Theutras.
Plus puero Theutras: puer Oebalus: at Clonus heros.
Figitur ora Clonus: latus Oebalus: ilia Theutras.

Iphiclis Theutras: Doryli Clonus: Oebalus Idæ:
Argolicus Theutras: Mæsus Clonus: Oebalus Arcas.

GNOMICA, ET DIDASCALICA.

TITVLVS XVIII.

SVLPITII SERVASTI IVNIORIS, DE VETVSTATE.

OMNE quod Natura parens creauit
Quamlibet firmum videas, labascit
Tempore, ac longo fragile, ac caducum
Soluitur vsu.
Amnis insueta solet ire valle,
Mutat & rectos via certa cursus,
Rupta cum cedit male pertinaci
Ripa fluento.
Decidens scabrum cauat vnda tofum,
Ferreis vomis tenuatus agris
Splendet, ac trito digitos honorans
Annulus auro.

DE SPE, PER EXEMPLA.

Spes fallax, spes dulce malum, spes summa malorum,
Solamen miseris, quæ sua fata trahunt.
Credula res: quam nulla potest fortuna fugare.
Spes stat in extremis officiosa malis.
Spes vetat æternis Mortis requiescere portis,
Et curas ferro rumpere sollicitas.
Spes nescit vinci. Spes pendet tota futuri.
Mentitur: credi vult tamen illa sibi.
Improba, mentis inops, rebus gratissima lassis,
Quas fouet: & verti fata subinde docet.
Sola tenet miseros, inuitos sola moratur,
Sola perit nunquam: nec perit, atque redit.

Sæpe

Sæpe bono, rursusque malo blandissima semper.
Et quos decepit, decipit illa tamen.
Instabilis, dubio deuexa ad tempora motu:
Audax: & clausum quæ putet esse nihil.
Omnia promittit mota leuitate Deorum.
Nil fixum, & casus admonet esse leues.
Naufragus hac cogente natat per fæta procellis
Æquora: cum mersas viderit ante rates.
Captiuus duras illa solante catenas
Perferet: & victos vincere posse putat.
Noxius infami districtus stipite membra
Sperat & à fixa posse redire cruce.
Spem, iussus præbere caput, paloque ligatus,
Cum micat ante oculos stricta securis, habet.
Sperat & in fæua victus gladiator arena,
Sit licet infesto pollice turba minax.
** Et qui decenti iugulo victoria moto*
Spem, quamuis lecto iam referatur, habet.
Spem recipit carcer foribus præclusus ahenis.
Spes & in horrendo robore parua manet.
Spes Marium mouit turpi se credere limo,
Et tantum furto viuere velle virum.
Hac illum Libyæ penetrare in litora victæ
Iussit: & o Superi, quis fuit ille dies,
Quo Marium vidit supra Carthago iacentem.
Tertia par illis nulla ruina fuit.
Spes Magnum profugum toto discurrere in orbe
Iusserat, & pueri Regis adire pedes.
Spes vni nunquam potuit dare verba Catoni.
Mendacisque Deæ non tulit ille dolos.
Quid non spes audet? Priamo post Hectora mansit.
Spes fuit vxori, Protesilaeque tuæ.

Orpheus infernas sperauit tollere leges,
Tartareum & cantu flectere posse canem.
Spe duce per medias enauit Dædalus vndas:
Et noua mirantes terruit ales aues.
Pasiphae (quid non homini sperare libebit?)
Sperauit toruo posse placere boui.
Sperat, qui curuo sulcos perrumpit aratro.
Sperat, qui ventis vela ferenda dedit.
Spes hamis pisces, laqueo captare volucres
Erudit. hæc orbem bella cruenta docet.
Spes sequitur grauibus rastris mala rura domantem:
In noua se nulla cum ratione parat.
Semper adulatur: semper malefida vagatur:
Et populos, vrbes, totaque regna capit.
Desertos medicis spes numquam deserit ægros.
Defessi numquam spem posuere rei.
Spes est, quæ classes diuerso ex hoste coactas
Ducit. Spes cupidos ducit in arma viros.
Et dicit, duro. nec te præsentia iungant.
Fors varias mutat mobilitate vices.
Incerto ludit casu Fortuna per orbem.
Et semper contra quæ fugit, atque redit.

C. PETRONII ARBITRI IN SVPERSTITIONEM.

Primus in orbe Deos fecit timor: ardua cælo
Fulmina cum caderent: discussaque mœnia flammis,
Atque ictus flagrares Athos: mox Phœbus ad ortus
Lustrata deiectus humo, Lunæque senectus,
Et reparatus honos. hinc signa effusa per orbem,
Et permutatis disiunctus mensibus annus.
Proiecit vitium hoc: atque error iussit inanis
Agricolas primos Cereri dare mensis honores:

Palmitibus

Palmitibus plenis Bacchum vincire: Palemque
Pastorum gaudere manu. natat obrutus, omni
Neptunus demersus aqua. Pallasque cauernas
Vindicat. Et voti reus, & qui vendidit orbem
Iam sibi quisque Deos auido certamine fingit.

EIVSDEM DE VITANDO FASTIDIO.

Nolo ego semper idem capiti suffundere cōsum:
Nec toto stomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere valle:
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo nos grato perluit hausu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

EIVSDEM DE VXORE.

Vxor legitimus debet quasi census amari.
Nec censum vellem semper amare meum.

* EIVSDEM. *

Inueniat, quod quisque velit. non omnibus vnum est,
Quod placet. hic spinas colligit, ille rosas.

EIVSDEM.

Nam nihil est, quod non mortalibus afferat vsum.
Rebus in aduersis quæ iacuere, iuuant.
Sic vate demersa vulsum deponderat aurem.
Remorum leuitas naufraga membra vehit.
Cum sonuere tubæ, iugulo stat diuite ferrum.
Barbara contemnit prælia pannus habet.

EIVSDEM EXHORTATIO.

Linque tuas sedes, alienaque litora quære,
O iuuenis. maior rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis. te nouerit vltimus Ister:
Te Boreas gelidus: securaque regna Canopi:
Quique renascentem Phœbum, cernuntque iacentem.
Maior in externa sine tui descendat arenas.

EIVS-

EIVSDEM DE AVLICOLVM VANITATE.

Nam citius flammas mortales ore tenebunt:
Quam secreta tegant: quicquid dimittis in aula,
Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat.
Nec satis est vulgasse fidem. simulatius exit
Proditionis opus: famamque onerare laborat.
Sic commissa verens auidus seruare minister
Fodit humum, Regisque latentes prodidit aures.
Excepit nam terra sonos, calamique loquentes
Inuenere fidem, qualem narrauerat index.

P. VIRGILII MARONIS.

Humor alit segetem: segeti contrarius humor.
Quod iuuat, hoc dulce est: quod cogitur, altera mors est.

P. ARBITRI.

Heu heu nos miseros, quia totus homuncio nil est.

* * *

Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.
Ergo viuamus, dum licet esse bene.

EIVSDEM PETRONII PROTREPTICON.

Artis seuerae si quis habuit effectus,
Mentemque magnis applicat: prius marem
Frugalitatis lege pellat exacta.
Nec curet alto regiam trucem vultu,
Clientsve cœnas impotentium captet.
Nec perditis addictus, obruat vino
Mentis calorem: neve plausor in scena
Sedeat redemptus, histrionis addictus.

I T E M.

Sed seu crinigeros arridet Tritonidis arces,
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sirenumque domus det primos versibus annos,
Maoniumque bibat felici pectore fontem.

Mox & Socratico plenus grege, mittat habenas
Liber: & ingentis quatiat Demosthenis arma.
Hunc Romana manus circunfluat. & modo Graio
Exonerata sono mutet suffusa saporem:
Interdum subducta foro det pagina cursum.
Et fortuna sonet celeri distincta meatu.
Dent epulas, & bella truci memorata canore.
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.
His animum succinge bonis. sic flumine largo
Plenus, Pierio defundes pectore verba.

EIVSDEM.

Contemni, turpe est: legem donare, superbum.
Hoc amo, quod possum qualibet ire via.
Nam sane & sapiens contemptus iurgia flectit.
Et, qui non iugulat, victor abire solet.

C. CÆCILII PLINII SECVNDI.

Vt laus est ceræ mollis, cedensque sequatur
Si doctos digitos, iussaque fiat opus:
Et nunc informet Martem, castamque Mineruam:
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum:
Vtque sacri fontes non solum incendia sistunt:
Sæpe etiam flores, vernaque prata iuuant:
Sic hominum ingenium flecti, ducique per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

AVLI SEPTIMII SERENI.

Inquit amicus ager domino, fere: plurima reddam.
Si bene mi facias, memini tibi soluere grates.

M. TER. VARRONIS.

Vnam virtutem propriam mortalibu' fecit.
Cætera promiscam voluit communia haberi.

PETRO-

PETRONII ARBITRI.

Cui vultur iecur vltimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non est, quem timidi vocant poetæ:
Sed cordis mala, liuor, atque luxus.

EIVSDEM.

Fallunt nos oculi, vagique sensus
Oppressa ratione mentiuntur.
Nam turris, prope quæ quadrata surgit,
Attritis procul angulis rotatur.
Hyblæum refugit satur liquorem.
Et marcens casiam frequenter odit.
Hoc illo magis, aut minus placere
Non possunt, nisi lite destinata
Pugnarent dubio tenore sensus.

CATA-

CATALECTORVM VETERVM POETARVM, LIBER SECVNDVS.

ASTRONOMICA.

Tv forte in luco lentus vaga carmina gignis:
Argutoſque inter latices, & muſica flabra
Pierio liquidam perfundis nectare mentem.
At nos congeries obnubit turbida rerum,
Ferrataque premunt milleno milite curæ.
Legicrepi tundunt. latrant fora. claſica turbant.
Et trans Oceanum ferimur porro vſque, ninoſus
Quum teneat Vaſco, nec parcat Cantaber horrens.
En quibus indicas, vt crinem frondea Phœbi
Succingant, ederæve comas auguſtius vmbrent.
En quos flammantem iubeas volitare per æthram.
Quin magè præueniens Aquilas vis pigra Elefantum
Præcurret, volucremque pigens teſtudo Moloſſum:
Quam nos roriſluam ſectemur carmine Lunam.
Sed tamen, incuruus per pondera terrea nitens,
Dicam quur feſſo liueſcat circulus orbe:
Purpureumque iubar niuei quur tabeat oris.
Non illam, vt populi credunt, nigrantibus antris
Infernas vlulans mulier prædira ſub vmbras
Detrahit altuago è ſpeculo: nec carmine victa
*Vel rore Stygias * *
Vincibilemque petit clamorem. Quippe per æthram,

Qua

Qua citimus limes diſpeſcit turbida puris,
Inuiolata meat. Sed vaſto corpore Tellus,
Quæ medium tenet ima polum, dum lumina Fratris
Detinet vmbriferis metis: tum ſidere craſſo
Palleſcit teres vmbra rotæ, dum tranſeat axem
Aggerei velox tumuli, ſpeculoque roſanti
Fraternas reparet per cælum libera flammas.
Sed quia mira putas, quur, quum vis maxima Solis
Bis nouies maior clueat, quam terreus orbis,
Non circuncingat terreſtres lumine metas:
Sume ratum rationis opus. nanque aſpice Phœbum,
Quam ſublimis eat conuexa per aurea Mundi,
Quamque humilem terram colluſtret curribus altis:
Hic ingens vtcunque libet vel deſuper ignes
Sparſerit, obliquo vel quum radiauerit axe,
In terram radij franguntur. Cætera Solis
Lumina, qua maior iaculis radiantibus exit,
Nil obſtante globo, tendunt per inania vaſta:
Donec Pyramidis peragat victa vmbra cacumen.
Per quam quum Phœbe validos agit vda iugales,
Infima vicinis nonnunquam decolor vmbris
Fratre caret, vacuoque exanguis deficit ore.
Quur autem ſola ſpolietur lumine Luna,
Nil vero mirum eſt. quippe illam lucis egentem
Lux aliena fouet: quam quum pars proxima metæ
Inuidet, expectat radios male cærula Fratris.
At chorus aſtrorum reliquus non tangitur vmbris.
Et proprium cunctis iubar eſt, nec Sole rubeſcunt.
*Sed ſudum * * * .*
Porro vltra Solem rapitur cum vertice cæli.
Iam quur ſemenſtri non ſemper palleat orbe,
Inflexi præſtant obliquo tramite curſus.

Nanque

Nanque vagans errore rato quum deuia tortos
Colligit anfractus, metam Sol eminus exit,
Intorquetque peplum noctis, radiatque sororem.
Hac eadem ratio est, subitis quur frangitur vmbris
Augusti Solis rutilum iubar: indiga lucis
Quando inter terram, & Solem rota corporis almæ
Luna meat, fratrem rectis obiectibus arcens.

MENSIVM DESCRIPTIO.

Dira patet Iani Romanis ianua bellis.
Vota Deo Diti februa mensis habet.
Incipe Mars: anni felicia fata reduce.
Tunc Aries Veneri lintea serta legit.
Dulcia, Maia, tuis dulcia exagona Nonis.
Arce poli Geminos Iunius ecce locat.
Iulius ardenti diuertit lumina Solis
Aere: flammigero cuncta Leone calent.
Poma legit virgo maturi mitia Solis.
Fundit & October vina Falerna lacus.
Aret tota soli species vi dura Nepai.
Munde December amat te genialis hyems.

EORVNDEM MENSIVM PICTVRA.

IANVARIVS.

Hic Iani mensis sacer est. en aspice, vt aris
Tura micent: sumant vt pia tura Lares.
Annorum, seclique caput: natalis honorum:
Purpureos fastis qui numerat proceres.

FEBRVARIVS.

At quem cæruleus nodo constringit amictus,
Quique paludicolam prendere gaudet auem,
Dædala quem iactu pluma circumuenit Iris,
Romuleo ritu februa mensis habet.

MARTIVS.

Cinctum pelle Lupæ promptum est cognoscere mensem.
Mars olli nomen, Mars dedit exuuias.
Tempus ver, hœdus petulans, & garrula hirundo
Indicat, & sinus lactis, & herba virens.

APRILIS.

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis.
Lumen iuris habet, quo nitet alma Ceres.
Cereus & dextra flamas diffundit odoras.
Balsama nec desunt, quis redolet Paphie.

MAIVS.

Cunctas veris opes, & picta rosaria gemmis
Liniger in calathis, aspice, Maius habet:
Mensis Atlantigenæ dictus cognomine Maiæ:
Quem merito multum diligit Vranie.

IVNIVS.

Nudus membra dehinc solares respicit horas
Iunius: ac Phœbum flectere monstrat iter.
Lampas maturas Cereris designat aristas.
Floraleſque fagas lilia fusa docent.

IVLIVS.

Ecce colorātos ostentat Iulius artus.
Crines cui rutilos spicea serta ligat.
Morus sanguíneos præbet grauidata racemos:
Quæ medio Cancri sidere lata viret.

AVGVSTVS.

Fontanos latices, & lucida pocula vitro
Cerne vt demerso torridus ore bibat,
Æterno Regni signatus nomine mensis,
Latonæ genitam quo perhibent Ecaten.

SEPTEMBER.

Surgentes acinos, varias & præsecat vuas

September, sub quo mitia poma iacent:
Captiuam filo gaudens religasse lacertam,
Quæ suspensa manu mobile ludit opus.

OCTOBER.

Dat prensum leporem, cumque ipso palmite fœtus
October: pingues dat tibi ruris aues.
Iam Bromios spumare lacus, & mulcta sonare
Apparet. vino vas calet ecce nouo.

NOVEMBER.

Carbaseo post hunc artus indutus amictu
Memphidos antiquæ sacra, Deamque colit.
A quo vix auidus fistro compescitur anser,
Deuotusque satis incola Memphidius.

DECEMBER.

Annua sulcatæ coniecti semina terræ
Pascit hyems. pluuio de Ioue cuncta madent.
Annua nunc reuocat Saturno festa December.
Nunc tibi cum domino ludere, verna, licet.

EORVNDEM PICTVRA.

Fulget honorificos indutus Mensis amictus
Signans Romuleis tempora Consulibus.
Rustica Bacchigenis intentans arma nouellis
Hic meruit Februi mensis habere Deï.
Martius in campis ludens simulacra ducelli
Ducit Cinyphij lactea dona gregis.
Sacra Dionææ referens solemnia matri
Lasciuus crotalis plaudit Aprilis ouans.
Maius Atlantiades gnatæ dignatus honore,
Expoliat pulchris florea serta rosis.
Sanguineis ornans æstiua prandia moris
Iunius: huic nomen fausta iuuenta dedit.

Quintilis mensis Cereali germine gaudens,
Iulius a magno Cæsare nomen habet.
Augustum penitus torret Phaethontius ardor.
Quem recreat fessum gillo, facella, melo.
Æquales Libræ September digerit horas:
Cum botruis captum rete ferens leporem.
Conterit October lasciuis calcibus vuas.
Et spumant pleno dulcia musta lacu.
Arua Nouember arans, fœcundo nomine bestiæ
Cum terit, & sentit pinguis oliua molas.
Pigra suum cunctis commendat Bruma Decembrem,
Cum solers famulis tessera iungit heros.

FRAGMENTVM P. TER. VARRONIS ATACINI, EX CHOROGRAPHIA.

Vidit & ætherio mundum torquerier axe,
Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes
Nitentes aliis alios: quæ maxima Diuis
Lætitia stat: tum longe gratissima Phœbi
Dextera, consimiles meditatur reddere voces.
At quinque ætheriis Zonis accingitur Orbis.
Ac vastant imas hyemes, mediamque calores.
Sic terræ extremas inter, mediamque coluntur.
Qua Solis calido nunquam rota ferueat igne.
Ergo inter Solis stationem, ac sidera septem
Exporrecta iacet Tellus. Huic extima fluctu
Oceani interior Neptuno cingitur ora.
*Qu * Europa **
Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

EIVS-

EIVSDEM EX EADEM, SITVS VENTORVM.

Omnivomo Oceano Hyperion fulgurat Euro.
Arctæo plaustro Boreas bacchatur ab Æno.
Hesperio Zephyro sed Orion voluitur Istro.
Fuluo, acrique Noto vaga Cynthia proruit Afro.

QVATVOR TEMPORVM FIGVRA.

Carpit blanda suis Ver almum dona rosetis.
Torrida collectis exultat frugibus Æstas.
Indicat Autumnum redimito palmite vertex.
Frigore pallet Hyems designans alite tempus.

Q. CICERONIS DE XII. SIGNIS.

Flumina verna cient obscuro lumine Pisces.
Curriculumque Aries æquat Noctisque diuque.
Cornua quem comunt florum præcursa Tauri.
Aridaque æstatis Geminis primordia pandunt.
Longaque iam minuit præclarus lumine Cancer.
Languificusque Leo prosternit fervus ore calores.
Post modicum quatiens Virgo fugat orta vaporem.
Autumni referat portas, æquatque diurna
Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
Et fœtos ramos denudat flamma Nepai.
Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
Bruma gelu glacians iubare spirat Capricorni.
Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquarij,
Tanta supra, circàque vigent vbi flumina Mundi
At dextra lævaque ciet rota fulgida Solis
Mobile curriculum: & Lunæ simulacra feruntur.
Squama sub æterno conspectu torta Draconis
Eminet: hunc inter fulgentem sidera septem
Magna quatit stellans: quam seruans servus in alta
Conditur Oceani ripa cum luce Bootis.

QVINQVE ZONÆ, M. TER. VARRONIS.

Murcius domus est maxima rerum.
Quinque altitonæ hanc framine zonæ
Cingunt: per quas limbus pictus
Bissex signis stellimicantibus
Altus in obliquo erhere, Lunæ
Bigas, Solisque receptat.

C. IVLII SOLINI POLYHISTOR.

PONTICON.

Tethyn marmoreo fœcundam pandere Ponto,
Et salis æquorei spirantis mole catervas
Quæque sub æstifluis Thetis humida continet antris
Ceptantem Venus alma foue: quæ semine Cæli
Parturiente sata, diuini germinis æstu,
Spumea purpureis dum sanguinat vnda profundis,
Nasceris e Pelago placido Dea prosata Mundo.
Nam quum prima foret rebus Natura profundis
In fœdus connexa suum: ne staret inerti
Machina mole vacans, tibi primum candidus Æther
Astrigeram faciem nitido gemmauit Olympo.
Te fœcunda sinu Tellus amplexa, resedit
Ponderibus librata suis: elementaque visa
Ætherias seruare vices. tu fœtibus auges
Cuncta suis. totus pariter tibi parturit orbis.
Quare, Diua, precor, quoniam tua munera paruo
Ausus calle sequor, vitreo de gurgite vultus
Dextera prome pios & lumine læta sereno
Pierias, age, pande vias: da Nerea molli
Pacatum gaudere freto: votisque litata
Fac saltem primæ Pelagi libemus arenas.
Vos quoque, qui resono colitis cæua Tempea catu.

* * *

SVLPITIÆ POETRIÆ ECLOGA DE EDICTO DOMITIANI.

Musa, quibus numeris Heroas, & arma frequentas
Fabellam permitte mihi detexere paucis.
Nam tibi secessi, tecum penetrale retractans
Consilium. Quare nec carmine curro Phalaco,
Nec trimetro Iambo: nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci discit duce Clazomenio.
Cætera quinetiam, quot denique millia lusi;
Primaque Romanas docui contendere Graiis,
Et salibus variare nouis, constanter omitto.
Teque quibus princeps, & facundissima calles,
Aggredior: precibus descende clientis, & audi.
Dic mihi Calliope, quidnam pater ille Deorum
Cogitat? an terras, & patria sæcula mutat?
Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes?
Nosque iubet tacitos, etiam rationis egenos,
(Quid reputemus enim? duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis:
Sed virtus agitata domi, & socialibus armis)
Non aliter, primo quam cum surreximus æuo,
Glandibus, & puræ rursus procurrere linfæ?
An reliquas terras conseruat amicus, & vrbes,
Sed genus Ausonium, Remulique exturbat alumnos
In freta Sicania, & Carthaginis exigit arces:
Cæteraque imperia, & totum simul abstulit orbem?
Deinde velut stadio victor qui solus Achæo
Languet, & immota secum virtute fatiscit:
Sic itidem Romana manus contendere postquam
Destitit, & pacem longis frenauit habenis,
Ipsa domi leges, & Graia inuenta retractans,
Omnia bellorum terra quæsita, marique

Pramia consilio, & molli ratione regebat.
Stabat in iis: neque enim poterat constare sine ipsis.
Aut frustra vxori, mendaxque Diespiter olim
IMPERIVM SINE FINE DEDI *dixisse probatur.*
Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,
Non trabe, sed tergo prolapsus, & ingluuie albus,
Et studia, & sapiens hominum nomenque genusque
Omnia abire foras, atque vrbe extedere iussit.
Quid facimus? Graios, hominumque reliquimus vrbes,
Vt Romana foret magis his instructa magistris.
Nunc, Capitolino veluti turbante Camillo,
Lancibus, & trutina Galli fugere relicta:
Sic nostri palare senes dicuntur, & ipsi
Vt ferale suos onus extirpare libellos.
Ergo Numantinus, Libycusque errauit in isto
Scipio, qui Rhodio creuit formante magistro,
Cateraque illa manus bello facunda secundo.
Quos inter Prisci sententia dia Catonis,
Scire duo magni fecisset: vtrumne secundis,
An magis aduersis staret Romana propago:
Scilicet aduersis. Nam quum defendier armis
Suadet amor patria, & captiua penatibus vxor:
Conuenit vt vespis, quarum domus arce Monetæ,
Turba rigens strictis per lutea corpora telis.
Ast vbi apes secura redut, oblita fauorum,
Plebs, fraterque vna somno moriuntur obeso.
Romulidarum igitur longa, & grauis exitium pax.

Hac fabella modo pausam facit. optima posthac
Musa velim moneas, sine qua mihi nulla voluptas
*Viuere, vti quondam * Smyrnalibus * peribat*
Nunc itidem migrare velint. vel denique quiduis,
Vt Dea, quare aliud. tantum Romana Caleno

Mænia,

Mænia, iucundos pariterque aduerte Sabinos.
Hæc ego: tum paucis Dea me dignarier infit:
Pone metus æquos cultrix mea. ſumma Tyranno
Hæc inſtant odia, & noſtro periturus honore eſt.
Nam laureta Numæ, fonteſque habitamus eoſdem.
Et comite Egeria ridemus inania capta.
Viue, vale: manet hunc pulchrum tua fama dolorem.
Muſarum ſpondet chorus, & Romanus Apollo.

C. PETRONII ARBITRI, TROIÆ HALOSIS.

Iam decima mœſtos inter ancipites metus
Phrygas obſidebat meſſis, & vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu:
Quum, Delio præſante, cæſi vertices
Idæ trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt
Robora, minacem quæ figurarent equum.
Aperitur ingens clauſtrum & obducti ſpecus,
Qui caſtra caperent. huc decenni prælio
Irata virtus abditur. ſtipant graues
Equi receſſus Danai, & in voto latent.
O patria, pulſas mille credidimus rates,
Solumque bello liberum. hic titulus fero
Inciſus. Hæc ad fata compoſitus Simon
Firmabat, & mendacium in damnum potens:
Iam turba portis libera, ac bello carens:
Iam vota properant. Fletibus manant genæ.
Mentiſque pauidæ gaudium lacrumas habet,
Quas metus abegit. nanque Neptuno ſacer
Crinem ſolutus, omne Laocoon replet
Clamore vulgus. mox reducta cuſpide
Veteri notauit fata: ſed tardant manus.
Latuſque reſilit, & dolis addit fidem.

Iterum tamen confirmat inualidam manum,
Altaque bipenni latera pertentat. fremit
Captiua pubes intus: &, dum murmurant,
Roborea moles ſpirat alieno metu.
Ibat iuuentus capta, dum Troiam capit.
Bellumque totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra: celſa qua Tenedos mare
Dorſo repellit, tumida conſurgunt freta,
Vndaque reſultat ſciſſa, tranquillo minor.
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longe refertur, cum premunt claſſes mare:
Pulſumque marmor abiete impoſita gemit.
Reſpicimus. angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates vt altæ, lateribus ſpumas agunt.
Dat cauda ſonitum. liberæ ponto iubæ
Conſentiunt luminibus. igneum iubar.
Incendit æquor. ſibilis vndæ tremunt.
Stupuere mentes. infulis ſtabant ſacri
Phrygioque cultu gemina nati pignora
Lauconte. quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci. paruulas illi manus
Ad ora referunt. neuter auxilio ſibi,
Vterque fratri tranſtulit pias vices.
Morſque ipſa miſeros mutuo perdit metu.
Accumulat ecce liberum funus parens
Infirmus auxiliator. inuadunt virum
In morte parci: membraque ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos inter aras victima,
Terramque plangit. Sic profanatis ſacris
Peritura Troia perdidit primum Deos.
Iam plena Phœbe candidum extulerat iubar,

Minora

Minora ducens astra radianti face:
Quum inter sepultos Priamidas nocte, & mero,
Danai relaxant claustra, & effundunt viros.
Tentant in armis se duces: ceu vbi solet
Nudo remissus Thessali quadrupes iugo
Ceruicem, & altas quatere ad excursum iubas.
Gladios retractant. commouent orbes manu.
Bellumque sumunt. hic graues alius mero
Obtruncat, & continuat in mortem vltimam
Somnos. ab aris alius accendit faces.
Contraque Troiam Troïa inuocat sacra.

DE MALIS MATIANIS.

Hæc poterant celeres precio tardare puellas.
Hæc fuerant Veneri iudice danda Phryge.
Nam sic ingenuo flauescunt mala colore:
Vt superent auro vera metalla suo.

MISCELA M. TER. VARRONIS.

DESCRIPTIO TEMPESTATIS.

REPENTE noctis circiter meridiem,
Quum pictus aer feruidis late ignibus
Cæli choreas astricas ostenderet:
Nubes aquales frigida velo leues
Cæli cauernas aureas subduxerant:
Ventique frigido se ab axe eruperant,
Phrenetici Septentrionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, sirus.
At nos caduci naufragij ciconiæ,
Quarum bipennis fulminis plumas vapos
Perussit alte, meste in terram cecidimus.

AVIS MATRICIS.

Et pullos peperit fritinientes.
Quos non lacte nouo leuata pascat,
Sed pancarpineo ocimo coacto
Libamenta legens caduca victus.
Ad quos tum volucres venit pusillos
Vsque ad limina nidica esca vilis.

PVERI FORMOSI.

Ante aures nodo ex subolibus paruoli
Intorti demittuntur sex cincinnoli.
Oculi subpætuli, nigellis pupulis,
Quandam hilaritatem significantes animitus.
Quos calliblepharo naturali palpebræ
Tinctæ vallatos mobili septo tenent.
At rictus oris candidi paruissumus,
Vt refrenato risu roseo *
Sigilla in mento impressa amoris digitulo,
Vestigio demonstrant mollitudinem.
Collum procerum fictum leui marmore
Regillam tunicam diffinitur purpura.

PSALTRIÆ.

Phœniciæ sum voci' suscitabulum,
Cantantiumque Gallu' Gallinaceus.
Qua mobilem Diuum lyram Sol harmoge
Quadam gubernans motibus diis veget.
Enchorda psaltica attuli psalteria,
Quibus sonant in Græcia dicteria,
Qui fabularum collocant exordia,
Vt Comici, cinetici, scenatici.
Si quis melodis næniis ὄνος λύρας,
Præsepibus se retineat forensibus:
Quibus suam delectet ipse amusiam,

Et auiditatem ſperibus lactet ſuis.
Valete, meque palmulis producite.

CORONÆ.

Capitis corona faſciis tilligneis
Faciem labore flatili viridis premit,

FRAGMENTVM, DE CELEBRANTIBVS SACRA MAGNÆ MATRIS.

Animum meum mitto ſpeculatum toto orbe, vti
Quid facerent homines, quom experrecti ſient,
Me faceret certiorem: ſi quis ſumeret
Me melius operam, vt eius conſilio ocius
Vigilium adminicularem noſtrum, qui videt
Alium curuantem extrema noctis tempora.
Sed nos, ſimulac ſummam in ſpeculam peruenimus,
Videmus populum Furiis inſtinctum tribus,
Diuerſim ferri exterritum formidine.
Aurorae oſtrinum hic indutus ſupparum
Coronam ex auro, & gemmis fulgentem gerit,
Luce locum afficiens. * *
* * *
Nam quae vetuſtas hic adeſt gallantibus?
*Quae * caſta aetas? quae veſtis adoleſcentium?*
Quae teneris ſpecies?

ALIVD FRAGMENTVM, DE GENTIBVS CAVCASEIS.

Humanae quandam ſtirpis gentem concoquit
Frigus, calore, atque humore aritudinem
Miſcens * *
Dum iis ſubernus cortex, aut cacumina
Morientum in quercu, & aritudine
Et exangui calore euireſcat color.

Morta

MARTIVS.

Cinctum pelle Lupæ promptum est cognoscere mensem.
Mars olli nomen, Mars dedit exuuias.
Tempus ver, hœdus petulans, & garrula hirundo
Indicat, & sinus lactis, & herba virens.

APRILIS.

Contectam myrto Venerem veneratur Aprilis.
Lumen iuris habet, quo nitet alma Ceres.
Cereus & dextra flamas diffundit odoras.
Balsama nec desunt, quis redolet Paphie.

MAIVS.

Cunctas veris opes, & picta rosaria gemmis
Liniger in calathis, aspice, Maius habet:
Mensis Atlantigenæ dictus cognomine Maiæ:
Quem merito multum diligit Vranie.

IVNIVS.

Nudus membra dehinc solares respicit horas
Iunius: ac Phœbum flectere monstrat iter.
Lampas maturas Cereris designat aristas.
Floralesque fugas lilia fusa docent.

IVLIVS.

Ecce coloratos ostentat Iulius artus.
Crines cui rutilos spicea serta ligat.
Morus sanguineos præbet grauidata racemos:
Quæ medio Cancri sidere lata viret.

AVGVSTVS.

Fontanos latices, & lucida pocula vitro
Cerne vt demerso torridus ore bibat,
Æterno Regni signatus nomine mensis,
Latonæ genitam quo perhibent Ecaten.

SEPTEMBER.

Surgentes acinos, varias & præsecat vuas

September, sub quo mitia poma iacent:
Captiuam filo gaudens religasse lacertam,
Quæ suspensa manu mobile ludit opus.

OCTOBER.

Dat prensum leporem, cumque ipso palmite fœtus
Octobr: pingues dat tibi ruris aues.
Iam Bromios spumare lacus, & mucta fouare
Apparet. vino vas calet ecce nouo.

NOVEMBER.

Carbaseo post hunc artus indutus amictu
Memphidos antiquæ sacra, Deamque colit.
A quo vix auidus fistro compescitur anser,
Deuotusque satis incola Memphidius.

DECEMBER.

Annua sulcatæ coniecti semina terræ
Pascit hyems. pluuio de Ioue cuncta madent.
Annua nunc reuocat Saturno festa December,
Nunc tibi cum domino ludere, verna, licet.

EORVNDEM PICTVRA.

Fulget honorificos indutus Mensis amictus
Signans Romuleis tempora Consulibus.
Rustica Bacchigenis intentans arma nouellis
Hic meruit Februi mensis habere Deos.
Martius in campis ludens simulacra ducit
Ducit Cinyphij lactea dona gregis.
Sacra Dionææ referens solennia matri
Lasciuus crotalis plaudit Aprilis ouans.
Maius Atlantiadis gnata dignatus honore,
Expoliat pulchris florea sonta rosis.
Sanguineis ornans æstiua prandia moris
Iunius: huic nomen fausta iuuenta dedit.

Quintilis mensis Cereali germine gaudens,
Iulius a magno Cæsare nomen habet.
Augustum penitus torret Phaethontius ardor.
Quem recreat fessum gillo, facella, melo.
Æquales Libræ September digerit horas:
Cum botruis captum rete ferens leporem.
Conterit October lasciuis calcibus vuas.
Et spumant pleno dulcia musta lacu.
Arua Nouember arans, fœcundo nomine bestiæ
Cum terit, & sentit pinguis oliua molas.
Pigra suum cunctis commendat Bruma Decembrem,
Cum solers famulis tessera iungit heros.

FRAGMENTVM P. TER. VARRONIS ATACINI, EX CHOROGRAPHIA.

Vidit & ætherio mundum torquerier axe,
Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes
Nitentes aliis alios: quæ maxima Diuis
Lætitia stat: tum longe gratissima Phœbi
Dextera, consimiles meditatur reddere voces.
At quinque ætheriis Zonis accingitur Orbis.
Ac vastant imas hyemes, mediamque calores.
Sic terræ extremas inter, mediamque coluntur.
Qua Solis calido nunquam rota ferueat igne.
Ergo inter Solis stationem, ac sidera septem
Exporrecta iacet Tellus. Huic extima fluctu
Oceani interior Neptuno cingitur ora.
*Qu * Europa **
Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

EIVSDEM EX EADEM, SITVS VENTORVM.

Omnivomo Oceano Hyperion fulgurat Euro.
Arctæo plaustro Boreas bacchatur ab Æno.
Hesperio Zephyro sed Orion voluitur Istro.
Fuluo, acrique Noto vaga Cynthia proruit Afro.

QVATVOR TEMPORVM PICTVRA.

Carpit blanda suis Ver almum dona rosetis.
Torrida collectis exultat frugibus Æstas.
Indicat Autumnum redimito palmite vertex.
Frigore pallet Hyems designans alite tempus.

Q. CICERONIS DE XII. SIGNIS.

Flumina verna cient obscuro lumine Pisces.
Curriculumque Aries æquat Noctisque diique.
Cornua quem comunt florum prænuncia Tauri.
Aridaque æstatis Gemini primordia pandunt.
Longaque iam minuit præclarus lumina Cancer.
Languificusque Leo prostat ferus ore calores.
Post modicum quatiens Virgo fugat orta vaporem.
Autumni reserat portas, æquatque diurna
Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
Et fœtos ramos denudat flamma Nepai.
Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
Bruma gelu glacians iubare spirat Capricorni.
Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquarij,
Tanta supra, circaque vigent vbi flumina. Mundi
At dextra læuaque ciet rota fulgida Solis
Mobile curriculum: & Lunæ simulacra feruntur.
Squama sub æterno conspectu torta Draconis
Eminet: hunc inter fulgentem sidera septem
Magna quatit stellans: quam seruans serus in alta
Conditur Oceani ripa cum luce Bootis.

QVINQVE ZONÆ, M. TER. VARRONIS.

Mundus domus est maxima rerum.
Quinque altitona hanc framine zonæ
Cingunt: per quas limbus pictus
Bissex signis stellimicantibus
Altus in obliquo æthere, Lunæ
Bigas, Solisque receptat.

C. IVLII SOLINI POLYHISTOR.

PONTICON.

Tethyn marmoreo fœcundam pandere Ponto,
Et salis æquorei spirantis mole catervas
Quæque sub æstifluis Thetis humida continet antris
Ceptantem Venus alma foue: quæ femine Cæli
Parturiente sata, diuini germinis æstu,
Spumea purpureis dum sanguinat vnda profundis,
Nasceris e Pelago placido Dea prosata Mundo.
Nam quum prima foret rebus Natura profundis
In fœdus connexa suum: ne staret inerti
Machina mole vacans, tibi primùm candidus Æther
Astrigeram faciem nitido gemmauit Olympo.
Te fœcunda sinu Tellus amplexa, resedit
Ponderibus librata suis: elementaque visa
Ætherias seruare vices. tu fatibus auges
Cuncta suis. totus pariter tibi parturit orbis.
Quare, Diua, precor, quoniam tua munera paruo
Ausus calle sequor, vitreo de gurgite vultus
Dextera prome pios & lumine læta sereno
Pierias, age, pande vias: da Nerea molli
Pacatum gaudare freto: votisque litata
Fac saltem primas Pelagi libemus arenas.
Vos quoque, qui resono colitis cana Tempea catu.

* * *

SVLPITIÆ POETRIÆ ECLOGA DE EDICTO DOMITIANI.

Musa, quibus numeris Heroas, & arma frequentas
Fabellam permitte mihi detexere paucis.
Nam tibi secessi, tecum penetrale retractans
Consilium. Quare nec carmine curro Phalæco,
Nec trimetro Iambo: nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci discit duce Clazomenio.
Cætera quinetiam, quot denique millia lusi,
Primaque Romanas docui contendere Graiis,
Et salibus variare nouis, constanter omitto.
Teque quibus princeps; & facundissima calles,
Aggredior: precibus descende clientis, & audi.
Dic mihi Calliope, quidnam pater ille Deorum
Cogitat? an terras, & patria sæcula mutat?
Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes?
Nosque iubet tacitos, etiam rationis egenos,
(Quid reputemus enim? duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis:
Sed virtus agitata domi, & socialibus armis)
Non aliter, primo quam cum surreximus æuo,
Glandibus, & puræ rursus procurrere linfæ?
An reliquas terras conseruat amicus, & vrbes,
Sed genus Ausonium, Remulique exturbat alumnos
In freta Sicaniæ, & Carthaginis exigit arces:
Cæteraque imperia, & totum simul abstulit orbem?
Deinde velut stadio victor qui solus Achæo
Languet, & immota secum virtute fatiscit:
Sic itidem Romana manus contendere postquam
Destitit, & pacem longis frenauit habenis,
Ipsa domi leges, & Graia inuenta retractans,
Omnia bellorum terra quæsita, marique

Pramia consilio, & molli ratione regebat.
Stabat in iis: neque enim poterat constare sine ipsis.
Aut frustra vxori, mendaxque Diespiter olim
IMPERIVM SINE FINE DEDI *dixisse probatur.*
Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,
Non trabe, sed texgo prolapsus, & ingluuie albus,
Et studia, & sapiens hominum nomenque genusque
Omnia abire foras, atque vrbe excedere iussit.
Quid facimus? Graios, hominumque reliquimus vrbes,
Vt Romana foret magis his instructa magistris.
Nunc, Capitolino veluti turbante Camillo,
Lancibus, & trutina Galli fugere relicta:
Sic nostri palare senes dicuntur, & ipsi
Vt ferale suos onus extirpare libellos.
Ergo Numantinus, Libycusque errauit in isto
Scipio, qui Rhodio creuit formante magistro,
Cæteraque illa manus bello facunda secundo.
Quos inter Prisci sententia dia Catonis,
Scire duo magni fecisset: vtrumne secundis,
An magis aduersis staret Romana propago:
Scilicet aduersis. Nam quum defendier armis
Suadet amor patriæ, & captiua penatibus vxor:
Conuenit vt vespis, quarum domus ærea Moneta,
Turba rigens strictis per lutea corpora telis:
Ast vbi apes secura redit, oblita fauorum,
Plebs, fraterque vna somno moriuntur obeso.
Romulidarum igitur longa, & grauis exitium pax.
Hæc fabella modo pausam facit. optima posthac
Musa velim moneas, sine qua mihi nulla voluptas
*Viuere, vti quondam * Smyrnalibus * peribat,*
Nunc itidem nigrare velint. vel denique quiduis,
Vt Dea, quæ aliud, tantum Romana Caleno

Mania,

Mænia, iucundos pariterque aduerte Sabinos.
Hæc ego: tum paucis Dea me dignarier infit:
Pone metus æquos cultrix mea. summa Tyranno
Hæc instant odia, & nostro periturus honore est.
Nam laureta Numæ, fonteſque habitamus eoſdem.
Et comite Egeria ridemus inania cæpta.
Viue, vale: manet hunc pulchrum tua fama dolorem.
Muſarum ſpondet chorus, & Romanus Apollo.

C. PETRONII ARBITRI, TROIÆ HALOSIS.

Iam decima mœſtos inter ancipites metus
Phrygas obſidebat meſſis, & vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu:
Quum, Delio præſante, caſi vertices
Idæ trahuntur, ſciſſaque in molem cadunt
Robora, minacem quæ figurarent equum.
Aperitur ingens clauſtrum & obducti ſpecus,
Qui caſtra caperent. huc decemi prælio
Irata virtus abditur. ſtipant graues
Equi receſſus Danai, & in voto latent.
O patria, pulſas mille credidimus rates,
Solumque bello liberum. hic titulus fero
Inciſus. Hæc ad fata compoſitus Sinon
Firmabat, & mendacium in damnum potens.
Iam turba portis libera, ac bello carens:
Iam vota properant. Fletibus manant genæ.
Mentiſque pauidæ gaudium lacrumas habet,
Quas metus abegit. nanque Neptuno ſacer
Crinem ſolutus, omne Laocoon replet
Clamore vulgus. mox reducta caſpide
Vteri notauit fata: ſed tardant manus.
Latuſque reſilit, & dolis addit fidem.

Iterum tamen confirmat inualidam manum,
Altaque bipenni latera pertentat. fremit
Captiua pubes intus: &, dum murmurant,
Roborea moles ſpirat alieno metu.
Ibat iuuentus capta, dum Troiam capit.
Bellumque totum fraude ducebat noua.
Ecce alia monſtra: celſa qua Tenedos mare
Dorſo repellit, tumida conſurgunt freta,
Vndaque reſultat ſciſſa, tranquillo minor.
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus:
Longe refertur, cum premunt claſſes mare:
Pulſumque marmor abiete impoſita gemit.
Reſpicimus. angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates vt altæ, lateribus ſpumas agunt.
Dat cauda ſonitum. liberæ ponto iubæ
Conſentiunt luminibus. igneum iubar.
Incendit æquor. ſibilis vndæ tremunt.
Stupuere mentes. infulis ſtabant ſacri
Phrygioque cultu gemina nati pignora
Lauconte. quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci. paruulas illi manus
Ad ora referunt. neuter auxilio ſibi,
Vterque fratri tranſtulit pias vices.
Morſque ipſa miſeros mutuo perdit metu.
Accumulat ecce liberum funus parens
Infirmus auxiliator. inuadunt virum
In morte parci: membraque ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos inter aras victima,
Terramque plangit. Sic profanatis ſacris
Peritura Troia perdidit primum Deos.
Iam plena Phœbe candidum extulerat iubar,

Minora

Minora ducens astra radianti face:
Quum inter sepultos Priamidas nocte, & mero,
Danai relaxant claustra, & effundunt viros.
Tentant in armis se duces: ceu vbi solet
Nudo remissus Thessali quadrupes iugo
Ceruicem, & altas quatere ad excursum iubas.
Gladios retractant. commouent orbes manu.
Bellumque sumunt. hic graues alius mero
Obtruncat, & continuat in mortem vltimam
Somnos. ab aris alius accendit faces.
Contraque Troiam Troïa inuocat sacra.

DE MALIS MATIANIS.

Hæc poterant celeres precio tardare puellas.
Hæc fuerant Veneri iudice danda Phryge.
Nam sic ingenuo flauescunt mala colore:
Vt superent auro vera metalla suo.

MISCELA M. TER. VARRONIS.

DESCRIPTIO TEMPESTATIS.

REPENTE *noctis circiter meridiem,*
Quum pictus aer feruidis late ignibus
Cæli choreas astricas ostenderet:
Nubes aquales frigida velo leues
Cæli cauernas aureas subduxerant:
Ventique frigido se ab axe eruperant,
Phrenetici Septentrionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, sirus.
At nos caduci naufragij ciconiæ,
Quarum bipennis fulminis plumas vapos
Perussit alte, meste in terram cecidimus.

Et auiditatem ſperibus lactet ſuis.
Valete, meque palmulis producite.

CORONÆ.

Capitis corona faſciis tilligneis
Faciem labore flatili viridis premit.

FRAGMENTVM, DE CELEBRANTIBVS SACRA MAGNÆ MATRIS.

Animum meum mitto ſpeculatum toto orbe, vti
Quid facerent homines, quom experrecti ſient,
Me faceret certiorem: ſi quis ſumeret
Me melius operam, vt eius conſilio otius
Vigilium adminicularem noſtrum, qui videt
Alium curuantem extrema noctis tempora.
Sed nos, ſimulac ſummam in ſpeculam peruenimus,
Videmus populum Furiis inſtinctum tribus,
Diuerſim ferri exterritum formidine.
Aurora oſtrinum hic indutus ſupparum
Coronam ex auro, & gemmis fulgentem gerit,
Luce locum afficiens. * *

* * *

Nam quæ vetuſtas his adeſt gallantibus?
Quæ caſta ætas? *quæ veſtis adoleſcentium?*
Quæ teneris ſpecies?

ALIVD FRAGMENTVM, DE GENTIBVS CAVCASEIS.

Humanæ quandam ſtirpis gentem concoquit
Frigus, calore, atque humore aritudinem
Miſcens * *
Dum iis ſuberum cortex, aut cacuminæ
Morientum in quercu, & aritudine
Et exangui calore euireſcat color.

Morta

Mortalis nemo exaudit, sed late incolens
Scytharum inhospitalis campi vastitas.
Leuisomna uens sonorinas imagines
Affatur. non umbrantur somno pupulæ.

MISCELA PETRONII ARBITRI.

SOMNIA.

Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra Deum, nec ab æthere numina mittunt,
Sed sibi quisque facit. nam quum prostrata sopore
Languent membra, quies, & mens sinè pondere ludit.
Quicquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flamis miserandas sæuit in urbes:
Tela videt, versasque acies, & funera Regum,
Atque exundantes profuso sanguine campos.
Quin causas orare solent, legesque forumque,
Et pauido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes, defossumque inuenit aurum.
Venator saltus canibus quatit. eripit undis,
Aut premit euersam perituras nauita puppim.
Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
Et canis in somnis leporis uestigia latrat.
In noctis spatio miserorum uulnera durant.

ITEM.

Nocte soporifera uelut quum somnia ludunt
Errantes oculos: effossaque protulit aurum
In lucem tellus: uersat manus improba furtum,
Thesauroque rapit: sudor quoque proluit ora,
Candidiorque dies secreto fauit amori,
Et mentem timor altus habet, ne forte grauatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,

Veraque forma redit: animus, quod perdidit, optat:
Atque in præterita se totus imagine versat.

SAGA MVLIER.

Quicquid in orbe vides, paret mihi: florida Tellus,
Quum volo, spissatis arescit languida succis.
Quum volo, fundit aquas scopulis: atque horrida saxa
Niliades iaculantur aquas: mihi Pontus inertes
Submittit fluctus: Zephyrique tacentia ponunt
Ante meos sua flabra pedes: mihi flumina parent,
Hyrcanaque Tigres: iussi seruire Dracones.
Quid leuiora loquar? Luna descendit imago
Carminibus deducta meis: trepiduſque furentes
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. Taurorum flama quiescit
Virgineis extincta sacris. Phœbeia Circe
Carminibus Magicis socios mutauit Vlyssi.
Proteus esse solet, quicquid libet. His ego callens
Artibus, Idæos frutices in gurgite sistam,
Et rursum fluuios in summo vertice ponam.

DESCRIPTIO LOCI AMOENI.

Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras:
Et bacis redimita daphne, tremulaque cupressus:
Et circuntonsa trepidanti vertice pinus.
Has inter ludebat aquis ludentibus amnis
Spumeus, & querulo verſabat rore lapillos.
Dignus amore locus: testis siluestris Aëdon,
Atque vrbana Procne: quæ circum gramina fusæ,
Ac molles violas, cantu sua rura colebant.

ITEM.

Idæo quales fudit de vertice flores
Terra parens, quum se confessio vinxit amori
Iuppiter, & toto concepit pectore flamas.

Emicuere

Emicuere rosæ, violæque, & molle cyperum:
Albaque de viridi riserunt lilia prato.
Talis humus Venerem molles clamauit in herbas.

STYMPHALIDES, ET HARPYIÆ.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas
Ad cælum fugisse reor, sanieque fluentes
Harpyias, quum furtiuo maduere veneno
Fallaces epulæ. tremuit perterritus æther
Planctibus insolitis, confusaque regia Cæli.

EXPOSTVLATIO.

Quis furor, exclamat, pacem conuertit in arma?
Quid nostræ meruere manus? Non Troius hostis
Hac in classe vehit decepti pignus Atridæ.
Nec Medea furens fraterno sanguine pugnat.
Sed contemptus amor vires habet. & mihi fatæ
Hos inter fluctus, quis raptis euocat armis,
Cui non est mors vna satis? nec vincite pontum.
Gurgitibusque feris alios immittite fluctus.

LVSVS SOTADICVS.

Huc huc conuenite nunc Spatalocinædi:
Pede tendite: cursum addite: conuolate planta:
Femore facili, clune agili, & manu procaces,
Molles, veteres, Deliaci, manu recisi.

ITEM.

Ter corripui terribilem manu bipennem:
Ter languidior coliculi repente thyrso
Ferrum timui, quod trepido dabat mali vsum.
Nec iam poteram, quod modo conficere lubebat.
Nanque illa metu frigidior rigente bruma
Confugerat in viscera, mille operta rugis.
Iam non potui supplicio caput aperire.
Sed furcifera mortifero timore lusus

Ad

Ad verba magis, quæ poterant nocere, fugi.

FRAGMENTVM.

Triplici vides vt ortu
Triuiæ rotetur ignis:
Volucrique Phœbus axe
Totum pererret orbem.

* *

Anus recocta vino
Trementibus labellis.

* *

Memphitides puellæ
Sacris Deum paratæ.
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci
Ægyptius chereutes.

FRAGMENTVM.

Iam nunc ardentes Autumnus fregerat vmbras,
Atque hyemem tepidis ſpectabat Phœbus habenis.
Iam platanus iactare comas, iam cæperat vuas
Adnumerare ſuas deſecto palmite vitis.
Ante oculos ſtabat quicquid promiſerat annus.

ALIVD.

Sic & membra ſolent auras includere venis,
Quæ penitus merſæ, cum rurſus abire laborant,
Et rigidus ſtrictis qui regnat in oſſibus horror,
Verberibus rimantur iter: nec deſinit ante,
Quam tepidus laxo manauit corpore ſudor.

ALIVD.

Hæc ait, & tremulo deduxit vertice canos:
Conſecuitque genas. oculis nec deſuit imber.
Sed qualis rapitur per valles improbus amnis,
Cum gelidæ periere niues, & languidus Auſter

Non patitur glaciem resoluta viuere terra.
Gurgite sic pleno facies manauit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.

ALIVD.

Sic contra rerum naturæ munera tota
Coruus maturis frugibus ouà refert.

ALIVD DE DEORVM VINDICTA.

Non solum me numen, & implacabile fatum
Persequitur. prius Inachia Tirynthius iræ
Exagitatus, onus cæli tulit. ante profanus
Iunonem Pelias sensit. tulit inscius armà
Laomedon. gemini satiauit numinis iram
Telephus. & regnum Neptuni cauit Vlysses.
Me quoque per terras, per cani Nereos æquor
Hellespontiaci sequitur grauis ira Priapi.

FINIS.

IN-

INDEX TITVLORVM,

QVI

IN HISCE DVOBVS LIBRIS *habentur.*

PRIMO LIBRO CONTINENTVR.

In viros illustres. I
De vita tranquilla. II
In tenuis fortunæ homines. III
Omnium rerum vicissitudo. IV
In exules & miseros. V
Lasciua, & amatoria. VI
In illustrium virorum gesta, & monimenta. VII
De amicis. VIII
Munuscula, & xenia. IX
In luxum. X
Scommatica, famosa, ludicra, ridicularia. XI
Elogia illustrium virorum. XII
De vino. XIII
De Diis. XIV
Poëtica, & de Poëtis. XV
In auaritiam & pecuniam. XVI
Oracula, & ænigmatica. XVII
Gnomica, & didascalica. XVIII

SECVNDO LIBRO CONTINENTVR.

Astronomica.
Mensium descriptio.
Eorundem pictura.
Fragmentum ex P. Ter. Varronis Atacini Chorographia.
Ex eadem Chorographia situs ventorum.
Quatuor anni tempestatum pictura.
Q. Cicero de XII. signis.
Varronis de quinque zonis.
C. Iulii Solini Grammatici proœmium in Polyhistorem Ponticon.
Sulpitiæ Poetriæ Romanæ Ecloga.
C. Petronii Arbitri Troiæ halosis.
De malis Matianis.
Miscela Varronis.
Miscela Petronii.

NOMEN-

NOMENCLATVRA POETARVM,

EX

QVIBVS HÆC CATALECTA DIGESTA SVNT.

Q. *Ennius.*
M. Teren. Varro.
P. Teren. Varro Atacinus.
Puppius.
M. Actius Plautus Sarsinas.
C. Nævius.
M. Pacuuius.
Domitius Marsus.
C. Cæsar Germanicus.
M. Tul. Cicero.
Q. Cicero.
Pub. Virgilius Maro.
Furius Bibaculus.
C. Petronius Arbiter Afranius.
C. Laberius.
Porphyrius Poeta.
Porcius Licinius.
Q. Catulus.
L. Apuleius.
Galienus Imp.
Val. Ædituus.

C. Plinius Cæcilius Secundus.
C. Cæsar Octauianus Aug.
Laurea Tullius.
M. Val. Martialis.
C. Heluius Cinna.
P. Syrus Mimus.
L. Pomponius.
L. Manilius.
Ablabius Cos.
Iul. Florus.
Adr. Imp.
C. Iulius Cæsar Dictator.
C. Silo poeta.
C. Cassius Seuerus Parmensis.
Val. Catullus.
A. Septimius Serenus Faliscus.
C. Volcatius Sedigitus.
Sentius Augurinus.
Pollux.
Citerius Sidonius.
C. Iulius Solinus.
Sulpitia Romana Sappho.
Innominati Poetæ. Quorum potior pars est in hisce Catalectis.

FINIS.

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F. IN APPENDICEM P. VIRGILII MARONIS COMMENTARII ET CASTIGATIONES.

IOSEPHI
SCALIGERI
IVL. CÆS. F.

PRIMI LIBRI
DE
SUBTILITATE
AD
HIERONYMUM CARDANUM
EXERCITATIONES
CENTUM ET QUINQUAGINTA.

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F. COMMENTARII ET CASTIGATIONES IN CVLICEM P. VIRGILII MARONIS.

QVANQVAM hoc poematium quo anno ætatis suæ scripserit Virgilius, planè compertum non habemus: tamen maiorem natu scripsisse satis constat, quam voluerit eius vitæ auctor, ignobilis Grammaticus: qui annos tantùm quindecim natum vult hoc poematium confeciſſe. Cuius opinionis nostræ, vel duo maxima argumenta: vnum, quod Suetonius Tranquillus in vita Lucani, quæ adhuc formis excusa non est, ait Lucanum inter æqualium suorum plausus, quum magno successu, ac fauore poema aliquod à se compositum recitasset, vt ostenderet, quanto iunior, quam Virgilius, Poëticam attigisset, exultabundum dixisse: quantum mihi restat ad Culicem? quum tamen quo tempore hæc dicebat Lucanus, iam eam ætatem transcendisset. Nam Statius:

Hæc primo iuuenis canes sub æuo,
Ante annos Culicis Maroniani.

Quin & Pharsaliam ante annos Culicis Maroniani cecinisse ait idē Statius. Alterum est, quod Virgilius in Culice non excusaret stili leuitatem, nisi conscius sibi esset, maiora se aut scripsisse, aut scribere potuisse: vt facilè colligas non adeo tironem hæc lusisse. Esto. Si verum est, quod ait idem Grammaticus, Virgilium Octauio prius ob Mathematices, ac Medicinæ, & Veterinariæ rei scientiam, quam ob Poëticam facultatem notum fuisse: necesse est, vt minor xiv. annorum eas scientias omnes attigerit, quod & putare, ridiculum est. Aut quomodo quindecim tantum annos natus Octauio Culicem dedicauerit, quem iam grandior primum cognouit? An dicendum est non esse Octauium eum, qui postea Augustus dictus fuit? Nugæ. Sanè ille literator, quisquis est, satis habuit ex bonis auctoribus Suetonio, Pædiano, Hygeno, aliis, vitam Virgilij consarcinare, neque discrimen facere, neque, vt Lucilius ait, *signare linea alba.* Igitur quisquis es, memineris, non pueri ac tironis secundum eum Grammaticum, sed Virgilij ἀδρῆ καὶ τελείᾳ te opus legere: vt, quoties tanti viti rationem habueris, nihil habeas quoque, quo studium nostrum, quod in hoc poëmatio emaculando posuimus, reprehendas. Plus ei vetustas, an Correctorum audácia nocuerit, incertus sum. Vtrunque autem valde nocuisse cognoscent certo scio, qui nostras commentationculas cum eorum Correctorū emendationibus comparabunt.

PAG. 1. P. VIRGILI MARONIS CVLEX.] In veteri libro manuscripto ita conceptus erat titulus

IVVENALIS LVDI LIBELLVS INCIPIT.

Ita etiam Martialis de Monobiblo Propertij,

Cynthia facundi carmen iuuenale Properti.

Videtur enim conceptus titulus fuisse, Sex. Aureli Properti Iuuenalis monobiblos.

Hac propter culicis sunt] lego, *Hacpropter culicis sine carmina dicta.* Hacpropter, vt Quapropter. Varro:

Hacpropter omnes, qui laborant, inuocant.

Sed hæc lenia, ac minimi momenti. Illud vero, quod sequitur, non leue.

Omnis vt historiæ] Hæc sunt perturbatissima, καὶ ἀσύντακτα. lego,

Omnis vt historiæ proludens consonet ordo
Notitiæ, ducam vocem licet, inuidus absit.

Vt omnis ordo historiæ notitiæ consonet, ducam vocem. Deducam vocem in re tam tenui, & humili: vt stilus conueniat materiæ. Nam historia materia dixit, non historica, poëtice, vt:

Tempus & Arcadij memoranda referre magistri:

non Arcadici. & eodem modo *Gallia mulieres* apud Sallustium, citante Nonio, pro Gallicæ, more Græcorum, qui dicunt ἑλλὰς γυναῖκες. Sic Horatius, *Metaurum flumen, Stertinium acumen.* Vel potius dicendum: vt omnis ordo historiæ proludens consonet notitiæ. Ducere vocem, & deducere, vt ducere filum. Persistit in metaphora prima:

Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

Et per illud,

— *Inuidus absit*, deprecatur, καὶ ἀφθονῶ) inuidiam, vt in sacris — *Procul este profani. Proludens* habebat membrana quædam P. Pithœi Iurisc. eruditiss.

Ex his potes animaduertere, quam inepta sit vulgaris huius loci lectio.

Famaq; feretur] lege, *feratur*.

Et recinente lira] Repone ex veteribus manuscriptis, *Et recanente lyra*. Sallust. *Signa occanuere*; pro *occinerunt*.

Alma Chimeræo Xanthi] *Alma*, eleganter subintelligitur vrbs. Sic apud Varronem:

Ad Sybaritanam præclaram, in qua sunt tripodes, Craterra,

Anancæa populo nobilium Tarentinorum.

Subaudi vrbium. Sic & Propertius dixit *nobiles Misenas*, subintelligens vrbes.

Et te mirantem Thesproto subdita regno

Proxima Misenæ æquora nobilibus.

Si hæc vera scriptura est (nam in aliis est, *littoribus*, non *nobilibus*) intelligit, vt dixi, per Misenas vrbes, omnes illas, quæ in tractu Neapolitano erant, Cumas, Baias, Puteolos: vt Varro per Tarentinas nobiles, vrbes tractus Tarentini, in quibus Croton, & ipsum Tarentum. Propertius enim æquora vocat subdita Thesproti regno, quæ ab Abantibus, qui prius Thesprotiam incoluissent, deinde in magnam Græciam emigrassent, occupata fuerunt. Neapolin enim, & Cumas, aliasque præterea in ea regione vrbes condidisse nemo nescit. Quin & Columella in Hortulo, vbi ait,

— Cesproto litore Cumæ: ego corrigo, *Thesproto*.

Thesprotum litus vocat, quod ab Abantibus, qui ex Euboea insula in Thesprotiam, & ex ea, duce columba, in magnam Græciam venissent, occupatum fuit. Itaque & locum Columellæ emendamus, &

Pro-

Propertio lucem adferimus, qui immerito magnis viris negotium facessebat. satis enim nota res est: & quæ tanta ingenia exercere non debebat.

Xanthus] Reposuimus ex veteribus editionibus, & manuscriptis *Xanthi*: subintelligitur enim vrbs, vt suprà docuimus.

Seu nemus Asteriæ] Omnes antiquitus excusi, itemque schedæ Pithœi nostri, planè habent, *seu decus astriferum*. Hoc est cælum. Nam Phœbus etiam in cælo, vtpote qui idem sit cum sole. An legendum: *Seu specus œstriferum*. vt intelligatur specus, quod erat Delphis, vnde œstro percita reddebat oracula Pythiomantis. Prior coniectura melior. In libro manuscripto Contij I. C. *Seu decus astrigeri*.

Castaliæq; sonans] Malo, vt præ se ferunt membranæ Pithœi, quanquam corrupte:

— Seu qua Parnasiarupes
Hinc atque hinc patula prætendit cornua fronte,
Castalia & resonans liquido pede labitur vnda.

Castaliæ pede dixit, vt Horatius:

Mollis crepante linfa desilit pede.

Quanquam ambitiose dictum cauillatur χρόνου πόδα Aristophanes.

Et tu sancta Pales] Non solum commentitia hæc lectio, quod à manuscripta dissentiat; sed & ineptissima, quod nullam bonam sententiam efficiat. Illa membrana Pithœi habebat:

Et tu sancta Pales, ad quam ventura recurrit
Agrestum bona sors cura secura, tenes quæ
Herbiferos saltus nemorum, syluasq; virentes,
Te cultrice — &c. Alia item membrana eandem lectionem habet, quanquam paulo deprauatiorem.

Quid hic purius? quid dilucidius? Inuocat Palem, ad quam ait pertinere agrestum bonam sortem, hoc est copiam lactis: quia est νομία & pastoralis Dea. Quem prouentum lactis securum ab omni cura dixit: quia sine vlla cultura ac labore illud percipiunt pastores: quum contra agricolæ maximis sudoribus terram subigant, vt ex ea percipiant fructus. Cura secura Græcorum est, γυμνασίων ἀγύμνασος, ἱερῶν ἀνιέρωσος. Aristophaneum id paulo diuersius, sed non hoc loco alienum, τοὐμοῦ προθύρου προπύλαιος. Herbiferos saltus tenere ait: quia pabulo præsidet.

Te cultrice] Mallem, *Te tutrice vagus esse*. nisi (quod verius puto) *cultrix* sit hic habitatrix. Nam sequitur ἐπεξηγητικῶς — *tenes quæ*

Herbiferos saltus nemorum, filuasq; virentes.

Est autem Hellenismus. Et tu Pales, te tutrice. Et apud nescio quem, *me Consule prohibui*. In qua figura non infrequens est Plautus, & Gellius. Cuius ignorantia fecit, vt lectio mutaretur.

PAG. 2. *Oritur fiducia chartis*] In membrana Antonij Contij I. C. *castris*. recte. Tu, qui, vt veteres loquebantur, belli clues.

Sancte puer] Non ad ætatem referendum. Catullus:

— Est enim iocorum
Disertus puer, ac facetiarum. Infra:
Et tibi sancte puer —

Sancte puer] valde suspecta est lectio. Membrana Antonij Contij I. C. habebat

Triste Iouis ponitq; canit non pagina bellum. lego haud dubitanter:

Triste Iouis, Pœniq; canit non pagina bellum.

Triste Iouis bellum, vt puto, cum Capitolium obses-

obsessum à Brenno, aut potius cum conflagrauit. Imo, *triste Iouis bellum.* Giganteum.

Phlegra Gigantео.] *Phlegra tellus*, pro *Phlegræa*, vt *Metaurum flumen*, quanquam noue dictum videtur. Puto totum hunc locum ita legendum,

Triste Iouis, Pœniq; canit non pagina bellum,
Phlegra Gigantео. &c: vt *Phlegra* coniungatur cum illis, *Triste Iouis.*

Mollia sed tenui] Mendosus versiculus. Ita lego:

Mollia sed tenui percurrere carmina versu est.

Est eadem metaphora:

Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum:

nimirum à textura. Cuius verbum est, ordiri. Græcum est ὄρσημα, ἡ τολύπη τῆς ἐέων. Item, ὀρσιλόχη, χτενίσκος. *Percurrere carmina*, vt,

— Percurrens pectine telas. ἰσὸν ἐπιχρομένη.

Et tu sancte puer] Interpolatitia lectio, & inepta. Sed schedæ Pithœi bene habent:

Et tibi, sancte puer, memorabitur:
Et tibi certet &c.

Quam lectionem, quamuis deprauatam retinet Contij liber. Et tibi, inquit, memorabuntur absenti illa, quæ solent dici inter pocula, nempe ea, quæ sequuntur: *Et tibi certet &c.* Eius acclamationis meminit & Ouidius:

Et bene te, bene me, patria pater optime, dixi.

Itemque & Tibullus ad Messalam:

Et bene Messalam sua quisque ad pocula dicat.
Nomen & absentu singula verba sonent.

Plautus Milite:

Bene, quæso, dicatis inter vos & mihi absenti tamen.

Idem erat & *Bene vixis*, aut *vixeris*. Quod colligo ex

verbis Dionis: ἐφ' ᾧ δὴ παραχρῆμα πάντες, in vita Commodi Imp. τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι, ἐξεβόησαν, ΖΗΣΕΙΑΣ. Suidas hæc interpretans, τὸ ζήσεας, inquit, ἐπὶ τῶν τελέσειας τὴν ζωὴν φασὶν οἱ γραμματικοί. Nam quod in malam partem interpretati sint, eo spectat, quia, vt alibi diximus, quem actores εὐφημοῦντες volebant dicere mortuum, dicebant, VIXIT. vt Cicero de coniuratis, VIXERVNT. Plautus Bacchidibus:

Video nimio iam multo plus, quam volueram.
Vixisse nimio satius est, quàm viuere. Et in Captiuis:
Nūc illud est, cum me fuisse, quā esse nimio mauelim.

Gloria perpetuum lucis] Manu scripta, & antiquitus edita lectio, *lucens*, non *lucis*. ergo repone.

Et tibi sede pia] Vt — *tibi brachia contrahit ardens Scorpius.* —

Et tibi sospes] Sospitem vitam cum omni bonorum copia precatur. quod Græci vno verbo eleganter πλουθυγίειαν dicunt.

Grata bonis lucens] Græci poëtæ, ἀγαθοῖς φλέγουσα. Æschyl.

Igneus æthereus] Excerpta Pithœi in illa membrana habebant, *etneas*. Ego lego, *œteas*. Nam ab OEta Oriens in Græcia.

Lurida qua.] Eadem ἐκλεγόμενα habebant
Humida qua patulos velabant gramina flores.

Quam quur mutemus, caussæ profecto non est. Intelligit enim flores, qui subinde in pratis nasci solent. Sed membranæ Contij habebant *Lucida*. vnde *Lurida* factum est. *Lucida* ergo recte, propter rorem.

Scrupea deserta perrepunt] Membrana Contij *Scrupea desertis ærebant*, pro *hærebant*, quod puto verius esse.

esse. Nam hærent & pendent capræ & capreæ rupibus.

Dumosa pendent procul de rupe capellæ.

Densaq; virgultis] *Labruscum* neutro genere enunciatum à Virgilio, iam olim notauit Nonius.

PAG. 3. *Imminet in riui*] Non est dubitandum hic maculas aspersas esse. Ego lego igitur:

Imminet irrigui præstanti marginis vndæ.

irrigui marginis, διαῤῥύτου πλαταμῶνος.

Præstantis] Nescio an legendum *Properanti.*

Omnia luxuriæ preciis] pro *preciis* iam olim emendabamus *prauis.* Quam coniecturam cõfirmat quædam vetus membrana, in qua paucula ex hac digressione excerpta erant. Membrana tamen Pithœi aliter habet: — *Et probet illis*

Omnia luxuriæ preciis incognita, vitans

Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.

Quæ lectio longe optima est, modo pro *illis* legatur *illic.* Ergo τὸ *illic* est apud pastores.

Quæ lacerant] Poëtæ θυμαλγέας μελεδῶνας.

Sublaqueare] Distinguendum, *Sub laqueare.* Laquear, est lacunar.

Vere notat] In illis schedis pro *dulci* & *coloribus, duris,* & *ligonibus* legebatur,

Vere notat duris distincta ligonibus arua.

Recinente palustri] Membrana Contij, *recanente,* vt supra *Et recanente lira.*

Viridi cum palmite] Ex altera membrana repone:

Pollentemq; sibi viridi cum palmite ludens

Tmolia pampineo subter coma velat amictu.

ludens à flatu venti scilicet. Varro, *Capitis corona fasciis tiligneis Faciem labore flatili viridis premit.*

Et ne-

Et nemus] Eadem altera scheda:

Et nemus, & fœcunda palus, & vallibus intus &c.

Intus est ἔνδοθεν haud dubie: crebertimum Plauto, quæ lectio etiam extat in Contiana membrana. Tamen in scheda Pithœi ἀκροτελεύτιον huius versus desinebat in — *mollis Iacchus*. Vt possis cognoscere non hodie primum hos errores incepisse. *mollis Iacchus* esset, θῆλυς ἴακχος.

Quis magis] *Qui*, non, *quis* ἀρχαϊκῶς habent, & manu scriptus codex, & antiquiores excusi. Est autem Hellenismus, *magis beatior*. Ad verbũ Aristophanes: Τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος; Hoc autem archaismo vtitur sæpe Plautus, vt: *magis maiores nugas egerit*. Item,

Tum nihil inuenies magis hoc certo certius.

PAG. 4. *Huc imminet*] Non deterius erat in prisca membrana:

— *Huc mittit, & omnes*
Dirigit huc sensus — Persius:
Est aliquid, quo tendis, & in quod dirigis arcum.

Quolibet vt requie] Puto, *Qualibet vt requie*. Nisi legendum sit

Quolibet vt requies victu contentus abundet.

Requies pro *requietus*, vt *irrequies* pro *irrequietus*.

Talibus in studiis] Hic sane præter alia, grassata est Correctorum audacia: quod tamen sine ope veteris schedæ non potuissem deprehendere. In ea enim hæc dicuntur γενικῶς in illo vitę pastoralis μαναρισμῷ, non autem ἰδικῶς de nostro pastore, de quo factum est hoc opusculum. Totum igitur locum apponam, ne singula minima persequendo mihi molestiam, lectori fastidium pariam.

O pecu-

O pecudes, o Panes, & o gratissima Tempe
Fontis Hamadryadum: quarum non diuite cultu
Æmulus Ascræo pastor sibi quisque poeta
Securam placido traduxit pectore vitam
Dulcibus in studiis, baculo dum nixus apricas
Lætus agit curas: & dum non arte canora
Compacta solidum modulatur arundine carmen,
Quem circa fessa passim cubuere capellæ.
Hu superat gelidis manans è fontibus vnda,
Quæ lenibus placidum riuis sonet orta liquorem.
At volucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonantia cantus.
Hinc illi geminas auium vox obstrepit aures.
Hinc querulas referunt voces, quæ nantia limo
Corpora linfa fouet. sonitus alit aeris Echo.
Argutis & culta fremunt ardore cicadis.
Seu libet ad fontem densa requiescere in vmbra
Excelsis supra dumis: quos leniter afflans
Aura susurrantis possit confundere venti:
Anxius insidiis nullis, & lentus in herbis
Concipit hic mitem proiectus membra soporem,
Tendit vt euectus radios Hyperionis ardor,
Lucidaq; atherio ponit discrimina mundo,
Et iacit Oceanum flammas in vtrunque rapaces.
Et iam compellente &c.

In his ergo ordini suo restituendis multum adiuti sumus illa schedula, quæ ita eo ordine disposita hæc habebat. Vt possis agnoscere quanta audacia hæc immutarant Correctores isti, quum ea non solum Pastori huic attribuerent, quæ Virgilius in genere omni vitam rusticam colenti: sed &, vt ita accommodarent, omnem ordinem peruerterunt. Est autem

tem tanti momenti hic locus, vt non solum propter luculentam sententiam suauissima digressione explicatam commendari debeat, sed & quam propter hanc insignem restitutionem nostram diligenti lectori considerare, & perpendere opus sit. Vbi etiam retraximus è fuga versiculum, qui ab omnibus editionibus aberat:

Seu libet ad fontem densa requiescere in vmbra.

Nunc ad reliqua.

Compacta solidum] *Solidum carmen*, nulla ægritudine contaminatum, nullis superuenientibus curis interpellatum.

Tendit ineuectus] Idem verbum & infra: *iret ineuectus cælum super* — Qui sane locus ansam hunc corrumpendi audacibus hominibus dedit. Nam veteres editiones habent, *Tendit & euectus*. vnde, ita postulante sententia, fecimus, *Tendit vt euectus*. Sic supra

— Vel euectus finem transcendit habendi.

Repetebant ad vada] ἀρχαϊσμός, vt Plautus: *visere ad aliquem*. mallem tamen — *repebant ad vada*. Quod Syracusanum est. Nam ἰέναι Syracusij, & Tarentini pro *ire* ponunt: ita semper vsurpat Theocritus. Alioquin caprarum est *repere*, vt supra — *deserta repebant ad caua rupis*. Quanquam vetus lectio repugnat.

Luco residere virenti] cogebat pecudes in vmbras residere luco virenti. Ita Horatius,

Descende Torquato iubente
Promere languidiora vina. ἰλλυσμός.

— quo quondam victa] Hæc omnia confusa, & corrupta puto. Nam & ordo perturbatus, & maculæ inoleuerunt. Quare ita lego:

— *quo*

— quo quondam victa furore
Venit Nyctilei, fugiens Cadmeis Agaue
Posterius pœnam natis è morte futuram.

Nam sane Agaue non fugiebat Nyctileum, quem non offenderat, cum eius ministra esset. Imo melius cessisset ei, si fugisset. Non enim eius nimius cultus iactura nati illi constitisset. Imo hoc vult poëta, in eum lucum, in quem Agaue victa furore Bacchi, metuens pœnam, hoc est ἄγος, quod imminebat eius posteritati propter interfectum Pentheum, confugerat, compulisse pastorem pecudes suas.

Posterius pœnam] Correximus ergo:

Posterius pœnam natis è morte futuram.

Pœnam futuram posterius natis è morte Penthei. ἄγος illud, quod totam posteritatem persequitur, donec expiatum esset, ex veteri superstitione veterum intelligit. Sic Horatius:

Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere. —

Nihil enim aliud, quam ἄγος illud intelligit. vbi & *postmodo natis* dixit, vt hic Virgilius, *Posterius natis.* Theognis fere, vt Horatius:

ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς τῖσε κακὸν χρέος, ὃς δὲ φίλοισιν
ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν.

Inde ἐναγεῖς dicuntur piaculo nexi, οἱ νεμεσητόν τι πάσχοντες.

Restantem tenuit ripis, siluasq; canendo] Contiana membrana, *riuis*, non *ripis*. Omnino legendum

Tantum non Orpheus Hebrum
Restantem tenuit, riuis, siluisq; canendo.

Cecinit enim siluis & riuis, & riuos restantes, siluas mobiles fecit.

Quan-

Quantum te Peneu] Quia paulo ante dixerat, *tantum non Orpheus*, putarunt hic ἀβαπτιδοπικὸν deesse. Ita hic *Quantum* posuerunt. Atquin legendum: *Non tam te Peneu*. Comparat amœnitatem illius loci cum eo, in quo Orpheus cecinit, item cum eo, in quo nuptiæ Pelei, & Thetidis celebratæ sunt: in quo describendo imitatur Catullum, qui eas nuptias egregio carmine celebrat: adeo, vt & in arboribus describendis eiusdem vestigiis semper insistat. Totus autem versus ita legendus est:

Non tam te, Peneu, remorata est dia chorea.

Nam eam choream describit luculente Catullus.

PAG. 5. *Aeriæ platani*] reponendum ex veteribus excusis, *Aeriæ platanus*. sic infra: *vmbrosæ fagus*. ἀρχαϊσμὸς, & in Georgicis dixit *fagus* pro *fagos*.

impia Lotos] *Impia*, eadem figura Horatio:

Impia (nam quid potuere maius?)
Impia. duro potuere sponsos
Perdere ferro. Et Catullo:
Ignaro mater substernens se impia nato,
Impia non verita est diuos scelerare Penates.

Alludit autem ad metamorphosin Loti, quam ex XI Geoponicon petas licet. Porro omnes hæ descriptiones, quanuis nil aliud sunt, quam πάρεργα; tamen meliorem partem poematis occuparunt, vt materiæ ipsius præcipuæ minima hic pars sit. Nam in Catullo totũ fere tempus in descriptione puluinaris, Ariadnæ conquestione, & Parcarum carmine conteritur: nuptiarum verò ipsarum minima ratio. Hic vero circa laudes vitæ rusticanæ, pastorum bona, arborum descriptiones, inferorum argumenta, multum satagitur: de Culice vero, quantum dici potuit, tantum

tum dicitur, hoc est minimum. In pictura enim tam tenui, nisi parerga adhibueris, quid dignum oculis proponi potest?

Ambustos Phaethon] lege *Ambustus.*

Candida fundebant tentis velamina ramis] Nihil muto. Tamen aliquando putaui legendum, — *lentis sudamina ramis.* id est, electra.

Tentis velamina] Scripsimus *lentis*, non *tentis.* Paulo inferius de iisdem,

Ipsaq; excedunt ad summa cacumina lenta,

id est, ῥαδιναί.

Perfidiæ lamenta] vetus editio: *Perfida lamentandi mala.* Corrigo: *Perfida lamentanda diu mala* — *Perfidum malum*, hoc est perfidia. vt *solstitialis dies*, solstitium Ciceroni. reliquit illi lamentanda mala, quæ sæpe lacrymet. Nam eius gummi, lactyma. Tamen malim, *Perfidiæ lamentandi mala.*

Perfida multis] lego — *perfide multis,*

Perfide Demophoon.

Perfide multis, non solum mihi, sed & multis puellis. Propertius:

Perfide, nec cuiquam melior sperande puellæ.

Et repetitio illa amœna. Catullus:

Siccine me patriis abductam, perfide, ab oris
Perfide deserto liquisti in littore, Theseu?

Et nunc defende puellam] Inepte, membrana Cortiana *puellis.* Sane legendum,

— *Perfide multis,*

Perfide Demophoon & nunc defende puellis.

Multis puellis perfide, & iisdem defende, vel lamentande: quemadmodum paulo ante dixit lamentari mala perfidiæ: Et sane valde congruit huic

loco Propertianus versus, paulo ante à nobis adductus.

Fatalia carmina] fatidicæ quercus, μαντικῆς. Nam in Dodona reddebant oraculum.

Proceras decorat] lego:

Proceras decorans siluas hirsuta per artus.

Hirsuta per artus] Ouidius Metamorph. x i.

— Hirsutaq; vertice pinus.

Sed videtur hiulca oratio. Puto legendum,

Hic magnum Argoæ naui decus edita pinus
Proceras decorat siluas; hic suberis arbos,
Appetit aëriis contingere motibus astra.

Scriptum erit *aruos* pro *arbos*, vnde factum *artus*, ineptissime. Quanquam suberis arbore sunt aliæ longe procerieres.

Contingere motibus] Non damno. tamen mallem motibus. ὀρέγεσθαι ἄστρων. Intelligit quod poëtæ dicunt βλωθρόν.

Et læta cupressus] læta esset ἀμφιλαφής, quæ tamen habeat minutissima folia, & vt res ipsa docet, læta esse, & ἀμφιλαφὴς nõ potest. Non omittam coniecturam optimi & eruditissimi amici nostri Oberti Gifanij, qui legit, *lethea cupressus*. Nam funebris arbor.

Quis aderat veteris Myrtus] Non est, quod putat bonus Domitius. Sed alluditur ad Myrti Metamorphosin. quam vide in x i. Geoponicon. Post hunc versum autem non qui statim (nam quo referendi erant, superius indicauimus) sed alij, qui multis interiectis sequuntur, huc reiiciendi sunt.

Pastor vt ad fontes densa requietis in vmbra
Securo pressos somno mandauerat artus,
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,

Ni fors

Ni fors incertos iussisset dicere casus.
Nam solitam &c.

Et ita perturbatissimo loco hac via facillime consuletur.

His suberat] vetus scriptura: *His superat*. malim, *superet*. Non erat hic locus hæc explicandi, cum in alium locum reiecerimus: sed vulgatam editionem sequimur, vt in sequentibus.

Quæ leuibus] Melius, *Quæ leuibus placido riuis sonat orta liquore.*

Et quanquam geminas] Repone ex veteri: *Hinc illi geminas.*

Geminas auium vox] *geminas aures*; ἀμφιδύμας ἀκοάς. Catullus:

Roseis vt hic labellis palans sonitus abit,
Geminasq; vox Deæ aures noua nuncia referit.

Ita enim depranatus locus Catulli legendus est.

Hãc querulæ] Repone ex veteri scheda: *Hinc querulas.*

Quæ nantia] Corrige ex veteri scriptura, *quæ nantia.* λιμναῖα κρωσσῶν τέκνα. Aristoph.

PAG. 6. *Argutis & cunctæ.*] Vetus scriptura *culta.*

Aura susurrantis posset] Contianus liber *poscit*, id est, πτεροῖ.

Iussisset ducere casus] lego, *iussisset dicere.* Ni fors iussisset, vel coegisset nos fateri incertas esse, & instabiles vices humanas.

Tractibus hydræ] ex veteri scriptura & editione, *tractibus iisdem.*

Pallebant auræ] Statius de serpente Nemeeo.

— percussa calidis afflatibus auræ
Qua tulit ora, cadunt: moriturq; ad sibila campus.

Vetus editio *Tollebãt*, nõ *Pallebant*. Fortasse *squallebant.*

Squallebant aura vehementis ad omina visus.

Nam sine dubio *omina* non *omnia* legendum. *Vehementis* habent veteres editiones.

Obuia torua] quæcunque ipsi toruo obuia erant.

Sæpius arripiens infrendere] *Arrepens*, non *arripiens*. *Infrendere*, non *infringere* habent veteres editiones, & scripta membrana Contij. Itaque, vt alibi annotamus, *Defrensa* in veteri Glossario exponitur, ἄρυρα θερισθεῖσα, quasi fracta seges. & *Defrens*, ἄρυρα, θερισμός. Catullus idem exprimit:

Abit, infremit, refringit virgulta pede vago.

Cui cuncta paranti] lege: — *quo cuncta parante.* Cuius rei extant vestigia in antiquitus excusis. *Cuncta facere*, genus loquendi non vulgare in vtraque lingua. Quod fere dicebant de irrito conatu. Cicero v. de Finibus. *At vero facere omnia, vt adipiscamur, quæ secundum naturam sunt*, &c. Martialis lepide lusit:

Omnia quum fecit, Thaida Thais olet.

Euripides Eraclidis:

μόλις δὲ πάντα δρῶντες, οὐκ ἄτερ πόνων
ἐτρεψάμεσθ' ἀργεῖον ἐς φυγὴν δόρυ.

Eubulus Comicus:

ἐγὼ κεχόρτασμαι μὲν, ἄνδρες, οὐ κακῶς.
ἀλλ' εἰμὶ πλήρης, ὥστε καὶ μόλις πάνυ
ὑπεδησάμην, ἅπαντα δρῶν, τὰς ἐμβάδας.

Sic infra:

Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu. Hoc est, πάντα ποιῶν ἵνα πίῃ. Nisi sit, ἐπὶ πᾶν δίψης ἰών. Petronius apertius: *Quæ ergo dementia est, omnia facere, ne quid è nobis relinquat sepultura?*

Monet per acumina] lego cum veteribus excusis:

Et mortem vitare monet, per culmina nanque

Qua diducta genas, &c. Culmina, τὺς κροτάφυς vocat.

PAG. 7. *Qua diducta genas*] *gena* hic αἱ βλεφαρίδες. Ennius:

Pandite sulti' genas, & corde relinquite somnum.

Melius ergo *obdebant*, quam *pandebant*. Nam veteres excusi, *ponebant*. Et fortasse bene. *Ponebant*, pro *abdebant* rectum est.

Ac leuioris] lege, vt antiquitus excusi,

Ac senioris erat naturæ pupula. — araneosam cutem & senilem, hoc est rugosam intelligit. Nam sane senem hunc pastorē ab eo induci patet ex alio loco:

Quantumcunque sibi vires tribuere seniles.

Tum torua tenentem Lumina] Fortasse:

— *tum torua tuentem Lumine* — Sed nihil mutandum. *Tenentem lumina* est, immotis luminibus stantem.

Vix compos mente refugit] repone ex veteribus *resurgit. compos mente*, ἀρχαϊσμός. vt Plautus, *vino cupidæ*. vt Ennius — *studiosum robore belli.*

Nanque illi] Iste versus ὑπονοθεύει. neque in veteribus excusis reperitur, & sententiæ concinnitati repugnat. Namque omnino legendum:

Cui casus sociarit opem, numenve Deorum,
Prodere sit dubium.

Imo potius;

Qui (casus sociarit opem, numenve Deorum)
Horrida squamosi, &c.

Vt duo illi versus sint perperam interpositi.

Namque illi d. v. c. D. *Prodere, s. d. v. s. v. t.*

Illa autem: *timor obcæcauerat artus*, includenda sunt parenthesi. *Qui*, hoc est; *quo trunco*, ἀρχαϊκῶς, *Qui* pro, *quo*. Siue, inquit, casus siue Deus illi opitulatus sit.

Nam ita hæc iungunt veteres; Casus, Prouidentia, Fors, Ratio. Horatius: *Seu fors, seu Ratio dederit.* Hæc est vera lectio. Ex Epicurea schola est, Fors, Casus; ex Stoïca, Ratio, Prouidentia. Epicurus εἰκῇ omnia, Stoici προνοίᾳ fieri sciscebant.

Fœdeq́, petentis] lego *patentis.* patet ictibus, qui nullo modo aduersarij ictus repellit, sed recipit.

Cingunt qua tempora cristam] Legendum *cristæ.*

Omni languore remoto.] lege, *somni.* Vix tum primum expergiscebatur.

Iam quatit &] *Quatit*, supple flagrum. quod mulionum, & aurigarum est signum, καὶ σύνθεμα, quum profecturi sunt. Iuuenal: — *Mota iam mulio virga*

Annuit. &c.

tamen malo: *Iam quatiens biiuges.* supra:

Et piger aurato quatiebat lumina curru.

Effigies ad eum] Effigiem τὸ εἴδωλον vertit. Tamen potuerat dicere spectrum. Sed nondum satis erat in vsu. Primus enim Catius Insuber, Epicuri εἴδωλα *spectra* vertit. auctor Cicero. Lucillius, quia eo tempore Romani, quomodo Latine dicerent, non habebant, Græcam vocem vsurpauit:

Eidola, atque atomos vincere Epicuri volam.

Inquit, quid meritus] Mihi videtur melius legi posse:

Quis meritis, inquit, aut quæ delatus.

Nam etiam *meritis* erat in membrana Contiana. Quæ delatus: deferor hoc crimen, est ἀρχαϊσμός.

PAG. 8. *Verbera Pœna*] Hic pœna est Furia, vt infra:

Ergo iam caussam mortis me dicere vincta

Verberibus sæuo cogunt ab iudice Pœnæ.

Sic Græce ποινή. Scriptor nescio quis apud Suidam: πάντων ἀσεβημάτων, καὶ παρανομημάτων, ὧν εἰργάσαντο, παρέστη-

παρέστησαν αὐτῷ τινὰς ἐρινῦς, καὶ ποινὰς, καὶ προστροπαίους τῶν δι' ἐκείνων ἠτυχηκότων. & in Axiocho: λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι ποινῶν. Plutarchus Ερωτικῷ: καὶ ποινὰς καλοῦσιν αὐτὰς, καὶ τοῖς ἀνδράσιν ὀργιζομένας, ὅτι σωφρονοῦσι. In eam partem, in quam accepit Plutarchus, interpretandum apophthegma de vxore, ἢν μὲν αἰσχρὰν, ποινὴν· ἢν δὲ καλὴν, κοινήν. Terentius Eunucho *cruces* vocat.

— illis crucibus, qui nos nostramq; adolescentiam
Habent despicatam —

Varro Eumenidibus:

Tertia Pœnarum, Infamia,
Stans nexa in volgi pectore.

Nam prius dixerat:

Videmus populum Furiis instinctum tribus
Diuersim ferri, exterritum formidine.

Ex tribus illis Furiis, ac Pœnis tertiam ponit Infamiam. Corrector ergo, quisquis fuit ille, non intellexit, Pœnæ nomine hic Furiam accipi debere. Quo factum, vt postea sequentem versum corruperit.

Flagrant latratibus] lege, *flagrans*. ἀπὸ κοινοῦ, *sæua quatit verbera*. & ita melius concinnitati & lectioni consuletur.

Horrent cui colla] Sed non displicet id, quod in veteribus editionibus reperi, *arent cui colla*. Nam squallere, & arere pro eadem re ponebant veteres.

Præmia sunt pietatis] Concinnius puto,

Præmia vbi pietatis? vbi pietatis honores?
In vanas abiere vices. — Simile Catulli:
Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benigne est.

Pietatis honores?] *Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?*

Fit pœna merenti] Corruptissima hæc sunt, & perturbatissima. Ita lego: — *sit pœna merenti,*

Pœna sit exitium, modo, si cui grata voluntas,
Exiſtat par officium —

Age plectar sane, & mihi pœna pro beneficio sit, dum tamen si cui gratus animus est, is parem gratiam mihi referat. si qua est gratia, mutuis officiis me remuneretur.

Quem circa tristes] Hinc alio diuulsi sunt versus, quos ita in suas sedes postliminio restituimus:

Quem circa tristes densentur in omnia pœnæ,
Atque alias alio densent super agmine turmas.
Terreor à tantis insistere, terreor vmbris.
Nam vinctus sedet &c.

Densentur in omnia] Sic alibi loquitur:

Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.

Implacabilis ira nimis] Vetus editio:

Implacabilis ita iacet viuus alitis esca.

Ex quibus lego,

Implacabilibus Diuis iacet alitis esca.
Ad stygias reuocatus &c.

Otia quærentem frustra.] Malo ex veteribus editionibus:

Otia quærentes frustra sub lite puellæ
Ite, quibus tædas accendit tristis Erinnys,
Sicui hymen præfata dedit connubia mortis:
Impietate fera cum cernam Colchida matrem.
Anxia sollicitis &c.

Postrema enim de industria reponimus, *sub lite*. nam certatim ἡ φιλοπαίμων dolia implent. Facile absoluit Danaïdas, cum videat maius scelus à Medea patrari, nimirum natorum cædem.

Sicut

Sicut hymen] Correximus: *ſicui hymen.*

PAG. 9. *Vecordem Colchida*] Flagitioſe hæc mutarunt. Nos ex veteribus editionibus, — *quum cernam Colchida* &c. Et ſic poſtea in libro Contij ſcriptum reperi.

Quarum vox Ityn] Neque ſententia; neque ſyllaba conſtant. neq. ambæ illæ aues Ityn referunt, ſed Procne tantum. quanquam potuit hæc confundere poëta. ex veſtigiis priſcæ editionis repono:

Quarum vox querula eſt. Superas quoque Biſtonius
Rex
Orbus Epops mœret volucres euectus in auras.

Iam truculenta ferunt, infeſtaq; vulnera] Puto rectius eſſe, quod habet membrana Contij I.C.

Iam truculenta ferunt infeſtaq; lumina corpus,
Alter in alterius.

Eheu mutandus] Hi verſus alieni loci inſeſſores ſunt, & interdicto de vi eiiciendi. Quibus vindiciis in eos agamus, poſtea dicemus ſub finem colloquij Culicis.

Ipſa ſuis fatis] Nihil argutius hac lectione. quæ tamen tanquam ſorex indicio ſuo periit. Nam in obſoletis editionibus longe diuerſior concepta lectio:

Hic Chalcedonias Admeti cura morata eſt.

Næ audax nimis fuit ille, qui, quod ignorabat, id mutauit. Melius enim fuit hæc præterire, quam corrumpere. ſed melius, vt puto, erit & interpretari. An opponit Chalcedonias mulieres Alceſtidi, vt videatur, quomodo eius in Admetum maritum pietas inſignis, ſic harum neſcio quod deteſtabile facinus in maritos ſuos fuiſſe? In hiſtoriis quidem legimus Chalcedonias mulieres, quum loquerentur cum

viris, dimidiam oris partem tegere solitas, quod puderet eas concubuisse cum peregrinis ac seruis. Videretur ergo Virgilius velle innuere, eas propter seruos, interfecisse maritos suos. quanquam Plutarchus dicit earum viros periisse in bello, quod cum Bithynis gesserant, ac cum seruis concubuisse. Ergo ita mens esset Maronis: Alcestis apud inferos caret omni cura, & pœnarum immunis est. Cuius mirum amoris exemplum in maritum omnes Chalcedonias, quibus diuersa fuit de maritis cura, remoratum est, ne in eandem sedem scilicet ingrediantur, quam Proserpina piis vxoribus, Alcestidi, Penelopæ, & Eurydicæ assignauit. Sæuam curam vocauit, quod, vt marito consuleret, sibi non pepercit. Si corrector ille hac saltem modestia auctori consultum voluisset, vt quiduis potius auderet, quam vt hoc vlcus tangeret, & plus gloriæ apud me consequutus fuisset, & inuidiæ minus. Sed hoc contenti non erimus. Putamus enim sine dubio, legendum esse,

Isthic Alcyonas Admeti cura morata est.

Exemplum Alcestidis moratum est Alcyonas. Hoc est, stupuerunt Alcyones exemplum simile Alcestidis in maritum. Alcyonis pietas in maritum nota est ex fabulis. *Alcyonas* elegantius dixit numero plurali, pro cæteris, quæ similiter ex luctu de morte maritorum perierant. qua de re eleganter disputat Dionysius Longinus περὶ ὕψους. Quin & puto allusum ad poëma Ciceronis, cuius titulus erat, *Alcyones*. auctor Capitolinus in Gordianis.

Fœmineum incorrupta] Priores excusi *concepta*. Quæ vera est lectio. Concepta decus, ἀρχαϊσμός.

Et

Et nunc manet Orpheus in te] Lege:

Et nunc in te manet Orpheu.

Nec mœsta obtentu diro] Interpolatum ex prisca editione:

Nec mœsta obtentu ditis ferrugine regna.

Lego *obtenta* non *obtentu. obtenta ferrugine.*

Defossasq; domos] In membrana Contiana, *Nefosasq; domos.* Sane veteres Romani *Cnefosum* pro obscuro dicebant, teste Festo, παρὰ τὸ κνέφας. Sed an ita scripserit Virgilius nec ne, liquido non deierarim.

Nec faciles Ditis] Et Æneid. vj.

Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.

Mallem tamen, — *nec faciles Dicteo iudice sedes.* Dicteus iudex est Minos. ἀπρόσιτοι ἕδραι διὰ τὸν δυσπαραίτητον κριτὴν, τὸν δικταῖον.

Iudice, qui n. p. mortem vindicat acta] Vetus membrana, *Iudicat.*

PAG. 10. *Diuæ exorabile numen*] Veteres excusi — *diuæ exorabile mortis.* Ergo:

Eurydicenq; vltro ducendam reddere non fas
Non erat in vitam diræ exorabile mortis:

Hæc eadem lyra potuit te vincere, o Proserpina: & iam eo res redierat, vt leges mortis non vetarent Eurydicen in lucem reddere. οὐκ ἦσαν θεσμοὶ θανάτου ἀπαραίτητοι, μὴ οὐχὶ πάλιν εἰς φῶς τὴν εὐρυδίκην ἀνάγειν. Porro quam omnes Eurydicen, eam Mimnermus vocat Agriopen.

Corrupit munera] Repono ex antiquitus excusis, & ex membrana Contij, *Corrupit limina.* Vetuerat enim Proserpina loqui intra limina, & respicere.

Paruum si Tartara] Melius priscæ editiones, quas tamen ita interpungimus:

Dignus

Dignus amor venia, gratum si Tartara nossent
Peccatum meminisse. Graue: at vos &c.

Si Tartara nossent meminisse peccatum gratum, hoc est æqui boni consulere. imo peccatum gratum, quod est gratuitum. Sic gratum mendacium posset quis dicere, quod nulla mercede quis, sed solo garrulitatis morbo motus mentitur. quod Græci dicunt ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν. Idem ergo extulit & in Georgicis:

Quum subito incautum dementia cepit amantem,
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes.

Putarem tamen melius legi posse: *Peccatum minus esse.* qua figura Petronius: *Quisquis inops peccat minor est reus.* Ita hic, quisquis in gratiam alicuius peccat, minor est reus.

Graue] Ita putamus distinguendum, vt sua periodo intercipiatur. Sic Horatius:

Durum. sed leuius fit patientia
Quicquid corrigere est nefas.

Hic *Graue*, vt in Horatio, *Durum*. Graue quidem, inquit: at vos pro hac iactura, vos, inquit, manet beatorum sedes. Orpheum & Eurydicen per apostrophen alloquitur.

Lætantur numina] Lego *munia*. id est præfecturam Aeaci, quam obtinet ille apud inferos. Telamonis virtus Græcanicum est, ἷς τελαμῶνος, βίη πριάμοιο.

Hunc rapuit feritas] Quia fuit ἄγριός τις. propterea ipsi fauit Virtus. sicut contra Venus Peleo, qui ἀπράγμων fuit, vt vxorem Thetidem meruerit. Quare impudenter nimis fecit ille, qui nuper edidit: *Hunc rapuit serua.* & quænam fuit illa serua? Non Hesionem putat, si sapit. At Aiacem filium rapuit

Tecmessa

Tecmessa ancilla. Sed quam Homerus ἠνορέην vocat, feritatem Virgilius vertit, vt & paulo post — *torua feritate repulsos.*

Aßidet hac iuuenis] quam proxime potero, ad veteris editionis vestigia accedam:

Aßidet hac iuuenis sociatæ gloria sortis
Alter, in excursu referens à nauibus ignes
Argolicis Phrygios torua feritate repulsos.

Acer, inexcussus] Veteres duæ membranæ, *Alter in excidium: Alter in excissum.*

Videre in classes] Antiquitus excusi recte habent *viderit. Hectoris ira* περιφραστικῶς more Græcorum, μῆνος ἕκτορος. Quum Hector, o Troes, vos viderit paratos inferre &c. Sed quum idem antiquitus excusi habeant, *Troas*, puto verius:

— Cum Troas saui vis Hectoris ire
Viderit in classes inimica mente Pelasgas
Vulnera, tela, neces, ignes inferre paratos.

— *vis Hectoris*, idem Hellenismus, βίη ἕκτορος.

Ipsa iugis] Repono ex veteribus excusis, *Ipsa magis.* sed totum locum apponam:

Ipsa magis nanque Ida potens feritatis, & ipsa
Acta faces altrix cupidis præbebat alumnis.

Acta posui, cum membranæ, item libri antiquitus excusi habeant, *Datq́ꝫ. Acta* est ἀκτή.

At procul in sola secretæ Troades Acta.

Putaui & legi posse, *Dicta.* Nam in Troade ἴδη, καὶ δίκτη montes, vt & in Creta. Strabo. Prior coniectura magis placet. *Potens feritatis* (ita enim veteres excusi habent) ἀγριόδενδρος. Nam *feritas*, vt *Autumnitas, oliuitas.* Ergo in qua multæ feræ arbores: vt *fera vitis* Sisennæ. & *fera oliua* ἡ κότινος Statio:

Pulue-

Pulüereumq́ fera crinem detersit oliua.

Potest & ferarum altrix, θηρόβοτος. quo nomine & μητέρα θηρῶν dicunt Poëtæ.

PAG. 11. *Flamma superante*] Veteres illæ editiones, & membranæ *flamma lacrimante.* Quis tam stolidus, si vera erat lectio vulgata, vt hanc mallet, quæ minus vsitata est? Sed sane subdititium est τὸ *superante.* Equidem eruditissimum poëtam more Græcorum *lacrimantem flammam* dixisse puto. Nam illi δακρυόεσσαν φλόγα & πόλεμον δακρυόεντα.

Fulminibus cælo] Et hæc & sequentia importuna Correctorum audacia deprauauit. Sequar vestigia illarum obsoletarum editionum:

Fulminis vt cælo volitat fragor, editur ense
Tegminibus, telisq́ super — Nam illæ habent:
Fulminibus cælo veluti fragor, editur ense
Tegminibus, telisq́ super — vel potius,
Fulmineus cælo veluti fragor, — ἀπὸ κοινοῦ editur.

Imminet, inquit, ense super omnia tela, & tegmina, hoc est clupeos. Ensem coruscans inter tela, & clipeos viam perrumpit. Idem xij. Æneid.

Ense sequens nudo superimminet.

superimminet, vt hic, *supereditur.* & apud Tibullum in panegyrico ad Messalam: — *celerem superedere corpus Audet equum* — hoc & *emicat* vocauit eodem libro Virgilius: — *saltu*

Emicat in currus —

Quid ergo faciemus istis monstris Correctorum?

Eriperet reditus] Homericum: νόστιμον ἦμαρ ἀπηύρα. Hic corruptæ sunt veteres editiones.

Hoc erat Æacides] O immanem licentiam βιβλιοστρεβλῶν istorum! vt ista nobis mutarunt, vt ne Virgilius

gilius quidem ipse agnoscere possit. saltem veterem editionem nobis reliquissent, quæ ita legit:

Hoc erat Æacides vultu lætatus honore.
Dardaniæq; alter, fuso quod sanguine campis &c.

Ex quibus sane legimus, nõ ex animi nostri libidine,

Hic erat Æacides vultus elatus honore
Alter, Dardanio fusis quod sanguine campis
Hectoreo victor lustrauit corpore Troiam.

Nam iste alter Æacides, est Achilles: alter de quo iam dixit, Aiax. *Campis fusis sanguine* est ὑπαλλαγὴ poëtis frequentissima. Nam dicendum potius fuso sanguine campis.

Rursus acerba fremit Paris hunc quod lædat] Repone lectionem manuscriptam. *Paris hunc quod letat. Letare* πέφνειν, θανατῶσαι.

Alma dolis] Repone, *Alta dolis*. Allusum ad Epigramma, in quo virtus Aiacis conqueritur:

θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ' Ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων ἀπάτα κρέσσον ἐμοῦ κέκριται.

Hinc gerit auersos] Priores editiones habebant:

Hinc gerit euersos proles Laertia currus.

Quod quare mutemus? intelligo euertisse currus Rhesi, interfecto Rheso ipso. vel, si mauis auersos currus. Auertit enim, hoc est abegit ipsum currum cum equis, vt testatur auctor Tragœdiæ Rhesi (non enim est Euripides) his verbis:

—οἱ δ' ὄχημα πωλικὸν
λαβόντες ἵππων ἵεσαν φυγῇ πόδα.

Amplus Atrides] Placet ἀρχαϊσμὸς veterum editionum, *Atrida*.

Reddidit heu grauius] Miror istos tam securos hæc prętériisse, cum nõ intelligerent: aut ipsis melius hæc cognita

cognita esse, quam nobis qui hæc non intelligimus. Non enim vacant maximo aliquo mendo. Sed puto non solum ipsis Correctoribus, sed & aliis ita facile intelligi posse, si hoc modo legantur:

Heu reditus Graium pœnas tibi, Troia, ruenti
Hellespontiacis obiturus reddidit vndis.

reditus obiturus ὁμοιοτέλευτον. — ἀπώλετο τόσιμον ἦμαρ. Reduces Graij perituri in vndis reddiderunt tibi pœnas. Subiicit enim:

Illa vices hominum testata est copia quondam &c.

Et ita Propertius lib. IIII. — *tu diruta fletum*
Supprime, & Euboicos respice, Troia, sinus.

Sed sine dubio de Achille hæc dicta sunt. quare hinc eiiciendi sunt duo hi versus, & in superiora reiiciendi, hoc est in suas pristinas sedes postliminio reuocandi.

Hic erat Æacides vultus elatus honore
Alter, Dardanio fusis quod sanguine campis
Hectoreo victor lustrauit corpore Troiam.
Reddidit heu grauius pœnas tibi, Troia, ruenti
Reddidit, Hellespontiacas obiturus ad vndas.

Nihil clarius hac lectione. Nam ad Hellespontium litus sepultus est. Græci vero non in Hellesponto, sed ad Caphareos scopulos, hoc est in mari Euboico naufragium fecerunt. *obiturus* in futuro dicit, quia de ipso adhuc raptante Hectorem loquitur. Ruentem Troiam vocat, quæ Hectore peremto facilior captu erat. — *& ademptus Hector*
Tradidit fessis leuiora tolli
Pergama Graiis.

Ait Higenus, quum Hectorem raptaret, Achillem exclamasse: *expugnaui Troiam.*

Illa

Illa vices hominum] Enumeratis sigillatim Heroibus; nunc in genere eorum naufragium narrat: & hic incipit narratio. Locus autem hic ita legitur in membrana excerptorum:

Illa vices hominum testata est copia quondam.
Cur aliquis propria fortunæ munere diues
Tendit ineuectus cælum super?

Vt nullam satis malam crucem istis Correctoribus imprecari possim, qui ita, vt in vulgatis hodie legitur, mutarunt.

Vis Argoa] Miror hoc hominum genus, qui omnia mutare solent, adeo cæcos fuisse, vt dispicere non potuerint, quid intersit inter ἀργῷα, & ἀργεῖα. Nam Argoa ab Argo naui: illud ab Argiuis. Quare legendum esset Argiua. Sed veteres editiones admonent aliam fore lectionem, si earum corrupta vestigia sequamur. Habent enim:

Vis repetens Argo patriam. — vt malim sane:
Vis repetens Argos patrium. — *Vis, Copia*, vt infra.

PAG. 12. *Comes huic erat*] Comes aura, πόμπιμος οὖρος, πομπὸς ἀήτης. Quem ita describit Varro κοσμοτορύνη hac Coronide anapæstica:

Detis habenas animæ leni,
Dum ventus vos flamine sudo
Suauem ad patriam perducat.

aliter λαμπρὸς ἀήτης. *Candidus.* Petronius:

Nequitiæ classes candida vela ferunt.

Nereis ad vndas] Puto legendum — *Nereides vndis Signa dabant* — Nam de pluribus omnino loqui necesse est, cum subiungat — *Pars inflexis superacta carinis.* Deinde nescio quid ὑπερβάρβαρον ἐν λέξει esset. Et quare vnam potius Nereidem assignasset?

Pars inflexis] fortasse — *pars inflexis subit acta carinis*: vt intelligat partem præire, partem subire oneri, hoc est, naui, quod Græci ἀνέχειν dicunt.

Hic modo lætum] Quare *læta* in *lætum* mutarunt, cum & sententia, & veteres editiones refragentur? *Copiam* vocat exercitum, vt supra: *Illa vices hominum testata est copia quondam*. Varro III. rerum humanarum: *in tres partes diuisa copia. in populos* XII. *Salentini dicti, quod in salo amicitiam fecerint*. Citat Probus VI. Bucolico Virgilij.

Heræaque late] De Heræis litoribus, ad quæ perierit Aiax Oilei, adhuc nihil legi. sed neque extare in literis puto. Si enim, qui correxit hoc, is sequutus est vestigia priscæ lectionis, vereor, ne *Gyræa* legendum sit. γυραῖαι enim πέτραι dicuntur, ad quas periit ille, quas γυρὰς Homerus vocat. In commentariis in Lycophronem, Γυραῖαι δὲ κυρίως ἐλέγοντο αἱ πέτραι, ἐν αἷς ὁ Αἴας ἀπώλετο. In obsoletis editionibus, vt & in membranis, plane expressum est *Caica*, valde diuersa lectione. an in membranis scriptum fuit *acea*, pro *ægea*? vt *subicitare*, pro *subigitare*: *inicere*, pro *inigere*: *indices*, pro *indiges*? Nam *Ægea litora* legendum esse etiam Euripides docet in Ione:

— πέτραις καφηρείαις ἐμβδηὼν, αἰγεῖ τε.

Præda perempta] Ineptissima sane lectio. At veteres editiones recte, *præda peracta*, id est penitus auersa, & conuectata: vt *sidus peractum*, confectum.

Fluctuat omnis in æquoreo iam naufraga tractu] Pro *tractu* membrana Contij habet *luctu*. Lego *fluctu*. Sed & totus versus in ea ita conceptus erat: *Fluctuat omnis in æquoreo naufragia luctu*. Fortasse: *Fluctuat omnis in æquoreo nauifraga fluctu*. Vt — *Nauifragum Scylacæum*.

Omnis

Omnis Roma decus] Versus, qui ab hoc nonus est, huc reiiciendus est: *Iure igitur tali sedes pietatis honore est.* vetus editio ita habet: *Iure igitur talis s. p. honores.* Ex quo nostrum correximus.

Moritura Camilli] Missas fac Correctorum nugas, & cum priscis editionibus legito:

Hic & fama vetus nunquam moritura per aeuum
Curtius, e medio quem quondam sedibus vrbis
Deuotum bellis consumpsit gurges inundans.

Ad verbum, καὶ μυθος παλαιὸς ὁ κέρτιος. Non enim dubium, quin ea vera sit lectio. Nam famam veterem, seu Historiam vocat Curtium, quod & incertum tempus eius historiæ, & incerta, ac varia de eo tradebantur. Quod cognosces ex Varrone. Est autem Græcissimus, vt indicaui, *Curtius fama vetus.* Similiter loquutus est:

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.

vide Seruium. At quur omisit Camillũ omnium optime de patria meritũ? Atqui Romulũ, & Numam, qui priores ordine, & memoria erant, pariter omisit.

Gurgitis hausti] Illæ veteres editiones, & membranæ: *gurges in vnda.* Nos *gurges inundans.* Nam ex iis variis opinionibus de morte Curtij, sunt & quæ dicant, inundatione, dum ad hostes penetrare vult, & paludem traiicere, absorptum. vide Varronem, & quæ in illum annotauimus olim: item Dionysium. Inde *Curtilacus* vocatus est locus ille. Dicebant enim quidam subito stagnasse locum, & vbi in vndam coniecisset se Curtius, postea exiccatum gurgitem fuisse.

Legitimi cessit] Legitimum Regem vocat Porsenam. Scribam enim, qui pro Rege interfectus fuit, non

erat legitimus Rex, sed ψευδοπρόσεννας.

Deuota dedit qui] Coniecit enim se tanquam in flammam, & vt Cicero loquitur, tanquam in pestem ob oculos positam, cum conflixit cum Annibale, & equo deuolutus interfectus est. Aucupatur autem argutiam ex allusione nominis, *Flaminius, flamis.*

Conscelerata pia] Sane nihil muto. Non tacebo tamen, quid de hoc loco sentio. Videtur enim melius, & commodius legi posse:

Cognita discernit scelerata piacula sede.

Nam ex *cognita scelerata* videntur fecisse *Conscelerata.* Ex *piacula* autem *pia vincula.* deinde eo ordine disposuisse, quo hodie leguntur, vt versui consuleretur. Discernit ergo piacula, & reos sedibus. hoc est, pro ratione criminum eis suas sedes assignat: vt etiam legimus VI. Æneid. lacus viduos à lumine, ἡλιοστερεῖς Sophocli.

PAG. 13. *Ergo iam caussam*] valeant Correctorum deliramenta. Tu, si verum amas, veterem lectionem, quæ in antiquitus excusis & membrana legitur, potius sequere:

Ergo quam caussam mortis, quam dicere vitæ
Verberibus sæuæ cogunt sub iudice Pœnæ,
Cum mihi tu sis caussa mali, nec conscius adsis?
Sed tolerabilibus curis hæc immemor audis?

Nam quid magis perspicuum hac lectione? quam caussam mortis, quam vitæ ex Dialogis νοκρῶν Luciani hac cognosces. Nam ibi Charon & de vitæ, & de mortis genere interrogat.

Sed tolerabilis] Importune nuper deprauarunt, *Nec tolerabilibus.* intolerabiles ipsi sane. *Tolerabilis* hic est ἀνεξίκακος. Columella lib. VII. *Quoniam sæpe frigorum*

gorum atque hiemis ſæuitia paſtorem decipit, & eas oues interimit, quas ille tempore Autumni ratus adhuc eſſe tolerabiles, non ſummouerat. Nam ibi *Tolerabiles*, ſunt tolerantes hiemis. Ita *intolerabilis* Afranio, Priuigno:

— quod ſi feciſſem paulo ſæpius,
Didiciſſet ferre, & non eſſe intolerabilis.

ὃν αὖ δυσανάσχετον. locus ille in Heautontimorumeno parum vulgo intelligitur:

— nam parentum iniuriæ
Vniuſmodi ſunt ferme, paulo qui eſt homo tolerabilis,
Scortari crebro nolunt —

Nam etiam, inquit, ſi quis inter patres patientiſſimus, & filiorum ingeniis æquiſſimus eſt, tamen crebro illos ſcortari nolit &c. Hic ergo, *tolerabilibus curis audi*, eſt Græcorum, ἀνεξικάκως ἔχεις περὶ ταῦτα. Dictum autem ad exemplum Græcorum. Nam Homerus dixit eadem mente τλητὸν. τλητὸν θυμὸν.

Τλητὸν γὰρ θυμὸν μοῖραι θέσαν ἀνθρώποισι.

Sic μενετὲς δῖες pro ἀνεξικάκως Ariſtophanes dixit. Cum tamen μενετὸς, & tolerabilis, & τλητὸς patiendi notionem habeant, non agendi. Non abſimili forma Næuius Alceſtide, *intolerantibus curis* dixit.

Quæ tamen vt vanis] Iam errorem errore, vel potius ſcelus ſcelere cumularunt, qui hæc mutarunt. Vetus editio:

Et tamen in vanis demittes ſomnia ventis.

Ego non ſolum amplector hanc lectionem, quanquam nonnullis maculis aſperſam: ſed & verſum, qui hinc diſtractus fuit, ea duce, in ſuas ſedes repono. Lego igitur:

Ta tamen in vanos dimittes ſomnia ventos,
Et mea diffuſas rapientur dicta per auras.

Nam quæcunque Culex pastori dicit, dormienti & in somnis dicit. quæ qui non animaduerterunt, veram, & genuinam vocem immutarunt.

Digredior] Iam tempus est versus iam longo interuallo hinc vi pulsos, de quibus supra monuimus, in suas sedes reponere:

Tu tamen in vanos dimittes somnia ventos,
Et mea diffusas rapientur dicta per auras.
Eheu mutandus nunquam labor! auferor vltra
In diuersa magis, distantia limine certo.
Elysiam tranandus agor delatus ad vndam.
Digredior nunquam rediturus. tu cole fontes,
Et virides nemorum siluas, & pascua latus.
Dixit: & extrema &c.

Piget me has correctiones aut venditare, aut commendare, quasi excellentissimorum virorum ingeniis, aut iudiciis diffidam. Ipsi considerent, & videbunt non tam meam diligentiam, quam aliorum negligentiam: qui cum omnia suspecta haberent, hæc interim silentio prætermiserunt.

Distantia limina cerno] Lego *distantia limine certo.* inde enim nunquam exitur amplius.

Mentem ager] omnino legendum, *mentem agret.* A quo etiam *agrescere.* Alioqui valde confusa erat huius loci sententia. Sed alio nos reuocat scripta lectio, *Interius grauiter rege mentem:* quæ proba est, & tenor sententiæ continuatur vsque ad *Conformare locum capit impiger.*

Conformare locum] *Capit conformare locum.* Ita supra locutus est: — *Et in fessos requiem dare comparat artus.* Nam ibi eodem modo *comparat dare*, vt hic, *capit conformare. Capere* vero verbum Augurum, cum

locum

locum eligebant ad effandos fines templorum. Sic *captus Augur, captus iudex, captus arbiter.* Grammatici etiam veteres nugantur, qui hæc verba DE VESTALI CAPIENDA putant dicta ex more, & superstitione veteri: quod quæ primum Vestalis facta, capta sit in bello.

Quem circum] Puto:

Quem circum lapidum laui de marmore formas
Conserit &c. formas lapidum.

Conserit.] κυριολογία. Nam crustas marmorum quas vocat *formas*, eas intelligit, quas aliter ἐμβλήματα, a conserendo dicunt.

Et violæ omne genus] vel dictum ἴων πᾶν γένος, vel ἴα παντοῖα. vt Ausonius:

Et duplici defensa putamine quinquegenus Nux.

Omne genus autem dixit, quia plura earum genera. Plinius libro XXI. Nicander vero in Georgicis duo tantum, quod miror. Ex eo optimos & luculentissimos hos versus proferemus ita, vt olim a nobis correcti sunt:

ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροις, τὰ δὲ καὶ ὡραῖα φυτεύοις
ἄνθη Ιαονίηθε. γένη γὲ μὲν Ιάσι δισσὰ,
ὦ χρόν τε, χρυσῷτε φυὴν εἰς ὦπα ἰδέσθαι
στεῦται. Ιαονιάδες Νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ιωνι
πισαίοις ποθέσασαι ἐνὶ κλήροισιν ὄρεξαν.
ἤνυσε γὰρ χλοῦνιν μετὰ δ' ἐσσυμένος σκυλάκεσσιν
ἀλφειῷ κατὰ λῦθρον ἑῶν ἐπλύνατο γυίων,
ἑσπέριος νύμφαισιν Ιαονίδεσσι νυχεύσων.

Spartica myrtus] τὸ *Spartica* νοθίζει. Non enim Sparticus a Sparta, sed Spartanus. An legendum *Astartica*, hoc est Venerea? Astarte enim Venus. An, de quo non dubito, *Parthica*? Sane id confirmabimus

ex Athenæo lib. xv. Απολλόδωρος δὲ ἐν τετάρτῳ παρθικῶν ἄνθος τι ἀναγράφει καλούμενον φιλάδελφον, κατὰ τὴν παρθικὴν χώραν. περὶ οὗ τάδε φησὶ, καὶ μυρσίνης γένη ποικίλα, μίλαξτε, καὶ τὸ καλούμενον φιλάδελφον. In his verbis habes μυρσίνην παρθικήν. Tamen Theophrastus in libris ἱστορίας φυτῶν aliquem agrum Sparticum Achaiæ facit, περὶ τὴν σπαρτικὴν τῆς ἀχαΐας. Sed hæc incerta sunt.

Cilici Crocus] Placet veterum editionum ἀρχαϊσμὸς *Cilico*, non *Cilici*.

Et roris non auia] Hæc lectio interpolata ex quibusdam veteribus editionibus, *nouania*. Aliæ vetustiores habent *Nonacria*. Puto, *Nonacria tura:*

— & Rores, Nonacria tura, marini.

vt apud Nonacrios Arcadiæ gentem vicem turis præstitisse intelligatur. Sane propterea λιβανωτὶς dicta, quia τῇ ὀσμῇ λιβανωτίζει. Et quemadmodum herba Sabina priscis Romanis pro ture adolebatur, ita etiam iustius videatur ἡ λιβανωτὶς in vsu turis fuisse. Eodem modo supra dixit:

— illi Panchaia tura,

Floribus agrestes herbæ variantibus adsunt.

Cui, inquit, pro ture, aut vice turis sunt herbæ odoriferæ. an legendum *non annua cura*. Nam non colitur quotannis, vt vitis: sed ramo depacto sponte inolescit.

Herbáque turis opes priscis imitata Sabinis] Lege ex prisca membrana, *Sabina*.

Chrysantus] Lege Chrysanthes. Ita Nicander Georgicis:

Πολλάκι δ' ἕλκια καλὰ, τότε χρυσανθὲς ἀμέργων.

Ederaq́, nitor] vt Vitruuius: *Neque olei nitorem, neque vitium fructum habere potuissemus*. Poëtica sunt,

τὸ πῖαρ,

τὸ πῖαρ, τὸ λίπος, τὸ γάνος. Sed & *ederæ nitor* ita videri possit dictum, vt apud Theocritum ῥόδου ἀγλαΐα:

ἀγλαΐην πυρσοῖο ῥόδου χείρεσσι λέγουσα.

Et Boccus] ἐπώνυμον βόκκου. Sed quid sit, quæramus.

PAG. 14. *Buphthalmusq́*] Nicander in Georgicis ex correctione nostra:

ἦ γὰρ καὶ λεπταὶ πτέριδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες,
λευκοΐα τε ἀμένην' ἐν καὶ κρόκος εἴαρι μύων.
* κύπρος τε, σισύμβριον, ὅσσα τε χ' οἷα
ἄσπορ' ἰαμναίοισι πότοις ἀνεθρέψατο λειμὼν
κάλλεα, βουφθαλμόν τε, καὶ εὐῶδες διὸς ἄνθος.

Veteres excusi & membranæ mendose, meo iudicio, omnes habent *Bumastus*. Si autem vera est, quæramus quid sit *Bumastos*.

Et semper florida] Iniuriose nimis mutarunt hunc locum, vbi antea legebatur — *semper florida pinus*: quum *Picris* etymo suo satis ostendat, inter hos delicatissimos flores locum se habere non posse. At *pinus* non est arbor, quod putauit Corrector: sed χαμαίπιτυς. Eam inter flores Columella ponit. Quin si quando nos eam legimus, ea, ac suauissimo quouis alio flore lætamur. Apollodorus inter στεφανωματικὰ ponit. Athenæus, Απολλόδωρος δὲ ἐν τῷ περὶ θηρίων φησὶ, χαμαίπιτυν. οἱ δὲ ἰωνιὰν, οἱ δὲ κατ' εὔβοιαν, σιδηρῖτιν. Non aliam intellexit Poëta noster IIII. Georg.

Ipse thymum, pinosq́ ferens de montibus altis. Post:
— *illi tiliæ, atque vberrima pinus.*

Qui enim putauerit ibi de arbore pinu intelligendum, toto cælo eum errare necesse est.

Elogium] *Elogium* proprie, quod Gallice *Blason* dicimus. quod tam in bonam, quam in malam partem accipiendum. Plautus Mercatore:

Meæ fores impleantur elogiorum carbonibus.

Multi putant Græcum esse: priusque dictum ἐκλόγιον. Ego vero contra putem, quemadmodum plerisque nominibus Græcis Latini præpositiones suas anteponebant: ita etiam *elogium* ex Græca voce, & Latina præpositione conflatum: vt in *prologo*, & *prologio*, & *antelogio* videmus factum: quæ qui mere Græca dixerit, is magnas nugas egerit. Sic *Pronus* primam producit. Nam compositio est Latina: origo Græca. In antiqua enim lingua fuit προνὸς παρὰ τὸ προνεύειν. Ex quo mansit tantum in vsu προνωπής. Sic etiam *Propola* ex Græco πωλεῖν. sed præpositio Latina est, vt *Prologus*: producitur enim. quod non esset, si Græca est. Si enim esset προπώλης, hoc est προξενητὴς, & *Pararius* Senecæ, vt nonnulli annotant ex Polluce: neque primam produceret, neque eam significationem haberet, quam nunc. Dictus enim, quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat: & vt Persius ait, *primus tollit piper a sitiente camelo*, vt prior vendat. quod manifesto innuit Lucillius:

Sicuti quum ficus primus propôla recentes
Attulit, & precio ingenti dat primitu' paucos.

Nam quominus credam doctissimo viro, qui censet *propalam*, non *propolam* dicendum, facit, quod ea non est scriptura Etymologiæ, sed prauæ librariorum consuetudinis. Si enim, quod vnus aut alter *propala* scripserit, verum esset, eam rectam esse scripturam: quidni & ego quoque contenderem *propula* dicendum esse, qui in optimo Glossario scriptum inuenerim, *Propula*, πωλεύς? Deinde, quare multis partibus plures libri habent *Propola*, quam *Propala*? Quid caussæ est, quur quæ vsitatior scriptura, ea vt verior

non

non sit? Quare ego puto *Propolum* esse Græcum cum Latina præpositione: quæ tamen idem valet quod Græca πρό. Nam eadem est in προλόγῳ, quæ in *Prologus*. Sic Græci Latina vocabula cum Græca præpositione Latio abstuleruht, & sua fecerunt, vt ὑπάτιον. Sic Arabes addito articulo suo *Al*, pleraque Græca ad morem suum interpolarunt: vt liber Ptolemæi est *Almagestæ*. est enim ἡ μεγίστη συντάξις, siue σύνταξις. Sic *Alchymia*, χυμία & *Alchymista* χυμιστής. Sic *Almanac* Kalendarium: μανακὸς, a Luna, & mensibus. vnde circulus Lunaris apud Vitruuium μανακός. Sic *Alembic*, a Græco ἄμβιξ, apud Dioscoridem. Itaque, vt dixi, eo modo *Propola*. Ita & de *Elogio*. Nam & sunt, qui dictum putent, vt diximus, quasi ἐκλόγιον, hoc est, paruam Eclogam: quod omnia parua poematia, quæ Græci vocant εἰδύλλια, *Eclogas* dicerent. Itaque & Bucolica sua Virgilius, Horatius Epistolas, & Satyrarum poematia, Ausonius vero & opuscula sua *Eclogas* inscripserunt: quod nimirum breuia essent, vt quæ excerpere solemus ex variis auctoribus in vsum nostrum. Quod si verum erat, & *elogium* hic, quasi *Eclogium* dixisset Virgilius: quare non & eodem modo, *Elogas*, nec *Eclogas* dixisset? Quare satis puto eorum opinionem confutasse, qui *Elogium*, quasi *Eclogium* dictum censent. Tamen non dubito, quin quod Græci ἐλεγεῖον, id dictum fuerit antea *elogium*. Hoc est epigraphe distichos.

Tacita quod formar] Malo ex veteri editione, *firmat*. Nam litera est ad subsidium Elogij. est autem ὀξύμωρον *Tacita voce*. Catullus: *Nequicquam tacitum cubile clamat*.

IN

IN CIRIN

P. VIRGILII MARONIS.

HVIVS politissimi poematij auctorem esse Virgilium vel vna ratio vicerit, versus crebro hic repetiti, qui passim in Æneide, & in Georgicis, atque in Bucolicis leguntur. Quod si propterea Virgilij non est, vt dicebat amicus noster, qui putabat Virgilium pleraque ex hoc poemate desumpsisse, & suis operibus inseruisse: at fidem fecerit vnus versiculus, *Vt vidi, vt perij, vt me grauis abstulit error.* Negari enim non potest, quin eum ex Theocrito verterit Maro, qui omnium Romanorũ primus Theocritum Latine expressit. Consequens ergo, vt illius versiculi auctor secundum alios quoque versus vindicias iure postulet. Scripsit autem hoc poema, cum Megaram se contulisset, motus memoria rei, quam locus ipse ei excitabat. Nam & Grammaticus is, qui eius vitam scripsit, id propemodum innuere videtur, quum scribit: *Quum Megaram vicinum Athenis oppidum visendi gratia peteret, languorem nactus est.* Ac sane videtur id supremum Virgilij opus fuisse, tum ex illius verbis Grammatici, qui ait postea languorem nactum fuisse: tum ex ipso Virgilio canente:

In quo iure meas vtinam requiescere Musas,
Et leuiter blandum liceat deponere morem.

Principio statim poematis innuit se studiis irretitum philosophiæ, ac in hortulo Sophiæ, quæ est Epicuri schola, confidentem, non posse poeticæ, vt antea, operam dare. Profectus enim erat Athenas, vt philosophiam Epicuri perdisceret, cuius gustum à Scirone

rone tantum, vt nonnulli volunt, ego etiam à Catio Insubro accepisse puto: cum dicat idem Grammaticus Mediolani studuisse, quod erat natale solum Catio Epicureo. Ac sane ea gratia ipsemet petisse Athenas hoc Epigrammatio profitetur:

Ite hinc inanes Rhetorum manipli, Ite hinc &c,
Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Scironis,
Vitamq; ab omni vindicauimus cura.

Quin etiam eo anno videtur Athenas ingressus, qui in Quinquatria Mineruæ incideratː vt inde videatur nactus occasionem peplum Mineruæ describendi, qui Panathenaïcis in pompa ferebatur. Dedicat vero Val. Messalæ, viro domi militiæque claro: qui Augustum secutus fuerat in Orientem: cui reduci occurrit Megaris ipse Virgilius, vt scribitur in eius vita his verbis: *Anno quinquagesimo secundo, vt vltimam manum Æneidi imponeret, statuit in Graciam & Asiam secedere, triennioque continuo operam limationi dare, vt in reliqua vita tantum philosophiæ vacaret. Sed quũ aggressus iter Athenis occurrisset Augusto ab Oriente Romam reuertenti, vna cum Cæsare redire statuit*, &c. Est autem prorsus cultissimũ poematium, & quod nulli Latinorum neque nitore, neque elegantia cedat: atque adeo quod venustate sua merebat, vt minus ad nos deprauatum veniret. Non enim dici potest, quot mendis deformatum vix possit elegantiæ suæ dignitatem sustinere. In eo vero nihil omnino vidisse Chalderinum, apparet: qui præter multa frustiliter, oscitanter, otiose dicta, tandem nobili ineptia errores suos cumulauit, cum *cirim* interpretatus sit præconium. Os hominis! Inter κῆρυξ, & κήρυκα nihil

inter-

intereſſe putauit. Sed de his ſatis.

Et ſi me vario] Totum hoc proœmium perturbatum eſt. Apponam ita, vt & legendum, & diſtinguendum cenſeo.

Et ſi me vario iactatum laudis amore,
Irritaque expertum fallacis præmia volgi,
Cecropius ſuaues expirans hortulus auras,
Florentis Sophiæ viridi complectitur vmbra,
Nec mea quit Erato dignum ſe quærere carmen:
(Longe aliud ſtudium, atque alios accincta labores
Altius ad magni ſubtendit fidera mundi,
Et placitum pauci auſa eſt aſcendere collem)
Non tamen abſiſtam cœptum detexere munus.

Nihil eſt lucidius, nihil expeditius hac lectione, quam poſuimus.

Expirans hortulus] Apollodorus apud Diogenem ait hortum Epicuri emptum fuiſſe ὀγδοήκοντα μνᾶν. De eo Papinius:

—cultoque ſenex Gargettius horto.

Innuit ergo ſe Epicuri Philoſophiæ operam dare.

Num mea quæret eo] Reſtituimus, *Nec mea quit Erato*, leui traiectione literarum. Nec te mouerit ratio ſyllabæ in *Quit*. Quam ſæpe enim hoc commiſerint Poëtæ, oſtendere poſſem, niſi ſcirem in re nota turpe eſſe abuti otio ſuo. Quin potius ſuperſtitio ſyllabæ in cauſſa fuit ignaris hominibus, lectionem priſcam expungendi.

Altius ad magni] Pro *ſuſpendit* lego *ſubtendit*, hoc eſt, vt alibi dicit, *affectat viam Olympo. Subtendit*, ſurſum tendit. vt, *ſubiicit*, ſurſum iacit. *Quantum vere nouo viridis ſe ſubiicit alnus.* Lucillius. *Vt veles bonus, ſub vitem qui ſumicit haſtas. Sumicit*, pro ſubiicit, ἀρχαϊκῶς.

Aſcen-

Ascendere collem] Propter illud — καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' ἀντήν. Nam Philosophiam suam Epicurei solam virtutem putabant, eamque cælestem scientiam vocabant. Ad quod plane allusit Lucretius de Epicuro loquens:

Qui primus cælo est oculos attollere contra Ausus

hoc est, quod ait poeta Græcus apud Galenum:

ἀνταυγεῖν πρὸς ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσωπαῖς.

Propterea dixit Virgilius hic:

Altius ad magni subtendit sidera mundi.

Nam & Epicurus ipse librũ, in quo præcepta sua descripserat, vocauit διοπετῆ, vel potius eius sectatores.

Et placidum multu] Veteres omnes editiones habent, *& placitum paucis.* quæ vera est lectio. paucis placuisse ait, quia deterriti sunt difficultate aditus, cum sit ὄρθιος οἶμος.

Quod si mirificum] Omnino & obscura & inepta lectio. Subolet ex prioribus excusis, qui hunc versum mutilum habent, legendum esse:

Quod si Maiorum, Valeri, genus omne tuorum
Mirifice seclis modo sit proferre libido: &c.

Si esset mihi libido mandare seclis, & memoriæ æternæ genus Valeriorum, ex quo Messalarum familia: non ego te acciperem hoc munere, sed longe excellentiore carmine. Mihi videtur omnino hoc voluisse Virgilium. Quanquam non satis confido coniecturæ meæ: tamen spero minimum me abesse a vera lectione.

Pangeret arce] *Arcem* dixit, vt supra *collem.* Quatuor heredes sunt Plato, Aristoteles, Zenon, Epicurus. Ideo de re non admodum obscura memini, ne cuipiam rudiori imponeret Domitius.

PAG. 15. *Peplo*] Quod peplum Mineruæ ferretur in Panathenaicis, pleni sunt Græcorum commentarij. Sed & Plautus Mercatore meminit:

Neque nisi quinto quoque anno posse inuisere
Vrbem: atque extemplo inde, vt spectauisset peplom
Rus rursum confestim exigi solitum à patre.

In eo, vt hic videmus, pingebantur acu, siue intexebantur Titanomachiæ, & Mineruæ victoria in Titanas. Euripides: ἢ παλλάδος ἐν πόλει τᾶς καλλιδίφρου Αθάνας ζεύξομαι ἅρματι πάλους. Nimium ergo tribuerit Messalæ Virgilius, qui peplo tali voluerit intexi gesta eius. Sed eo respexit, quia & strennuorum quoque Ducum Athenis gesta in peplo intexta templo Mineruæ imponebantur. Aristophanes ἱππεῦσι:

εὐλογῆσαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἄξιοι, καὶ τῆς πέπλου.

Quare & Aristoteles librum suum, quem de Heroum tumulis confecerat, Peplum vocauit. Eum nuper edidit doctus iuuenis Gul. Canterus, summa necessitudine mihi coniunctus.

Vt quondam exterruit amplis] Hic ἀνακόλουθον est. & proculdubio aliquod magnum monstrum alit hæc lectio. Lego:

Impia prodigiis vt quondam exercita amoris. facile enim fuit ex *o* facere *p*, & ex *r*, *l*. *prodigiis amoris*, hoc est amore prodigioso. ἐν διὰ δυοῖν. τερατωδῶς ἐκμανεῖσα.

PAG. 16. *Scyllæum*] σκύλλαιον ait vocatum à Græcis monstrum in saxum conuersum. Dicitur & σκυλάκαιον. — *nauifragum Scylacæum*. σκύλλον autem, & σκύλακα, & σκύμνον eadem origine de canino genere dicebant. Vnde illum scopulum, quia latratus imitatur, σκύλλαν vocarunt.

Nec

Nec malus] Latet mendum in *malus*. nisi aliquem insigniter ineptum μωθολόγον intelligi voluit. Ego putem legendum esse *Lamus*. Næ quum Læstrygonum rex fuerit, potest videri pater Scyllæ.

Ipse Cratinei] Sequemur vestigia prodigiosæ lectionis,

Siue Cratæis ei mater de semine Erechthei,
Seu Lamie monstro genuit grandæua biformi.

Nam alij dicunt Cratæin matrem Scyllæ. Homerus

— βωσρεῖν ὃ Κρατάϊν
μητέρα τ' Σκύλλης, ἣ μιν τέκε πῆμα βροτοῖσι.

alij Persean, alij Lamiam, alij Cretheida, alij Ecaten. Patrem vero pars Phorcyna monstrum marinum, vt Acusilaus apud Scholiasten Apollonij. Ακεσίλαος Φόρκυν, ὃν Ἑκάτης τὴν Σκύλλαν λέγει. Pars Crathin fluuium magnæ Græciæ auctor Martianus Capella. Biforme monstrum, διφυές. est autem Phorcyn. Non me pœnitet & eius lectionis, quam aliquando commentus sum ita:

Siue Cratæis ei mater, siue & Cretheis
Sic illam monstro genuit grandæua biformi.

Qui vero alias, atque alias lectiones hic commenti sunt, videntur mihi digna ipsa Scylla, hoc est, monstrosa scribere. Mallem enim vulgatam lectionem tueri, quam sic temere aliquid immutare. Nã etiam simpliciter per grandæuam possem intelligere Hecaten. Plautus Cistellaria:

Nam si quidem ita eris, vt volo, nunquam ætate Hecata fies.

Alioqui si ex libidine nostra potius, quã ex veterum scriptis aliquid mutandum esset, libentius legerem:

Seu Luna hanc monstro genuit grandæua biformi.

Vt videatur Luna hanc genuisse monstro biformi, hoc est διφυῆ & biformem. Omnia monstra ἔκνομα & præter naturam aut consuetudinem, veteres e Luna demissa putabant, vt Leonem Nemeæum. Lunam enim terram alteram putabant. Epimenides:

καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ σελάνας ἠϋκόμοιο,
ἃ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα
ἐν Νεμέᾳ ἄγουσ' αὐτὸν διὰ πότνιαν ἥραν.

Claudian.

— Taurus medio nam sidere Luna
Progenitus Dictæa Iouis possederat arua.

Idem de Dianæ curru:

— currum subiere iugales,
Quos decus esse Deæ primi sub limine Cæli
Roscida fœcundis concepit Luna cauernis.

Hæc opinio quamuis aspernanda non est, tamen alij præferenda mihi non videtur. Matrem enim Scyllæ Lamiam fuisse auctor est Stesichorus.

Inguinis est] Quod a pube canis tota fuerit, hoc significare eius immoderatam libidinem, qualis est in canibus, qui ἀναιδῶς coram omnibus coeunt. Itaque sæpe κύων propterea Elena dicta & Homero, & Lycophroni,

ὅταν θρασεῖα θυρὸς οἰστρήσει κύων πρὸς λέκτρα.

Exactis speciem] *Exacta venena* vocat, vt Medici ἀκριβῆ πυρετόν.

Ipse pater] Neptunus. De qua re ita in Græcorum commentariis reperi: ἦν δὲ, ὥς φασι, πρῶτον, ἡ Σκύλλα γυνὴ εὐπρεπής, ποσειδῶνι δὲ μιγεῖσα, ἀμφιτρίτης ζηλοτυπησάσης, καὶ φάρμακα ἐμβαλούσης τῇ πηγῇ, ἐφ' ᾗ εἰώθει λούεσθαι, ἀπεθηριώθη. Ouidius ait mutatam venenis Circes: sed aliam causam assignat.

Vt quum cura.] *Cura sui coniugis* : Scylla amasia Neptuni. more Græcorum, qui dicunt τὸ μὸν μέλημα. & in Diris:

Dum mea iucundas exponet cura querelas.

Propertius:

Lynceu, tune meam potuisti tangere curam? Sappho: ἴνα σε, τὸ μὸν μέλημα, περιπτύξωμαι.

Vertere pœnam] Ποινὴν more Græcorum debitam mercedem. an quod noluit persoluere decumas quæstus sui, quas vouerat Veneri? sed tunc melius legeretur *auertere*. an, quod melius est, mercedé a iuuenibus accipiebat: iuuenes ipsos excludebat? Ouidius:

Hanc multi petiere proci. quibus illa repulsis
Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis
Ibat, & elusos iuuenum narrabat amores.

PAG. 17. *Atque animo meretrix iactata*] *animo ferarum iactata*: hoc est, plane θηριωδῶς ἐκμανεῖσα.

Meritorum more fuisse] Melius tu Cuiaci vir eruditissime:

Infamem tali merito rumore fuisse &c.

Vulgaris vero lectio vult his verbis, meritorum more, id est, quod ita se in iuuenes gessisset: quod ita de eis promerita esset. ita loquitur Attius Tereo:

Tereus indomito more, atque animo barbaro.

Palæphatia] vetustissimus scriptor Palæphatus. Extant & hodie Palæphati cuiusdam μυθολογικά. Non tamen huius nostri Palæphati esse puto. Hunc autem sequuti videntur Apollodorus, & Diodorus Siculus. Fuit & χρησμολόγος τις eo nomine, vt cognoscimus ex Christodori in eum Elogio.

δάφνη μὲν πλοκαμῖδα παλαίφατος ἔστεφε μάντις
στεψάμενος, δόκεε δὲ χέειν μαντώδεα φωνήν.

Sane Palæphatus, qui scripsit μυθικὰ, Stoici nomine citatur a Grammaticis Græcis.

Pachynus.] Puto esse poema, seu opus μυθολογικὸν Palæphati. & verisimile est in eo multa de Siciliæ fabulosis contineri: cum & Pachynus promontorium sit Siciliæ, & Scylla ipsa in Sicilia. & nihil censeo mutandum. Nam alioqui *Papyrus*, quod hodie pro *Pachynus* legitur, est Iani Parrhasij commentum. *Papyrus* vero recte pro libro aut poematio, vt Catullo: *Velim Cæcilio papyre dicas.*

Omnia sint potius.] Sic infra: *omnia vel potius, quam te læsisse, putabo.* ἐλλειψμός.

πάντα μᾶλλον, ἢ σὲ βλάπτειν διομένη.

Et Scyllam] Et Scyllam non esse μίαν ἐκ τῶν πολλῶν, vt loquuntur Græci; hoc est, non esse ignobilem. quod sæpe vsurpatur a Seneca, *vnus ex multis.* Puto tamen genuinam lectionem esse:

Atque vnam ex multis Scyllam nouisse puellis.

Quod nihil aliud est, quam: & nosse Scyllam puellam. Nam ita loquuntur Græci. Theocritus in Epigrammatio:

Εἷς ἀπὸ τῆς πολλῶν ἐμοὶ συνακοσίων.

hoc est, εἷς μοὶ συνακόσιοι.

Munere sæpe] Inficiūt, κτισσῶσι. κτισταῖν ἀγυιὰς Poetis.

Ridentia littora] Non temere dixit. Nam totus ille tractus maris conchis abundat: vt inde etiam lapis conchites adueheretur. Pausan. μόνοις δὲ ἑλλήνων μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης ἔτός ὅτι, καὶ σφισι καὶ ἐν τῇ πόλει πεποίηται πολλαὶ ἐξ ἀυτοῦ. ἔστι δὲ ἔργον λιθικὸς, καὶ ἄλλο λίθου μεγακώτερον. κόγχοι δὲ αἱ θαλάσσιαι διὰ παντὸς ἔνεισιν ὀι &c.

Deus nanque adfuit illi] Pausanias: τότε δὲ αὐτῷ (Ἀλκαθόῳ) τειχίζοντι, ὡς φασιν οἱ μεγαρεῖς, συνεργάζεσθαι λέγουσιν Ἀπόλλωνα.

Actæi

Actæi quondam munita labore Alcathoi, Phœbique]
Theognis:

φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην,
Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.

Sæpe lapis] Ouidius:

Regia turris erat sublimibus edita muris.
In quibus auratam proles Latonia fertur
Deposuisse lyram. saxo sonus eius inhæsit.

Pausanias: Καὶ κιθάραν κατέθηκεν ἐπὶ τὸν λίθον. ἣν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταὐτὰ οὗτός τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. Item Ouidius:

Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi,
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo.

Ibi vero *petere* est βάλλειν. *Malo me Galatea petit.* Item barbarus scriptor Martianus:

Megaris saxum ad ictum pulsus cuiuscunque fidicinat.

Et Epigramma Græcum:

Τόν με λίθον μέμνησο τὸν ἠχήεντα, παρέρπων
Νισαίην. ὅτε γὰρ τύρσιν ἐτειχοδόμει
Ἀλκαθόος, τότε φοῖβος ἐπωμαδὸν ἦρε δοκαῖον
Λᾶα, λυκωρείην ἐνθέμενος κιθάρην.
Ἔνθεν ἐγὼ λυροαοιδός. ὑποκρούσας δέ με λεπτῇ
Χερμάδι τοῦ κόμπου μαρτυρίην κόμισον.

Hospitioque seni.] Hic additi sunt tibicines ad fulciendum versum hiantem. Sed fideliores sane omnes antiquitus excusi, qui habent:

Hospitioque senis hypolydosa victo.

Vt sane magno nobis adiumento fuerit ad veram lectionem indagandam:

Hospitio qua se Nisus Pelopeus auito
Carpathium fugiens, & flumina Curetea
Texerat.

Videtur Virgilius sentire, Nisum fretum opibus suis vltro bellum intulisse Minoi, καὶ ἄρξασθαι χειρῶν ἀδίκων. Quod sane sequentibus confirmatur:

— hunc bello repetens Gortynius heros &c.

repetens bello, a quo lacessitus fuerat prius. Itaque victus Nisus coactus est castra mouere, & propere vela dare in Atticam. Quocirca dixit,

Carpathium fugiens, & flumina Curetea.

Hoc est, Cretæ flumina, in quæ prius venerat lacessens bello Minoa.

Polydosa.] Mendose pro *Pelopeos.* Puto primum librarium scripsisse *Pelodeus:* vnde postea illud monstrum lectionis conflatum est. *Pelopeum* autem, nisi me fallit augurium meum, vocat, quia Megara condita fuit ab Alcathoo Pelopis filio. & quid impedit a Pelope genus ducere? Hominum fidem! quam nugaciter hic argutatur bonus Chalderinus. lege, & ridebis.

Victo.] Iam monuimus ex *polydosa victo*, legendum — *Pelopeus auito.* *Hospitium* autem *auitum*, hoc est portio hæreditaria Nisi, fuit Megara. Sophocles apud Strabonem:

Πατὴρ δ' ἀπηθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὴν ἐμοὶ
Πρεσβεῖα νείμας τῇδε γῆς. τῷ δ' αὖ λύκῳ
Τὸν αὐτίπλευρον κῆπον εὐβοίας νέμων.
Νίσῳ δὲ τὴν ἀνόμαλον ἐξαίρει χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς. τῇ δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
Ὁ σκληρὸς εἶναι, καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
Εἴληχε πάλλας. —

Qui versus hodie mendosi, & perturbati in vulgatis Strabonis codicibus circunferuntur.

Carpathium] *Regnum Minois*, hoc est Creta insula,

ab

ab oriente Carpathium pelagus habebat. Eo autem tempore fere totius eius tractus Minos ἐθαλασσοκρατεῖ. Diodorus.

Et flumina Ceratea] lego — *& flumina Curetea.* Græce ad verbum: καρπάθιον λείπων, καὶ νάματα κουρήτεια. Κουρήτη prius dicebatur, quæ postea per syncopen Κρήτη. auctor Strabo. Domitius ait Ceratum flumen prope Cnosson. Id quidem ne nos quoque ignoramus. Sed scimus κέρατον scribi. Quare ita vitiosus, & debilis esset versus. Suspicor tamen, neq. aliter mihi persuadere possim, Virgilium scripsisse:

Carpathium pelagus fugiens, & flumina Caratea:

Nam ab Eustathio καίρατος ponitur tam fluminis, quam vrbis in Creta.

PAG. 18. *Candida cæsaries*] veteres editiones habebant:

Candida cæsaries florebant tempora lauro.

Ego lego:

Candida cæsaries florebat tempore longo,
Et roseus medio surgebat vertice crinis.

Fulgebat.] repono ex antiquioribus, *surgebat*: vt apex enim extabant ij crines. infra:

Ecce repente velut patrios imitatus honores
Purpuream concussit apex in vertice cristam.

Corsellæ] Lege *Cecropiæ.* Cuius rei extant vestigia in veteribus editionibus. in illis enim disertim legitur *Corpselæ.* ergo ita lege:

Aurea solenni comptum quem fibula ritu
Cecropiæ, tereti nectebat dente cicadæ.

Nonnus lib. XIII.

καὶ πολὺς ἀγγέλλων προτέρην αὐτόχθονα φύτλην
χρύσεος ἀπλέκτῃσι κόμαις ἐσφίγγετο τέττιξ.

Habes & in proœmio Thucydidis morem hunc Athenienſium τεττιγοφορούντων. Erat autem congeſtus capillorum in conum, qui mulieribus Romanis vocabatur *Tutulus*. Eam crinium metam τεττίγων ἐνέρσει, vt ait Thucydides, comprehendebant, vt ſe αὐτόχθονας hoc argumento indicarent. Nam e terra volunt cicadas procreari. Ac in viris quidem vocabatur κρωβύλος, καὶ κορδύλη. in mulieribus κόρυμβος, καὶ κοσύμβη. in pueris σκορπίος. Ariſtophanes ἱππεῦσι, priſcum Athenienſem τεττιγοφόρον vocat.

ὁ δ' ἐκεῖνος ὁρᾷν τεττιγοφόρος, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός.

Legi etiam aliquando, *Tortilis*, & *tereti*. Fuit & cum legerem, *Cypſeliæ*. Sed neutrum verum. Priorem coniecturam veram puto.

Nec vero hæc vobis] Lege: *Nec vero hæc votis cuſtodia vana fuiſſet*. hoc eſt: Nec vero hæc fruſtra in animo conceperant, eam ita conſeruare, & cuſtodire.

Nouo concepta furore] Aut legendum, — *conrepta*: aut — *nouos concepta furores*. vt in Culice: *Fœmineum concepta decus* — qui eſt notus archaiſmus.

Et validas docuit vires] Repone ex veteribus editionibus,

Et validas docuit victas manſueſcere Tigres.

Idem tum ſuperis] Idem paruulus Superorum iras exercebat in mortales, vt Iunonis in Scyllam. Nam quum neſcio quid perperam iurando, Iunonis iram in ſe prouocaſſet, non diu factum eſt, vt quodam die, Dea ita volente, inter æquales ſuas in luſu pilæ, cum, vt ſit, imprudens ſtudio prouecta longius proceſſiſſet, ad ipſa vſque vrbis mœnia perueniret: vnde caſtra hoſtium proſpiciens, Minoa conſpicata eſt.

cuius

cuius amore deinde icta fuit. Quæ ei ἀρχέκακοι dies, & causa, caputque malorum extitit. Id vult accidisse Virgilius Iunonis prouidentia, cuius numen Scylla, peierando in eius templo, offenderat. Higenus non Iunone, sed Venere irata hoc Scyllæ accidisse scribit.

Iunonis magnæ] Hic est principium narrationis. & ita, ne quid te fallat, distinguendum:

Iunonis magnæ (cuius periuria, Diuæ,
Olim se meminisse diu periura puellæ
Non vlli liceat) violauerat inscia sedem,
Dum sacris &c.

Iunonis magnæ sedem insciа violauerat. Cuius puellæ periuria, o Musæ, nemini fas meminisse. Dixit vero cuius puellæ, vt intelligatur tunc, cum puella esset, ea periuria commisisse. Nam multo ante tempore hoc accidisse innuit.

Se meminisse.] ἀρχαϊσμός. vt: *omnes, qui sese student cæteris præstare animantibus:* Sallustius. Frequens Plauto, Catoni, Varroni, aliis.

Periura] *periuria periura*, duriusculum. Forsan *peritura:* quia dixit nefas efferri, & diuulgari. Sed & *periuria periura* dixerit, vt Plautus *precioſum precium*, in Epidico.

Nec dum etiam castos] An nondum initiatam sacris Iunonis intelligit, cuius ageretur ἀγὼν quidam λαμπαδηδρομικός? an nondum sacra ab antistita patrata, vt nisi patratis & confectis sacris ei pila ludere fas fuerit, intelligat? an potius nondum nupsisse intelligit? Itaque pila ludentem facit: quod tantum puellarum erat, non nuptarum. vt de Nausicaa legitur apud Homerum. Nam mox nupturæ pilas cum pu-

pis, & strophiolis suspendebant Veneri. Varro Sesquiulysse: *Suspendit Veneri marinas pilas, reticula, ac strophia.* Quanquam & Varro de eo lusu intelligere potuit, de quo apud Ouidium:

Reticuloque pilæ læues fundantur aperto.
Nec nisi quam tollas, vlla mouenda pila est.

Marinas autem vocauit Varro, quæ non fiebant Romæ: sed aliunde deuehebantur. Sic *pastinacam marinam* Celsum dixisse puto: hoc est peregrinam. Sic *passer marinus* Plauto in Persa: & Ausonio, ἡ στρουθιοκάμηλος. Alia ratione dixerunt *Ros marinus, & marinum mel*, ἀφύης φῦκος in Glossario veteri. Transmarinas ergo intellige, vel, vt veteres loquebantur, permarinas.

PAG. 19. *Aurea tam gracili*] Discinxerat enim se, quo expeditius curreret ad excipiendam pilam. O vtinam, inquit, tecum tua vestimenta haberes, quæ poterant gradum morari. Ita enim non malam rem tibi quæsiuisses. Nam ludendo, vt diximus, prouecta est vsque ad mœnia imprudens. videtur itaque in phænomeride mansisse. quod Græci vocāt δωριάζειν.

Iura piasses] Piaculum commisisses. piaculo te obstrinxisses.

Timuit fratri] Et, si quis credat hoc tibi euenisse propter piaculum in periurio commissum: maluit te hoc modo punire Iuno, quam si te Ioui excruciandam tradidisset, qui solus periuria hominum, præsertim puellarum vlciscitur. Propertius:

Non semper placidus periuria ridet amantum
Iuppiter, & surda negligit aure preces:
Vidistin' toto sonitus percurrere cælo,
Fulminaque atheria desiliisse domo?

Non

Non hæc Pleiades faciunt, neque aquosus Orion.
Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.
Periuras tunc ille solet punire puellas.
Deceptus quoniam fleuit & ipse Deus.

Ex omni iniuria dicto.] Dictum hic accipitur, vt Homero ἔπος. hoc est res. sic Hebræi dicunt verbum pro facto. sic Latinum RES. Nam a ῥῆσις. & veteres dicebant *Reses.* quod decurtatum in *Res*, vt alia.

Heu nimium tereti] *Tela tereti visu*, vt,
— domus sanie, dapibusque cruentis.
Tela ergo tereti visu erunt ταχέα, vel τορνύλα ἰδέᾳ. Sed in obsoletis editionibus legitur *Terei*, non *tereti*. Itaque posset legi,

Heu nimium Terei nimium Tirynthia visa.

Terei, vt Orphei, ὀρφεῖ. *Orphei Calliopea.* Quæ tela non puerilia, tametsi puer est Cupido: sed Herculea, ac nimium sæua expertus est Tereus: vt patet ex his grauissimis Attij poetæ versibus:

Tereus indomito more, atque animo barbaro
Conspexit in eam, amore vecors, flammeus,
Depositus. facinus pessimum ex dementia
Confingit. —

Sed non possum facere, quin, vt vere legendum existimo, huic chartæ commendem. Puto igitur:

Heu nimium celeri nimium torrentia nisu.

Nam etiam in excusis manifesto legitur *nisu.* quod Græce esset, ῥοιζῷ, βολῇ. sicut *torrentia*, ταχύπορα. Et ne quid dissimulem, puto hanc veram lectionem esse.

Quæ simul ac venit] ex cultissimo Catulli poematio: *— cuncto concepit pectore flammam.*
Funditus, atque imis exarsit tota medullis.
Insignes enim locos ei⁹ poematis expressit Virgilius.

Ictaue

Ictave barbarico] Nicander Alexipharmacis:

ἢ ἅτε κερνοφόρος ζάκορος βωμίστρια ῥεῖς
εἰνάδι λεοφόροισιν ἐνιχρίμπτουσα κηλεύθοις
μακρὸν ἐπεμβοάα γλώσσῃ θρόον. οἱ δὲ τρέουσιν
ἰδαίης ῥιγηλὸν ὅτ' εἰσαΐωσιν ὑλαγμόν.
ὡς ὁ νόον λύσσῃ ἠσφαλμένα βρυχανάαται.

Antistita] Cor. Seuerus: *Stabat ad antiquas Antistita numinis aras.* hoc est apud Nicandrum, ζάκορος βωμίστρια. &c.

Non styrace Idæo.] Tamen Idæum, seu Creticum storacem non probat Plinius. Est autem totus hic locus imitatus ex politissimo opere Catulliano:

Non tereti strophio roseas euincta papillas.

Sæua velut] Ita legitur hic versus in antiquitus excusis:

Sæua velut gelidi Sithonum Bistonis oris.

vbi sane necesse est secundam *Sithonum* produci, quæ aliter breuis erat. quod Virgilium commisisse non credo. Lego igitur,

Sæua velut gelidis Edonum Bistonis oris. Horat.
— non ego mitius Bacchabor Edonis.

est autem desumptum ex eodem Catulli poemate:

Saxea vt effigies bacchatis prospicit euoe.

Cognita non teneris] Hoc est consueta. mallem tamen *condita.* eodem modo, hoc est figura Hypallage dicuntur cōdita Sicyonia pedibus, quo Persius dixit

— inseris aures Fruge Cleanthea.

Nam potius fruges inseruntur auribus, quam frugibus aures.

Cæli speculatur amorem] Lego, *cæli speculatur ad oram.* id est, τὴν πρᾶτιν. Cum enim iam dixerit,

Sæpe etiam tristes voluens in nocte querelas:

Con-

Consequens, vt illa diem optaret. vnde fiebat, vt crebro ad orã cæli spectaret, vnde dies solet existere.

Non accepta piis] omnino, sicut alia pleraque, desumptum ex Catulli Ariadna:

Non ingrata tamen frustra munuscula Diuis
Promittens, tacito suspendit vota labello.

Nulla colum] ἀρχαϊσμός. Terentius: — *nullus dixeris.* Plautus:

Nam mihi quem dixit, is nullus venit.

Nouit] etiam *nubit* legi poterat. Suspicor enim librarium scripsisse, *nuuit. Colum nubere* dicunt Græci στέφειν. Et quæ velamina, vel vellimina, vt vocat Varro, dicuntur in colu, ea στέμματα in Oreste Euripides vocat.

Libyco] Citreo, vel lotino.

Plauduntur] κροτοῦνται, σπαθοῦνται, vt σπαθηταὶ ἑσθῆτες Sophocli, hoc est crebræ. vt contra Rallæ. Apud Plinium lib. VIII. *crebræ papaueratæ.* vbi forsan melius legeretur *paueratæ*, hoc est σπαθηταὶ, vt sint eædem, quæ *Pauitentes* apud Isidorum. quomodo *pauera frumenta*, multum trita, vt granum deglubatur. Sunt enim frumenta quædam, quæ vix e glumis suis euaginari possunt. *Pauera* autem a pauiendo. *Pauire* παρὰ τὸ παίειν, vt

— *palmisque misellam*
Depuuit me. Lucill.

Plauduntur] Propter sonum. Tibull. — *Et appulso tela sonant latere.*

— *Vbi enim pudor*] Ouidius:

Non bene conueniunt, pudor atque amor. —

PAG. 20. *Nanque hæc conditio*] Nihil muto. Subolet tamen hanc lectionem commentitiam esse: cum

cum in priſcis editionibus ita legatur:

Nanque hæc conditio raptori opponitur vna.

Nam quæ tanta diuerſitas lectionis? Ego ſane putarim ita Virgilium ſcripſiſſe:

Nanque hæc condicti ratio proponitur vna.

Nam alium modum condicendi hoſti, non habet. proprie proditorum eſt *condictum*. Nam iis, quibus arcem, aut vrbem prodituri ſunt, proprie *condicere*, & *conſtituere* dicuntur.

Arguto detonſum] *Argutum* vocat, quicquid habet συμμετρίαν τινὰ, & elegantiam: vt, *Argutumque caput, breuis aluus, obeſaque terga.* vbi ſane nugatur Seruius. Plin. lib. xxxv. *Primus ſymmetriam picturæ dedit: primus argutias vultus, elegantiam capilli.*

Dauliades (crudele)] Non dubium eſt, quin legendum ſit, *Dauliades gaudete* — præſertim quum toties hoc verbum antea, & poſt interiecerit. Quin apices ipſi literarum recte conueniunt.

Chalcheius] Ego, hoc monſtri quid ſit, plane ignoro. Nam Chalcis ſane non eſt. Quod ſi eſſet, at χαλκὶς, quæ & κύμινδις Homero, inter nocturnas aues ponitur a Plinio. Quare non poſſet eſſe Falco noſter. Eum enim eſſe Niſum alibi demonſtrabo. Sed nulla controuerſia legendum *Haliaetus*. Hic enim etiam ipſi apices literarum congruunt.

Deuinctus lumina] *Deuinctus lumina*, vt Theocritus, ὄμματα πεπεδημένα μαλακῷ δεσμῷ. Poſſet & legi *deuictus*.

PAG. 21. *At demptæ*] lege, *vt dempta.* id eſt, Simulac illi demptæ vires. *Cæruleas* autem *vmbras* more Græcorum, κυανέαν ὄρφναν. & Albinouanus ad Liuiam, *cæruleam mortem.*

Nutantia

Nutantia sidera] Vt – *nutantem pondere mundum.* Potes & legere *nictantia.* videntur enim conniuere. Cuius rei caussam reddidit Aristoteles in Meteorologicis. Porro in veteribus non *culti*, sed *cæli* excusum est: vt suspicer legendum esse, *Suspicit ad celsi.*

Quam simul Ogygij] Filiam tamen Eubuli cuiusdam facit Pausanias Corinthiacis: ἐν αἰγίνῃ δὲ, inquit, πρὸς τὸ ὄρος τοῦ πανελληνίου διὸς ἰοῦσιν ἐστιν Ἀφαίας ἱερὸν, εἰς ἣν καὶ πίνδαρος ἆσμα αἰγινήταις ἐποίησεν. φασὶ δὲ κρῆτες (τούτοις γὰρ ἐστι τὰ εἰς αὐτὴν ἐπιχώρια) καρμάνορος τοῦ καθήραντος ἀπόλλωνα ἐπὶ φόνῳ τοῦ πύθωνος παῖδα εὔβουλον εἶναι. διὸς δὲ καὶ Κάρμης τὴν δὲ εὐβούλου βριτόμαρτιν γενέσθαι.

Viridis per viscera pallor] Sic indifferenter Latini pallorem, & virorem vsurpant, vt Græci ὠχρὸν, καὶ χλωρόν. Galenus.

Nec leuis hoc faceret] Lege, *Nec leuis hoc facere (neque enim pote) cura subegit.* Nec leuis cura te ad hoc faciendum adegit, vt timeres. Elegans est hic vsus verbi *facere* more Græcorum. Porro simile nescio quo modo videtur illud Sapphonis, vt citatur ab Aristotele in Rhetoricis:

αἰ δ᾽ ἶχες ἐσλῶν ἵμερον ἢ καλῶν,
καὶ μηδὲν εἰπῆν γλῶσσ᾽ ἐκύκα κακόν·
αἰδώς κεν οὐχὶ σ᾽ εἶχεν ὄμματ᾽,
ἀλλ᾽ ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Haud fallor] Inconcinna sane lectio, & tanto Poeta indigna. Sed nihil facilius, quam veterem asserere, quæ plane ita habebat: *Haud fallor: quod te potius Rhamnusia, fallar.* id est, quod potius te precor Rhamnusia, vt fallar. Sic *Te Neptune, pater*, eleganter subticetur, *precor.* de quo satis in Coniectaneis in Varronem.

Nec

Nec grauidos] *Grauidos fœtus*, χρίμας. vt,

Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maßicus humor.

Cicero *grauiditates* τὰς κυήσεις vocat. *Ab eoque*, inquit, *Luna illuminata grauiditates, & partus adferat, maturitateſque gignendi.*

Morerere capillos.] Vetus editio *remorere.* quod non eſt deterius illo.

Quod nec ſinit Adraſtea.] *Sinit*, ſiuerit. Etiam frequens Plauto, vt & *ſirit.* Sic Horatius *edit*, pro edat.

Edit cicutis allium nocentius.

Ladere vtrunque] Melius, meo iudicio, *ludere.* illud tritum Comicis, *ludos facere. Vtrunque* autem *parentem*, me, & patrem. Nam *nutrix* etiam mater Plauto in Mercatore: & *obſtetrix* etiam mater. Idem Truculento.

Quod ſi alio] Quod ſi quomodocunque aliter animata amas, & non propter has cauſſas, quas ſuſpicata ſum. Vel, vt veteres loquebantur, Quod ſi cum alio animo amas. Non male etiam legere poſſis:

Quod ſi alio quouis nimio iactaris amore.

Sed non dubito legere:

Quod ſi alio quouis animum iactaris amore.

vel *Quod ſi alio quouis nimio iactaris amore.*

Nam te iactari] Legendum *noſtra*, non *noſtri*, & *Amathuntia*, non *Amathuſia*, quanquam idem eſt. Catullus:

Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam.

Non ita auerſa mea Venere de amore iudico. Comicus aliquis licenter compoſuiſſet: ἐχ ἕτως ἐμὶ ἀπαφροδίτη.

Sin conceſſus amor] Non eſt deterius, quod habent veteres editiones, *confeſſus amor.* Græcanicum eſt ὁμολογητὸς,

ὁμολογητὸς, tam qui in confesso est, quam qui esse potest. Sic Petronius: *Quum se confesso vinxit amori Iupiter.* Ne dubita igitur reponere *confessus*. Est autem hic ἔκλειψις ἠθικὴ. Nullum enim ἀνταποδοτικόν. vt, ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι, εἰ δὲ μή. &c. Aristophanes: — εἰ μὲν οὖν τίς ἐστιν, εἰ δὲ μή, ἡμεῖς αὐτοί γε, καὶ τὰ δικλείδα &c. ea aliquando vtitur & Plautus.

PAG. 22. *Digna atque indigna*] Digna indigna, vt Terentius, *iusta iniusta me facturum*. Quæ omnia παροιμιώδη: cuiusmodi prouerbium non animaduersum apud interpretem Æschyli:

δεῖ δ' ἐκ τοῦδε ἀνώ καὶ δίκαια κἄδικα.

Quo Plautus Captiuis allusit:

Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.

Et scoria] Non puto Virgilium sordida verba, &, vt Gellius loquitur, maculantia ex plebis fæce huc infersisse, vt tam culto, ac tam nitido poematio, tam sordidam verbi labem inspergeret. Præterea quis credat Virgilium modulum primæ syllabæ, quæ est in *scoria*, ignorasse? Sed profecto legendum, *scabre tabescere tali.* Varro; *ager derelinqueretur, ac periret scabre, squaleque, inluuie, inculta vastitudine.* Quam scabrem intelligat, plane innuit illo, *Non styrace Idæa* &c. Significat ergo omnem neglectum munditiarum: quemadmodum & Græcis nomine ἀλουσίας idem concipitur. Euripides Oreste:

ὡς ἠγρίωσαι διὰ μακρᾶς ἀλουσίας. Quod expressit Lucillius ita: — *hic cruciatur fame,*

Frigore, inluuie, imbalnitie, imperfundie, incuria.

Imbalnitie, ἀλουσία.

Tenui succincta corona] *tenui corona*, στρόφιον. Nam στρόφιον, & quo cingebantur, & capitis corona. *Choronam*

ronam etiam veteres scribebant aspirate, conscij scilicet sibi eius etymi. Nam primum veteribus στέφανος, χορωνὸς vocabatur, παρὰ τῆς χορῆς. Simonides:

φοῖβος ἐσαγεῖται τοῖς τῶνδ' ἄρχων ἀοιδῆς,
αὖ ἁμετέρη τέτληκε ἀπημεῖ ψαῦσαι χορωνῷ.

Sed videamus an satis Latinum sit, *cincta in strophio, in zona*. Minime sane. Hoc ergo vnum falsi lectionem conuicerit. & profecto ita est. Nam legendum,

Quæ prius in tenui steterat succincta Crocota.

Crocotam etiam hodie decurtato nomine *Cotam* vocamus in tota Gallia. Scyllam ergo, ita vt surrexerat e lecto, crocotá tantum indutam ait. Cui metuens nutricula, ne scilicet algeret, *Frigidulam iniecta circumdat veste puellam*, quæ prius tantum manserat in tenui crocota. *Estoit demeuree en cotte*. Gallico idiotismo.

Nec mihi notorum] Ait se non amicorum amore tangi, sed quod ἄτοπον, & vix credibile, hostium. Hostem enim Minoem amare. *noti* sunt amici: vt in Epitaphio Puppij poetæ Tragici:

Flebunt amici, & bene noti morte in mea.

Catullus: *Si tria notorum basia reppererit.*

Deflectunt lumina.] *Deflecti lumina* iis dicebant Veteres, qui alicuius rei subito cupidi fiebant. Varro, *Nam qui ad eam sunt ingressi integris oculis, omnes sunt strabi facti. Habet enim nescio quid ἑλκυστικὸν formosula prouincialis vxor.* Ergo *strabum fieri*, & *deflecti oculos*, idem est. Quod Græci non absimili allusione dicunt ἰλιγγιᾷν πρός τι.

Cui Parca] Restitue ex veteribus editionibus:

Cui Parcæ tribuunt nullo quoque vulnere lædi.

An sentit Minoem in eo bello nullum vulnus vnquam accepisse? An, quod verum est, ἰσοτιμῶς dixit? vt idem

vt idem videatur concessum Minoi, quod Talo Cretensi. Qui, quod ἄτρωτος esset, propterea a Poetis totus æneus perhibetur.

Oppugnat] Non de nihilo dixit, *oppugnat*. Nam & mœnia quoque oppugnabat.

Perque tuum memoris] Lege *memori*. mihi memori, & gratæ. Aspiratio facit, ne sit hiatus. *Haurire pectus*, est quod *sugere mammam* Varro dixit: *& mammam lactis sugentem pascere puppum*. Vnde *suctum lactis* idem dixit γνῶθι σεαυτόν.

— Denique certe
Lac fultificum daret, & mansum:
Quo venarum sanguine riuos
Compleret puer: vt crementa
Corpora fierent: vt maiora
Paruo suctu candida lactis.

Nos ita & correximus, & coniunximus.

Vt me si seruare] Simile Ouidius in sua Medea dixerat:

Seruare potui: perdere an possim, rogas?

PAG. 23. *Ante hunc conspectum*] Aut dixit pro, *Ante expectatum*: aut sane legendum *Ante expectatum*. παρὰ προσδοκίαν, ἀπροσδοκήτως. III. Georgicon:

— & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.

Crudelis reddite] hoc est, o mihi nunc iterum effecte crudelis. Non tamen verum puto, sed *— crudeliter addite Minos*: vt, *— & Teucris addita Iuno*. Poetæ, ἐπιζαφελὴς, ἐπιζαχρεὶς. sed Seruius cum ait esse verbum antiquorum, producitq. Plauti testimonium, *Additus Ioni Argus*: vereor ne memoria lapsus sit, habueritque in mente locum ex Aulularia:

Quos si Argus seruet, qui totus oculeus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit.

O iterum nostræ] Ita lego hunc locum:

O iterum nostræ Minos inimice senectæ:
Semper & ante olim natæ te propter eundem,
Ah amor insanæ luctum portabit alumnæ.

Vt olim natæ meæ Britomarti luctum portauit amor propter te, sic & alumnæ Scyllæ nuper propter te eundem. quanquam diuersa ratione. Nam olim amans, nunc vero amatus luctum portat puellæ. *Portare luctum* dixit, quod Græci κόπτεσθαι προσφέρειν. Britomartis matrem Carmen hanc fuisse superius ex Pausania docuimus, quod & apud Antonium Liberalem inuenies, quæ in manus Nisi peruenit bello captiua, vt ipsamet infra profitetur:

Tene ego tam longe capta, atque euecta, nequiui &c.

Obsistam] Hæc est veterum excusorum lectio, quam mirum quot modis cruciarint Correctores isti: cum alius *vt sistam*, alius *absistam*, alius alia monstra pro libidine confingeret. Ego vero nulla pene licentia ita lego: *Effugere obses tam exitium crudele meorum.* An non satis constat de veritate lectionis? obsidem se vocat, quæ esset αἰχμάλωτος.

Iam iam nec nobis] Nihilo secius huic vulneri manus intulerunt, vt illi peius esset: cum disertim excusum sit antiquitus:

Iam iam nec nobis ea, quæ senioribus, vllum
Copia viuendi vitæ genus.

Iam nec nobis copia restat viuendi vllum vitæ genus, ne ea quidem, quæ senioribus supereſt. Nam quid est tam desperatum quam vita senum, vt quæ propior morti sit? At ea ne nobis quidem supereſt.

Græcum

Græcum est: πᾶς βίος ἀβίωτος ἡμῖν.

Meæ spes vna salutis] Ne huic quidem loco pepercerunt. veteres habebant — *mei spes vna sepulcri.* Dignum elegantia Virgiliana. Nam quæ vitam seniorum mortem existimet, propterea maluit dicere spes sepulcri, quam spes salutis. Notum enim & senes τυμβογέροντας vocari.

Præceps aeriis] ἓν διὰ δυοῖν: *specula de montibus*, pro, *specula montium*: sic in Moreto: *grumos spargit sale?* Sed sine dubio legendum,

— *aerij specula de montis abisses.* Sic in Bucolicis: *Præceps aerij specula de montis in altum Deferar* —

Vnde alij fugisse] An, vnde alij, qui propter amoris impotentiam vellent se præcipites dare, præ altitudine saltus deterriti sunt; & abstinuerunt tali temeritate. Quapropter Statius vocat *temerariam* Sappho, quæ non horruerit saltum Leucadis, quem non fœminæ, sed viri, ex amoris insania salire consueuerant, vt cognoscimus ex Menandro apud Strabonem, & Anacreonte ita canente:

ἀρθεὶς δ' ἠΰτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης
ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι. Nam sane de Sapphone intellexit Læuius poeta vetus:

Seseque in alta maria præcipem misit
Inops, & ægra sanitatis Herois.

Sed nimis alte repetita explicatio. Non dubium est quin hic lateat historiæ reconditus sensus, quæ est eruditio Virgilij. *Vnde alij fugisse ferunt*: hoc est, vnde aiunt te euasisse, & inde Αφαίαν vocatam fuisse, παρὰ τὸ ἀφεθῆναι. Nam Britomartis a Cretensibus Dictynna vocata est, ab Æginetis Aphæa, vt ego interpretor, & vt manifeste hic canit Virgilius, quod effuge-

editionibus, *Perdere sacra.* Notissimum est semper interponi casum personæ in obtestationibus: vt apud Euripidem — πρός σε σῆς γενειάδος.
Hic tamen est obtestatio: πρὸς τὸ φωσφόρου.

Per flumina] Lego *per lumina*, videtur enim iuramentum Creticum, ναὶ τὰν φωσφόρον. Etiam Atticis mulieribus familiare. Sic enim illa apud Aristophanem:

Πανοῦργος εἶ νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον.

Tamen non male legeretur, *Per te sacra precor perluminis Ilithyia.* vt *perluminis* eo modo dictum, & formatum sit, quo *pernoctis*. Nihil vero mutandum censeo.

Ne tantum in facinus] puto legendum esse:

Ne tantum in facinus tam molli mente feraris.

Nam veteres editiones habent *tam molli*, non, *tam nulla.*

Flectere amor] Sententia est Sophoclis:

ἔρωτι μὲν γὰρ ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.

Meque deosque tibi comites] vult dicere, quod expressius Græci: ὡς ἐμοῦ σὺν θεοῖς συλληψομένης σοι, ὥστε ποιεῖν.

Nihil est, quod texas] Quod fit διὰ θημοσύνην. Quo nomine extat liber Hippocratis. Xenophon Oeconomico: ἔστι γὰρ οὐδὲν οὕτως οὔτε εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις.

PAG. 29. *Inuerso bibulum*] Superstitio veterum, qui lucernam non extinguebant, sed per se sinebant languescere. Plutarchus. Hic vero obruitur oliuo, ne viderentur vt hominem interficere, si tantum extinguerent, sed vt saturitate opprimere. etiam vinum inuer-

inuergebant, quum langueret lumen, & ex crepitantis flammæ, quam mero tangebant, sonitu, omina captabant. Propertius: *Seu metuit tangi parca lucerna mero.* In epistola Heronis ad Leandrum:

Interea lumen (posito nam scribimus illo)
Stertuit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes.
Cras erimus plures, inquit: & ipsa bibit.

Incipit ad crebros] Melius veteres editiones:

Incipit: & crebros insani pectoris ictus

Ferre manu. Hic *ferre manu*, est χειρὶ ἀνέχειν. & quod Plaut. Casina, *contine pectus: face ventulum amabo.*

Et gelido.] Lege *Egelido. Egelidò veniens mani. q. a. æta.*

Hesperium] *Hesperium diem* pro Hespero, quomodo Cicero *brumalem diem* pro bruma. eum ait odisse puellas, vt & ipsum insectantur illæ apud Catullum:

Hespere, qui cælo lucet crudelior igni?

Nanque ipso verita est] μίμησις εἰρωνική.

Nunc alia ex aliis.] Lege *Nunc alia ex aliis (nec desunt) omina quærit.*

Componens sulp. testa] testam ad eam rem adhiberi nouimus ex Æschylo, & eius interprete. in ea enim suffimenta componebant piatrices mulieres. In veteribus Glossis ita reperio: *Tegularia, maleficia: eo quod supra tegulas sacrificent.* Nam maleficiorum nomine, sortilegia.

PAG. 26. *Hic magno*] Satis male habuerunt hunc locum in omnibus editionibus: Sed minimum omnium recedunt veteres excusi codices, qui habent:

Hinc magno generata Ioui frigidula sacra:

Prodigiosa sane oratio, sed quæ facilem viam sternat

cum in priſcis editionibus ita legatur:

Nanque hàc conditio raptori opponitur vna.

Nam quæ tanta diuerſitas lectionis? Ego ſane putarim ita Virgilium ſcripſiſſe:

Nanque hæc condicti ratio proponitur vna.

Nam alium modum condicendi hoſti, non habet. proprie proditorum eſt *condictum*. Nam iis, quibus arcem, aut vrbem prodituri ſunt, proprie *condicere*, & *conſtituere* dicuntur.

Arguto detonſum] *Argutum* vocat, quicquid habet συμμετρίαν τινὰ, & elegantiam: vt, *Argutumque caput, breuis aluus, obeſaque terga.* vbi ſane nugatur Seruius. Plin. lib. xxxv. *Primus ſymmetriam picturæ dedit: primus argutias vultus, elegantiam capilli.*

Dauliades (crudele)] Non dubium eſt, quin legendum ſit, *Dauliades gaudete* — præſertim quum toties hoc verbum antea, & poſt interiecerit. Quin apices ipſi literarum recte conueniunt.

Chalcheius] Ego, hoc monſtri quid ſit, plane ignoro. Nam Chalcis ſane non eſt. Quod ſi eſſet, at χαλκὶς, quæ & κύμινδις Homero, inter nocturnas aues ponitur a Plinio. Quare non poſſet eſſe Falco noſter. Eum enim eſſe Niſum alibi demonſtrabo. Sed nulla controuerſia legendum *Haliaetus*. Hic enim etiam ipſi apices literarum congruunt.

Deuinctus lumina] *Deuinctus lumina*, vt Theocritus, ὄμματα πεπεδημένα μαλακῷ δεσμῷ. Poſſet & legi *deuictus*.

PAG. 21. *At demptæ*] lege, *vt dempta.* id eſt, Simulac illi demptæ vires. *Cæruleas* autem *vmbras* more Græcorum, κυανέαν ὄρφναν. & Albinouanus ad Liuiam, *cæruleam mortem.*

Nutantia

Nutantia sidera] Vt – *nutantem pondere mundum.* Potes & legere *nictantia.* videntur enim conniuere. Cuius rei caussam reddidit Aristoteles in Meteorologicis. Porro in veteribus non *culti*, sed *cæli* excusum est: vt suspicer legendum esse, *Suspicit ad celsi.*

Quam simul Ogygij] Filiam tamen Eubuli cuiusdam facit Pausanias Corinthiacis: ἐν αἰγίνῃ δὲ, inquit, πρὸς τὸ ὄρος τοῦ πανελληνίου διὸς ἰοῦσιν ἐστιν Ἀφαίας ἱερὸν, εἰς ἣν καὶ πίνδαρος ᾆσμα αἰγινήταις ἐποίησεν. φασὶ δὲ κρῆτες (τούτοις γὰρ ἐστι τὰ εἰς αὐτὴν ἐπιχώρια) καρμάνορος τοῦ καθήραντος ἀπόλλωνα ἐπὶ φόνῳ τοῦ πύθωνος παῖδα εὔβουλον εἶναι. διὸς δὲ καὶ Κάρμης τῆς εὐβούλου βριτόμαρτιν γενέσθαι.

Viridis per viscera pallor] Sic indifferenter Latini pallorem, & virorem vsurpant, vt Græci ὠχρὸν, καὶ χλωρόν. Galenus.

Nec leuis hoc faceret] Lege, *Nec leuis hoc facere (neque enim pote) cura subegit.* Nec leuis cura te ad hoc faciendum adegit, vt timeres. Elegans est hic vsus verbi *facere* more Græcorum. Porro simile nescio quo modo videtur illud Sapphonis, vt citatur ab Aristotele in Rhetoricis:

αἰ δ᾽ ἶχε σ᾽ ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν,
καὶ μηδὲν εἰπῆν γλῶσσ᾽ ἐκύκα κακόν·
αἰδώς κεν οὐχί σ᾽ εἶχεν ὄμματ᾽,
ἀλλ᾽ ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Haud fallor] Inconcinna sane lectio, & tanto Poeta indigna. Sed nihil facilius, quam veterem asserere, quæ plane ita habebat: *Haud fallor: quod te potius Rhamnusia, fallar.* id est, quod potius te precor Rhamnusia, vt fallar. Sic *Te Neptune, pater*, eleganter subticetur, *precor.* de quo satis in Coniectaneis in Varronem.

Nec grauidos] *Grauidos fœtus*, γονίμους. vt,

Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maßicus humor.

Cicero *grauiditates* τὰς κυήσεις vocat. *Ab eoque*, inquit, *Luna illuminata grauiditates, & partus adferat, maturitatesque gignendi.*

Morerere capillos.] Vetus editio *remorere.* quod non est deterius illo.

Quod nec sinit Adrastea.] *Sinit*, siuerit. Etiam frequens Plauto, vt & *sirit.* Sic Horatius *edit*, pro edat.

Edit cicutis allium nocentius.

Lædere vtrunque] Melius, meo iudicio, *ludere.* illud tritum Comicis, *ludos facere. Vtrunque* autem *parentem*, me, & patrem. Nam *nutrix* etiam mater Plauto in Mercatore: & *obstetrix* etiam mater. Idem Truculento.

Quod si alio] Quod si quomodocunque aliter animata amas, & non propter has caussas, quas suspicata sum. Vel, vt veteres loquebantur, Quod si cum alio animo amas. Non male etiam legere possis:

Quod si alio quouis nimio iactaris amore.

Sed non dubito legere:

Quod si alio quouis animum iactaris amore.

vel *Quod si alio quouis nimio iactaris amore.*

Nam te iactari] Legendum *nostra*, non *nostri*, & *Amathuntia*, non *Amathusia*, quanquam idem est. Catullus:

Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam.

Non ita auersa mea Venere de amore iudico. Comicus aliquis licenter composuisset: οὐχ οὕτως εἰμὶ ἀπειραφρόδιτος.

Sin concessus amor] Non est deterius, quod habent veteres editiones, *confessus amor.* Græcanicum est

ὁμολογητὸς,

ὁμολογητὸς, tam qui in confesso est, quam qui esse potest. Sic Petronius: *Quum se confesso vinxit amori Iupiter.* Ne dubita igitur reponere *confessus*. Est autem hic ἔκλειψις ἀπτικὴ. Nullum enim ἀνταποδοτικόν. vt, ἢν μὲν ἔλθωσιν, εἰ δὲ μή. &c. Aristophanes: — εἰ μὲν οὖν τίς ἐστιν, εἰ δὲ μὴ, ἡμεῖς αὐταί γε, καὶ τὰ δουλάρια &c. ea aliquando vtitur & Plautus.

PAG. 22. *Digna atque indigna*] Digna indigna, vt Terentius, *iusta iniusta me facturum.* Quæ omnia παροιμιώδη. cuiusmodi prouerbium non animaduersum apud interpretem Æschyli:

δοῦλε δεσποτῶν ἄκουε καὶ δίκαια κἄδικα.

Quo Plautus Captiuis allusit:

Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit.

Et scoria] Non puto Virgilium sordida verba, &, vt Gellius loquitur, maculantia ex plebis fæce huc infersisse, vt tam culto, ac tam nitido poematio, tam sordidam verbi labem inspergeret. Præterea quis credat Virgilium modulum primæ syllabæ, quæ est in *scoria*, ignorasse? Sed profecto legendum, *scabre tabescere tali.* Varro: *ager derelinqueretur, ac periret scabre, squaleque, inluuie, inculta vastitudine.* Quam scabrem intelligat, plane innuit illo, *Non styrace Idæo* &c. Significat ergo omnem neglectum munditiarum: quemadmodum & Græcis nomine ἀλουσίας idem concipitur. Euripides Oreste:

ὡς ἠγρίωσαι διὰ μακρᾶς ἀλουσίας. Quod expressit Lucillius ita: — *hic cruciatur fame,*

Frigore, inluuie, imbalnitie, imperfundie, incuria.

Imbalnitie, ἀλουσίᾳ.

Tenui succincta corona] *tenui corona*, στροφίῳ. Nam στροφίον, & quo cingebantur, & capitis corona. *Cho-*

ronam etiam veteres scribebant aspirare, conscij scilicet sibi eius etymi. Nam primum veteribus στέφανος, χειρωνὸς vocabatur, περὶ τὰς χέρας. Simonides:

φοῖβος ἐσαγεῖται τοῖς τῶνδ' ἄρχων ἀοιδῆς,
αὖ ἀμετέρου τέττιγες ἀπημεῖ ψαῦσι χειρωνῷ.

Sed videamus an satis Latinum sit, *cincta in strophio, in zona*. Minime sane. Hoc ergo vnum falsi lectionem conuicerit. & profecto ita est. Nam legendum,

Quæ prius in tenui steterat succincta Crocota.

Crocotam etiam hodie decurtato nomine *Cotam* vocamus in tota Gallia. Scyllam ergo, ita vt surrexerat e lecto, crocotá tantum indutam ait. Cui metuens nutricula, ne scilicet algeret, *Frigidulam iniecta circumdat veste puellam*, quæ prius tantum manserat in tenui crocota. *Estoit demeuree en cotte.* Gallico idiotismo.

Nec mihi notorum] Ait se non amicorum amore tangi, sed quod ἄτοπον, & vix credibile, hostium. Hostem enim Minoem amare. *noti* sunt amici: vt in Epitaphio Puppij poetæ Tragici:

Flebunt amici, & bene noti morte in mea.

Catullus: *Si tria notorum basia repperit.*

Deflectunt lumina.] *Deflecti lumina* iis dicebant Veteres, qui alicuius rei subito cupidi fiebant. Varro, *Nam qui ad eam sunt ingressi integris oculis, omnes sunt strabi facti. Habet enim nescio quid* ἑλκυστικὸν *formosula prouincialis vxor.* Ergo *strabum fieri*, & *deflecti oculos*, idem est. Quod Græci non absimili allusione dicunt ἰλιγγιᾶν περί τι.

Cui Parcæ] Restitue ex veteribus editionibus:

Cui Parcæ tribuunt nullo quoque vulnere lædi.

An sentit Minoem in eo bello nullum vulnus vnquam accepisse? An, quod verum est, εἰρωνικῶς dixit? vt idem

vt idem videatur concessum Minoi, quod Talo Cretensi. Qui, quod ἄτρωτος esset, propterea a Poetis totus æneus perhibetur.

Oppugnat] Non de nihilo dixit, *oppugnat*. Nam & mœnia quoque oppugnabat.

Perque tuum memoris] Lege *memori*. mihi memori, & gratæ. Aspiratio facit, ne sit hiatus. *Haurire pectus*, est quod *sugere mammam* Varro dixit: *& mammam lactis sugentem pascere puppum*. Vnde *suctum lactis* idem dixit γνῶθι σεαυτόν.

— Denique certe
Lac fultificum daret, & mansum:
Quo venarum sanguine riuos
Compleret puer: vt crementa
Corpora fierent: vt maiora
Paruo suctu candida lactis.

Nos ita & correximus, & coniunximus.

Vt me si seruare] Simile Ouidius in sua Medea dixerat:

Seruare potui: perdere an possim, rogas?

PAG. 23. *Ante hunc conspectum*] Aut dixit pro, *Ante expectatum*: aut sane legendum *Ante expectatum*. παρὰ προσδοκίαν, ἀπροσδοκήτως. III. Georgicon:

— & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.

Crudelis reddite] hoc est, o mihi nunc iterum effecte crudelis. Non tamen verum puto, sed *— crudeliter addite Minos*: vt, *— & Teucris addita Iuno*. Poetæ, ἐπιζαφελὴς, ἐπιζαχρεὶς. sed Seruius cum ait esse verbum antiquorum, producitq. Plauti testimonium, *Additus Ioni Argus*: vereor ne memoria lapsus sit, habueritque in mente locum ex Aulularia:

Quos si Argus seruet, qui totus oculeus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno custodem addidit.

O iterum nostra] Ita lego hunc locum:

O iterum nostræ Minos inimice senectæ:
Semper & ante olim natæ te propter eundem,
Ah amor insanæ luctum portabit alumnæ.

Vt olim natæ meæ Britomarti luctum portauit amor propter te, sic & alumnæ Scyllæ nuper propter te eundem. quanquam diuersa ratione. Nam olim amans, nunc vero amatus luctum portat puellæ. *Portare luctum* dixit, quod Græci κήδεα φορεῖν. Britomartis matrem Carmen hanc fuisse superius ex Pausania docuimus, quod & apud Antonium Liberalem inuenies, quæ in manus Nisi peruenit bello captiua, vt ipsamet infra profitetur:

Tene ego tam longe capta, atque euecta, nequiui &c.

Obsistam] Hæc est veterum excusorum lectio, quam mirum quot modis cruciarint Correctores isti: cum alius *vt sistam*, alius *absistam*, alius alia monstra pro libidine confingeret. Ego vero nulla pene licentia ita lego: *Effugere obses tam exitium crudele meorum.* An non satis constat de veritate lectionis? obsidem se vocat, quæ esset αἰχμάλωτος.

Iam iam nec nobis] Nihilo secius huic vulneri manus intuleruntt, vt illi peius esset: cum disertim excusum sit antiquitus:

Iam iam nec nobis ea, quæ senioribus, vllum
Copia viuendi vitæ genus.

Iam nec nobis copia restat viuendi vllum vitæ genus, ne ea quidem, quæ senioribus supereſt. Nam quid est tam desperatum quam vita senum, vt quæ propior morti sit? At ea ne nobis quidem supereſt.

Græcum

Græcum est: πᾶς βίος ἀδίωτος ἡμῖν.

Mea spes vna salutis] Ne huic quidem loco pepercerunt. veteres habebant — *mei spes vna sepulcri.* Dignum elegantia Virgiliana. Nam quæ vitam seniorum mortem existimet, propterea maluit dicere spes sepulcri, quam spes salutis. Notum enim & senes πυμβογέροντας vocari.

Præceps aerijs] ἐν δὲ δυοῖν: *specula de montibus*, pro, *specula montium*: sic in Moreto: *grumos spargit sale?* Sed sine dubio legendum,

— *aerij specula de montis abisses.* Sic in Bucolicis: *Præceps aerij specula de montis in altum Deferar* —

Vnde alij fugisse] An, vnde alij, qui propter amoris impotentiam vellent se præcipites dare, præ altitudine saltus deterriti sunt; & abstinuerunt tali temeritate. Quapropter Statius vocat *temerariam* Sappho, quæ non horruerit saltum Leucadis, quem non fœminæ, sed viri, ex amoris insania salire consueuerant, vt cognoscimus ex Menandro apud Strabonem, & Anacreonte ita canente:

ἀρθεὶς δ' ἠύτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης
ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι. Nam sane de Sapphone intellexit Læuius poeta vetus:

Seseque in alta maria præcipem misit
Inops, & ægra sanitatis Herois.

Sed nimis alte repetita explicatio. Non dubium est quin hic lateat historiæ reconditus sensus, quæ est eruditio Virgilij. *Vnde alij fugisse ferunt*: hoc est, vnde aiunt te euasisse, & inde Ἀφαίαν vocatam fuisse, παρὰ τὸ ἀφεθῆναι. Nam Britomartis a Cretensibus Dictynna vocata est, ab Æginetis Aphæa, vt ego interpretor, & vt manifeste hic canit Virgilius, quod effugerit Mi-

rit Minois vim, παρὰ τὸ ἀφεθῆναι, vt iam dixi. Hesychius: ἀφαία, δίκτυνα, ἄρτεμις. Pausanias de Britomarti: χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε, καὶ θήραις, καὶ ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι. μίνω δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν ἄρτεμις. Σέβουσι δὲ οὐ κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰγινῆται. λέγοντες φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν βριτόμαρτιν ἐπίκλησις δὲ οἱ παρά τε αἰγινήταις ἐστὶν ἀφαία, καὶ δίκτυνα ἐν κρήτῃ. Idem Antonius Liberalis.

Et numina Phocæ.] Lege, *& nomen Aphææ.* nam cum prius scriptum esset, *aphœæ* per *œ*, vt nullum inter *æ*, & *œ* discrimen faciebant imperiti librarij, inde factum, vt ex *nomen aphœæ* facile fecerint *numina phocæ.* Eruditio Virgiliana hic plane elucet. Nam quum ait, *Vnde alij fugisse ferunt*, intelligit Æginetas: quum vero, *alij quo notior esses*, intelligit Cretenses. Hi enim Dictynnam, illi vero Aphœam vocabant.

Dictynnam] Quod fugiens Minois amores εἰς δίκτυα inciderit. Cuius fabulæ auctorem facit Strabo Callimachum. Ad eam allusit Aristoph.

διατραγεῖν κρότιστον ἐστί μοι τὸ δίκτυον.
ἡ δέ μοι δίκτυνα συγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου.

Porro de Britomarti ita Solinus: *Cretes Dianam religiosissime venerantur, βριτόμαρτιν gentiliter nominantes: quod sermone nostro sonat virginem dulcem. Ædem virginis, præterquam nudus vestigia, nullus licito ingreditur.* Hæc ille. Sane quod ait de etymo nominis, ego inuenio in Glossario Hesychij, βριτὺ, τὸ γλυκὺ, ὡς κρῆτες. Quod vero excalceati in eius templum intrarent, puto ob id factum, quia nudis pedibus erat, quum fugeret Minoem. Etiam nescio quid tale notat Varro Pseudapolline περὶ θεῶν ἀπαντήσεως, ita: *Quod in eius*

Dei

Dei templa calceati introeunt. Nam in oppido, in quo est ædes Apollinis, qui ibi ad Herculis introeunt, nemo se excalceatur.

Hircanos] De Hircanis canibus consule Xenophontem, Gratium, Oppianum, & Olympium Nemesianum.

PAG. 24. *Grauia, atque indigna*] *Indigna*, ἄφατα. Ennius, *indigna turres*. Virgilius ipse: — *indigno quum Gallus amore periret*. Ergo *indignum*, ἄφατον. Nam *Dignum*, quod æstimari, ac monstrari poterat, παρὰ τὸ δεικνύειν. Sic Attici τὸ ἄξιον vocabant, quod facile æstimari poterat. Itaque sæpe αὐτὶ τῦ φόνυ ponunt. Aristophanes ἱππεῦσι:

ἀπώλετ' ἀφύας εἶδον ἀξιοτέρας. Item:

ἤδυντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας. i. φόνυς.

Quo nunc me infelix] τὸ *infelix* διὰ μέσου, vt loquuntur Grammatici Græci δεικτικῶς. Sententia autem eadem apud Senecam Oedipode, — *Cui reseruamur malo?* Plinius videtur nomine prouerbij simile retulisse: *Fortuna multis parcit in pœnam.* Forsan Publij Mimi: *Fortuna multis parcere in pœnam solet.* Quo alludum videtur:

Vna salus miseris nullam sperare salutem.

Qua tenui patria.] Malo, *Quam tenui patriæ spes sit suspensa capillo.*

Inscia] Hic *inscia*, λανθάνουσα. vt — *liquit que volatile ferrum Nescius* — Plautus Captiuis: *Si quid nesciui, id nescium tradam tibi.* Gellius lib. XIX. cap. I. *aut repentinus nescius periculi nuncius.*

Per me mea] Legendum: — *te per mea alumna.*

Per me & sacra] Lege, *Per te sacra precor.* Cuius nostræ correctionis vestigia apparent in veteribus

editionibus, *Perdere sacra.* Notissimum est semper interponi casum personæ in obtestationibus: vt apud Euripidem —πρός σε τῆς γενειάδος.
Hic tamen est obtestatio. πρὸς τὰς φωσφόρου.

Per flumina] Lego *per lumina.* videtur enim iuramentum Creticum, ναὶ τὰν φωσφόρον. Etiam Atticis mulieribus familiare. Sic enim illa apud Aristophanem:

Πανοῦργος εἶ νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον.

Tamen non male legeretur, *Per te sacra precor perluminis Ilithyia.* vt *perluminis* eo modo dictum, & formatum sit, quo *pernoctis.* Nihil vero mutandum censeo.

Ne tantum in facinus] puto legendum esse:

Ne tantum in facinus tam molli mente feraris.

Nam veteres editiones habent *tam molli*, non, *tam nulla.*

Flectere amor] Sententia est Sophoclis:

ἔρωτι μὲν γὰρ ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως εἰς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.

Meque deosque tibi comites] vult dicere, quod expressius Græci: ὡς ἐμοῦ σὺν θεοῖς συλληψομένης σοι, οὕτω ποιοῦ.

Nihil est, quod texas] Quod fit διὰ θηκωσιν. Quo nomine extat liber Hippocratis. Xenophon Oeconomico: ἔστι γὰρ οὐδὲν οὕτως οὔτε εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις.

PAG. 29. *Inuerso bibulum*] Superstitio veterum, qui lucernam non extinguebant, sed per se sinebant languescere. Plutarchus. Hic vero obruitur olio, ne viderentur vt hominem interficere, si tantum extinguerent, sed vt saturitate opprimere. etiam vinum inuer-

inuergebant, quum langueret lumen, & ex crepitantis flammæ, quam mero tangebant, sonitu, omina captabant. Propertius: *Seu metuit tangi parca lucerna mero.* In epistola Heronis ad Leandrum:

Interea lumen (posito nam scribimus illo)
Stertuit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes.
Cras erimus plures, inquit: & ipsa bibit.

Incipit ad crebros] Melius veteres editiones:

Incipit: & crebros insani pectoris ictus

Ferre manu. Hic *ferre manu*, est χειρὶ ἀνέχειν. & quod Plaut. Casina, *contine pectus: face ventulum amabo.*

Et gelido.] Lege *Egelido. Egelido veniens mani. q. a. æta.*

Hesperium] *Hesperium diem* pro Hespero, quomodo Cicero *brumalem diem* pro bruma. eum ait odisse puellas, vt & ipsum insectantur illæ apud Catullum:

Hespere, qui cælo lucet crudelior igni?

Nanque ipso verita est] μίμησις εἰρωνική.

Nunc alia ex aliis.] Lege *Nunc alia ex aliis (nec desunt) omina quærit.*

Componens sulp. testa] testam ad eam rem adhiberi nouimus ex Æschylo, & eius interprete. in ea enim suffimenta componebant piatrices mulieres. In veteribus Glossis ita reperio: *Tegularia, maleficia: eo quod supra tegulas sacrificent.* Nam maleficiorum nomine, sortilegia.

PAG. 26. *Hic magno*] Satis male habuerunt hunc locum in omnibus editionibus. Sed minimum omnium recedunt veteres excusi codices, qui habent:

Hinc magno generata Ioui frigidula sacra.

Prodigiosa sane oratio, sed quæ facilem viam stet-

nat nobis ad veritatem indagandam. Nam ita docet legendum esse:

Hinc magico venerata Ioui Stygialia sacra.

Stygialia sacra sunt, quæ Sagæ faciebant ad pelliciendum in amorem sui quoscunque vellent. Talia sunt illa, quæ Dido prætexit in quarto se facere velle, vt in amorem sui animum Æneæ intractabilem pelliciat. Stygialia vero ideo vocantur, quia Ioui Stygio fiebant, vt ibidem legimus:

Sacra Ioui Stygio quæ rite incepta paraui.

De iis & Porphyrio interpres Horatij: *Cocytia*, inquit, *sacrum Cupidinis esse dicit; quia maleficia hæc, quæ per inferna fiunt, ad amorem pertinere vult intelligi. Magicum* ergo *Iouem*, & *Stygium* eundem intelligo: & *Stygialia* eadem cum *Cocytiis*. In iis autem sacris aut effigies cerea similis ei, quem deuouebant, ponebatur, vt exponendum est in illo: *Effigiemque toro locat haud ignara futuri*, contra opinionem Seruij: aut laminæ in eiusdem similitudinem effictæ, quæ *ipsullices*, vt puto, vocantur Festo. *Ipsullices*, inquit, *bractea in virilem muliebremque speciem expressa*. Sed *Ipsiplices* puto legendum. Nam in veteri Glossario *Ipsiplices*, αὐτόπτυκτα φύλλα recte exponuntur. Eadem *Auriplices* puto dictas. Et ita legendum in versibus Læuij poetæ antiquissimi apud L. Apuleium:

Philtra omnia vndique eruunt.
Antipathes illud quæritur.
Trochili, iunges, tænia,
Radicula, herbæ, furculi,
Auriplices bitortilæ,
Hinientium dulcedines:

Vbi *iunges*, ἴυγγες dicuntur. Ab illis simulatis lami-

nis, vt ego censeo, *simulatrices* illæ sagæ nominabantur. Earum meminit Festus. Iccirco dixit Statius:

Colchis, & Æao simulatrix litore Circe.

Nisi potius ita vocari, quod homines in feras transformaret: vt eo nomine dicatur μερφώτεια a Lycophrone. Quam vero *Simulatricem* vocat Festus, eandem & *Fictricem* Tertullianus de Carn. resurrect. *Et tamen*, inquit, *calicem non dico venenarium, in quem mors aliqua ructaret: sed fictricis, vel archigalli, vel gladiatoris, aut carnificis spiritu infectum.* Non solum autem laminis & bracteis in deuotionibus, & defictionibus vtebantur Sagæ: sed etiam illas pro amuletis, & præbris adhibebant. Arnobius: *Aduersus ictus noxios, & venenatos colubrarum morsus remedia sæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Psyllis, Marsis vendentibus, aliisque institoribus, atque planis.* Inuenio quoque easdem piatrices mulieres etiam *Veratrices* vocatas. Apuleius: *magnaque cura requisitam veratricem quandam fœminam, quæ deuotionibus, ac maleficiis quibus efficere credebatur, multis exorat precibus.* Vocabantur autem *veratrices*, nisi fallor, quia profitebantur se vera dicturas. vnde *verare* est verbum vatum. Ennius: —*satin vates verant atate in agunda.* Et quia veratores, & veratrices pro insanis habebantur, ab eo Elleborum *Veratrum*, quod eo insani purgabantur. Apud Suetonium in Vitellio pro *vernaculis, veraculis* puto reponendum. verba eius: *Nullis tamen infensior, quam vernaculis, & mathematicis.* Posset &, quod verius puto, *vericolis*. vt *vericolæ* dicantur, quod verum profiteantur. vt Iudæi apud Imperatorem dicuntur *Celicoli*, vel *Celicolæ*, quia, vt ait Iuuenalis, *Nil præter nubes, & cæli lumen adorant.* Eodem

modo

modo in Italia, & in Aquitania vulgo *Faticolæ*, & *Faticolariæ* mulieres Sagæ vocantur. In Apuleio tamen poteſt legi *veteratricem*: quod malo.

Nec Idæis genibus] omnes antiquitus excuſi *Idæis auibus*. De re valde tecta, & incognita prouerbialiter dicebant, *ne auibus quidem notam* eſſe. Nam quid non latebunt, ſi aues latuerint? Siquidem prouerbium Græcum eſt, οὐδείς με θεωρεῖ πλὴν ὁ παριπτάμενος ὄρνις. &, οὐδείς γε εἶδε, πλὴν εἴ τις ὄρνις. Tamen, ne nimium nugemur, omnino cenſeo legendum, *Idæis auibus*: hoc eſt, Sagis.

Thallo] θαλλὸς termes oliuæ. In expiationibus, & deuotionibus χύτλα, quæ vocant Græci, ſpargebantur ramo oliuæ: Theocritus ἡρύλλῳ:

— καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ
πρᾶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμισθε,
θαλλῷ ἐπιῤῥάινειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.

Heſychius: Χύτλασον, ὕγρανον. Χύτλος δὲ κρατὸς ὁκόσ' ἔυσχιος παρῆν ἐσπαρμένοις εἰκῇ, καὶ οὐκ ἐν τάξει μένουσι: Corrige ita: Χύτλασον, ὕγρανον. Χύτλος δὲ κρατὸς ὄσχος ἔυσκιος παρῆν. Χυμένοις, ἐσπαρμένοις &c. Hic vides in illo Iambico Senario ὄσχον κρατὸς nihil aliud eſſe, quam termitem oliuæ, ex quo fiebant & coronæ, quem is poeta, quiſquis eſt, χύτλον vocarit. In quarto Æneidis:

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Conſentaneum eſt ſpargi ramo oliuæ. Nihil enim ſunt latices illi, quam χύτλα, vt etiam docemur ex Orphei Argonauticis. Sed & alibi mentionem fecit rami oliuæ,

Idem ter ſocios pura circuntulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.

Amycleum vocat; quia oliuarum prouentus magnus in La-

in Laconia. Argumento fuerit & ſtudium palæſtræ, & Statius, qui Eurotan *oliuiferum* vocat.

Defigere votis] Dictum, vt *defigere diris*. In veteri Gloſſario, *Defictiones*, νεκυομαντεῖαι, κατάδεσμοι. vt intelligere poſſis κατάδεσμους eſſe:

— *Veneris, dic, vincula necto.*

Stabilem fallacia] Veteres editiones conſtanter habent, *ſtabilis fallacia*. Quod non auſim mutare. Eadem enim ratione actiue *ſtabilis*; qua & *tolerabilis* in Culice. vide locum.

Cum longo quod] Lege: *Tum longo quod iam captet ſuccurrere amori, Non minus illa tamen* &c. Ita ſæpe loquitur Plautus: *Quod ille gallinam, aut columbam ſe ſectari, aut ſimiam Dicat, diſperüſtis.* — vbi *quod* vſum vide ſupra.

Non minus] Corruptus locus. Scribe:

Non minus illa tamen reuehi quoque mœnia Cretes
Gaudet. at ei &c.

Quanquam ſtudet ſuccurrere inſaniæ puellæ: tamen ſi eueniat id fruſtra tentare, gaudet, quod ſibi iterum in Cretam reuertendum ſit, in qua, vt ſupra diximus, educata fuerat, & ibi Britomartim peperat. Sed bello capta inde Megaram auecta eſt.

Et cineri] Ego ſum iucundus illi rei, pro, illa re lætor, nullus veterum dixit. Ne nos quoque hanc iniuriam faciamus ſummo poetæ, vt credamus eum ita locutum eſſe, quomodo nemo tum loquebatur. Nam ita potius ſcripſiſſe mihi perſuadeo: *Gaudet: at ei cinis eſt patriæ iucunda ſepultæ.* Huic placet, inquit, ruina patriæ ſuæ. vtrique cauſſa eſt, quod gaudeant: illi, quod iterum in Cretam reuerti ſperat: huic vero, quod de caſu patriæ certa ſit. *Cinis* in feminino

minino genere veteribus vsurpabatur. Caluus:

— *Cum tu fulua cinis fueris.* Catullus:

Troia virum, ac virtutum omnium acerba cinis.

Tum suspensa] Non hoc finxit: sed in Græcorum commentariis idem legimus: ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ τοῦ μίνωος, ᾧ καὶ προὔδωκε τὴν πατέρα, κρεμασθεῖσα τῆς νηός. Propertius de eadem:

Pendet Cretea tracta puella rate. Et infra:

Vincta tot assiduas pendebo ex ordine luces.

PAG. 27. *Vos Numantina*] De Numanto Hispaniæ, nugæ. Quis sanus putarit Scyllam de ea sentire? Sed interpolata est lectio ex prisca, quæ habebat: *Vos o Mantina.* Nos iandudum etiam ante, quam illam videremus, legendum censebamus: *vos o Mantinea.* Nam Mantineam videbat, quum Megaris soluens Peloponnesum præterlegeret. *Mantineam gentem* dixit, vt Horatius, *Stertinium acumen, Renum flumen*; & fortassis eodem modo dixerit *Phlegra tellus* in Culice. Intelligit vero Peloponnesum: a parte totum videlicet, cui imperabat Pallas Nisi frater, Scyllæ patruus. propterea ait se iunctam illis cognato sanguine. Sed quum manifesto Scylla videatur alloqui aues, suspicor me sine vlla vi posse legere:

Vos matutina si qui de gente venitis.

Vt eleganter *matutinam gentem* volucres vocet, quæ mane integrant cantus suos. Propertius:

Et matutinis obstrepit alitibus.

Ego sane ita puto Virgilium scripsisse. Nam quin aues alloquatur, & sequens versiculus conuicerit. Itaq. nullum dubium, quin *matutina* legendum sit.

— *quod ab salua*] Lego — *quod ab salua liceat mihi dicere Procne.* quod pace Procnes mihi cognatæ dicere

cere liceat. Procne enim Pandionis filia, soror Nisi patris Scyllæ. vel:

— quod ab salua liceat te dicere, Procne:

Vt & habent quædam editiones. ἀφασὶ δ' autem facinus Procnes. Hoc enim necesse fuit, cum & aues, & inter eas cognatam alloquatur.

Et si non accipis, audi.] Scribe, ex veteribus editionibus: *— tamen hæc, & si non accipis, audi.* Tamen hæc audi, quanquam non tibi placent. Ea nimirum sunt, quæ sequuntur: *vinctane tam magni &c.*

Verum est hæc] Lego: *Verum esto. hæc, Minos, &c.* ἀλλὰ ἔστω. Nimis inepta fui, fateor, o Minos, quæ putarim Deos hæc mihi facturos, hoc est, in hoc scelere opem mihi laturos, quorum delubra ego hostibus diripienda, & incendenda tradidi. Te vero, cuius amore perdita, patrem, patriam, atque adeo ipsos Deos patrios deserui, quis putaret talem gratiam relaturum?

Addixi ignara tyranno] Scribo, *gnara.* Ita enim sententia postulat.

Coralio] Inuersus est versiculus: quem ita retexes:

Coralio fragili, ac electro lacrymoso. Apage anadiploses, quas hic quidam comminiscuntur.

Æquali corpore.] ὁμοίλικες κόραι.

Pag. 28. *Nec Lybii*] *Lybii lecti*, Citrinus. Persius: *— non quicquid denique lecti Scribitur in citreis —* Sic dixit *Libyco pectine*, citreo, vel lotino.

Communis alumna] Si vera esset hæc lectio, non frustra dixisset Nonius *Alumnam* etiam αὐτὴ ἡ Τροφὸς vsurpari a veteribus. Quod tamen ex illis testimoniis, quæ ille produxit, confirmati non posset. Sed suspicor emendatius lectum iri:

— Nec

— Nec & illa quidem communis alumnis
Omnibus — Tamen nihil temere affirmamus.

Iniecta tellus] Totus hic locus, vt & alia pleraque, desumptus ex cultissimo poematio Catulli in Ariadnes conquestione:

— nec iniecta tumulabor mortua terra.

Mene inter comites] Etiam totus hic locus ex eodem opere adumbratus: quum ait eadem Ariadna:

Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Saua quod horrebas prisci præcepta parentis:
Attamen in vostras potuisti ducere sedes,
Quæ tibi iucundo famularer serua labore,
Candida permulcens liquidis vestigia linfis,
Purpureave tuum consternens veste cubile.

Mene alias] veteres editiones *Mænalias*. quod fieri potest, vt verum sit. Nam & Arcadiam, & reliquam Peleponnesum bello vicerat Minos. ex ea & captiuas abduxisse, verisimile est. Nihil tamen mutamus. *Belli lege* dixit, vt Græci ἐν χειρῶν νόμῳ.

Æquorei pisces] Repone ex veteribus, *Æquoreæ pestes*. Horatius *fraudes* vocat, *— mediasque fraudes Palluit audax*. præcedentes vero versus ita sunt legendi ex eisdem:

Et caput inflexa lentum ceruice recumbit
Marmorea, adductisque labascunt brachia nodis.

Vel casu incepto] Scribe, *Vel casu incerto*. Vocat casum incertum, quod Græci ταὐτόματον. Porro similis conceptio in simili querela Danaæ ex Simonide: ματαιοβουλία δέ τις φανείη, ζεῦ πάτρ, ἐκ σέο, ὅτι δὴ θαρσαλέον ἔπος εὔχομαι τεκνόφι δίκας μοι.

Cypselidæ] Cypselidarum familiam imperasse Corinthi, auctores Herodotus lib. v. Pausanias Corinthia-

rinthiacis, item Eusebius, & alij.

Infestumq; suis dira testudinis] Nō est quod diutius in his nugis immoremur. Tu meo periculo lege:

Infestumque Suis dira Theseidis exit

Spelaeum – Nota historia de Crommyonia sue, quæ cum prætereuntes omnes interceptos in via occideret, ipsa tandem Theseo pœnas dedit, & ab eo interfecta est. Plutarchus de Theseo: ἡ δὲ κρομμυωνία ὗς, ἣν φαιὰν προσωνόμαζον, οὐ φαῦλον ἦν θηρίον, οὐδὲ μάχιμον, καὶ χαλεπὸν κρατηθῆναι. ταύτην ὁδοῦ πάρεργον, ὡς μὴ δοκοίη πάντα πρὸς ἀνάγκην ποιεῖν, ὑποστὰς ἀνεῖλε. & post, ἔνιοι δὲ φασὶ τὴν φαιὰν λῃστρίδα γενέσθαι γυναῖκα, φονικὴν, καὶ ἀκόλαστον αὐτόθι κατοικοῦσαν ἐν κρομμυῶνι, σῦν δὲ ἐπονομασθεῖσαν διὰ τὸ ἦθος, καὶ τὸν βίον, εἶτα ὑπὸ θησέως ἀποθανεῖν. Ergo qui correxerat *testudinis antrum*, habebat in animo testudineatum, aut fornicatum opus, Virgiliumque de eo sentire existimauit.

Iamque adeo tutum] *Tutum Piraea*, ὀχυρὸν πειραιέα ἐρυμνόν.

P A G. 29. *Et notas secum.*] *Notas secum*, ἀρχαϊσμός: vt *nupta tecum, nupta mecum*. Terent.

Respectat Athenas] III. Georgicon:

Et stabula aspectans regnis excessit auitis.

Cicero de Catilina: *Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc vrbem, quam e suis manibus ereptam sæpe luget.*

Florentesque videt iam] Lego:

Florentesq. videt hinc Cycladas, hinc Strophadasq.
Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermionea.

Sementiferamq. Seriphum.] *Sementiferam* πυροφόρον. Strabonis tamen verba quum leges; miraberis, quare sementiferam vocarit. οὕτω δ' ἐστὶ σκοπελώδης ἡ νῆσος, ὥστε ὑπὸ τοῦ γρῖφου τοῦτο παθεῖν αὐτήν φασιν οἱ κωμῳδοῦντες.

Quin omnes Græcorum Commentarij εὐτελέστατον νησίδιον vocant. vt impendio magis mirer Ouidium, qui *planam* vocauit. Sed sine dubio *serpentiferam* legendum est: ὀφιόεσσαν. vt non solum petras, sed & angues Medusæ crinibus acceptos referre possit.

vexauit, & ægros] Malo ex priscis editionibus:

Donec tale decus formæ vexauit, & ægram
Non tulit —

Ac velut in niueo] Reponendum ex veteribus editionibus:

Ac velut in niueo teneræ quum primitus ouo
Effigies animantur, & internodia &c.

Concinnius sane.

Concrescere in vnum] Elegantissime rostrum circunloquutus est. Quod Græci vno verbo νεύειν dicunt. Oppianus de Echeneide:

— ὀξὺ δὲ οἱ κεφαλῆς στόμα νέρθε νένευκε.

& ῥάμφος quadrupedum, quod in acumen productum est, νεῦσιν vocant. Galen. lib. III. de alim. facult. de Leucisco fluuiatili: ἔστι δὲ τἄλλα μὲν ὅμοιον πάντῃ τὸ ζῶον τῷ ζώῳ, λευκότερον δὲ βραχεῖ, καὶ τὴν κεφαλὴν μικροτέραν, καὶ τὴν γεῦσιν ὀξυτέραν. Scribe, καὶ τὴν νεῦσιν, non γεῦσιν. Nam hactenus ibi interpretes hallucinati sunt. Athenæus de Galeo vulpe: ὁ δὲ ἀλωπεκίας ὅμοιός ἐστι τῇ γεύσει τῷ χρυσαίῳ ζώῳ. διὸ καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε. Idem error. Nam & hic quoque νεύσει, non γεύσει legendum est. Interpres vero nugatur.

PAG. 30. *Crura nouamque*] Scribe:

Inde alias partes, minioque infecta rubenti
Crura, noua macies obduxit squallida pelli.

Illi pro pietate sua.] Ex veterum iactatione superstitiosa: Catull.

O Dij reddite mi hoc pro pietate mea.

Nam sæpe tepenti] Vereor vt hæc satis vera sit lectio. Valde enim refragantur veteres editiones. quarum aliæ *videntar*, aliæ *nitentum* plane excusum habent. Ego sane ausim deierare legendum esse: —*nam sæpe bidentum sanguine taurorum.* Nam librarius inepte videtur scripsisse *videntum*, vt eorum erat praua consuetudo. Hoc & in Varrone commissum fuisse olim in Coniectaneis nostris ostendimus. *bidentes tauros*, vt & *bidentes oues* & *bidentes verres* dici posse cognoscimus ex Gellio.

Haliaetus] Haliætum eandem, & Nisum facit. Fere omnes inuasit opinio *Cirin* esse *Alaudam* nostram, vno cristæ argumento: Nisum vero Accipitrem. Quin & veteribus persuasum video. Nam in peruetusto Glossario inueni: *Circum ἱέραξ. ἔστι δὲ ὄρτυξ, μεταλλθείσης τῆς κύλλης τοῦ Νίσου μεγαρέως.* frustra. Nam & Accipiter non est e genere Aquilarum, vt Haliætus. Et Haliætus, vt ipsum nomen indicat, marinas, & palustres aues venatur. At Alauda non est marina auis. tametsi audio nescio quas marinas alaudas in Aremoricis inueniri. Esto: non conuenit alauda cum descriptione Ciris nostræ. Deinde quis nescit Alaudam *κορυδαλίδα* esse? Quid ergo opus est *κείειν* vocari? Non est ergo Alauda nostra. Itaq. nec Haliætus Accipiter. Quare cum parente meo puto Cirim eam esse, quam Egrettam vulgo vocamus: neque obstet plumarum varietas, quæ hic ei attribuitur; non magis sane, quam Cycno, quem *κοκκυλόπτερον* vocauit Pratinas Phliasius. Egrettam venatur Falco, nam accipitris congressus impar. Ergo Haliætus Virgilij est Falco

noster. Nam alius est Aristoteli. vt alia Echeneis est Aristoteli, & Plinio, alia Oppiano. Egrettarum cum sint duo genera, alterum cum apice in capite, alterum careat: hoc quod caret, est Aristotelis λευκερώδιος: alterum, κρεὶς. Apud Plautum:

I nunc, venare leporem, nunc Cirim tenes:

manifesto ostenditur (est autem allusum ex apologo quodam) eum, qui Cirim venari potest, posse & leporem. quod sane non faceret Accipiter. At Falco & leporem, & Agrettam, seu Egrettam capit. Quanquam posset quis reniti, & Falconem negare ex genere Aquilarum esse, & potius in genere accipitrum censere. Plerique ex nobilitate Gallica etiam Falcones ad leporis capturam instituunt. Quod sane genus aucupij mihi videtur veteribus satis leuiter notum, hodie vero apud nostratem nobilitatem ad summum gradum perfectionis peruenisse. Vt enim alia, ita & hoc ex paruis admodum initiis ad hanc, quam hodie obtinet, summam artem progressum est. Non enim veteribus illis Græcis notum fuisse, satis patet ex verbis Aristotelis in historia animalium, περὶ τὴν Θράκην, inquit, τὴν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως φασὶ γίνεσθαί τι τερατῶδες, καὶ ἄπιστον τοῖς μὴ τεθεαμένοις. Ἐξιόντες γὰρ οἱ παῖδες ἐκ τῶν κωμῶν, καὶ τῶν ἐγγὺς χωρίων ἐπὶ θήραν τῶν ὀρνιθαρίων, συνθηρεύειν παραλαμβάνουσι καὶ τοὺς ἱέρακας. καὶ τοῦτο ποιοῦσιν οὕτως. Ἐπειδὰν προσέλθωσιν εἴς τινα τόπον ἐπιτήδειον, καλοῦσι τοὺς ἱέρακας ὀνομαστὶ κεκραγότες. οἱ δὲ ὅταν ἀκούσωσι τῶν παίδων τὴν φωνὴν, παραγινόμενοι παρασοβοῦσιν εἰς τοὺς θάμνους, ὅπου αὐτοὺς οἱ παῖδες ξύλοις τύπτοντες λαμβάνουσιν. ὃ δὲ πάντων ἂν μάλιστά τις θαυμάσειεν· οἱ μὲν γὰρ ἱέρακες, ὅταν αὐτοὶ λάβωσί τινα τῶν ὀρνίθων, καταβάλλουσι τοῖς θηρεύουσιν, οἱ δὲ παῖδες ἁπάντων τῶν ἁλόντων μέρος τι

τοῖς

τοῖς ἱέραξιν ἀποδόντες, ἀπέρχονται. Eadem verba repetuntur in Admirandis. Et Oppianus:

Ἀλλ' αὐτοῖς ὅτι δῆμος συνέμπορος ἔπλετο κίρκος.

Et Martialis:

Prædo fuit volucrum: famulus nunc aucupis idem
Decipit, & captas non sibi mœret aues.

Ex quibus cognoſcimus tum apud veteres Græcos hoc genus aucupij ignotum fuiſſe, cum id in Barbaris admiretur Ariſtoteles: tum accipitrem potius illicis auis locum tenuiſſe, quam prædatricis. In illis tamen videmus quaſi incunabula eius aucupij. Nam ætate Sidonij Apollinaris videtur maiore in cultu, ac cura fuiſſe: vt omnia ſolent ex paruis, & minimis augeri. Ita enim ſcribit ille in Panegyrico ad Auguſtum Auitum:

Quid volucrum ſtudium, dat quos natura rapaces
In vulgus prope cognatum? quis doctior iſto
Inſtituit varias per nubila iungere lites?
Alite vincit aues: celerique per auia plauſu
Hoc nulli melius pugnator militat vnguis.

Quæ omnino induſtriam noſtram repræſentant, qua hodie vtimur, in venandis auibus. Nam, vt iam dixi, pro illice vtebantur Accipitre. Eſt autem *illex auis*, quæ Ariſtoteli παλεύτρια. Plautus:

Eſca eſt meretrix, lectus illex, aſt amatores aues.

Quoniam damnata] Quoniam damnata eſt omnium Deorum iudicio, in quos impia fuit; quum patrios Deos hoſtibus prodiderit: tum etiam omnium filiorũ, quod pro peſſima filia in patrem ſe geſſerit: tum omnium coniugum: quod ruina patris & patriæ, coniugiũ ſibi quæſiuerit: propterea infeſtum odium parentis ei Dij oppoſuerunt. Itaque ſic lego:

Infesti oppositum odium crudele parentis.

non, *apposuitque*, vt habent omnes editiones. Vel sic: quoniam damnata fuit iudicio Apollinis Iouis filij, qui cum Alcathoo Megaram condidit: vel Minois, qui Iouis filius fuit: item Iunonis coniugis. quia, vt supra demonstrauimus,

Iunonis magnæ violauerat inscia sedem.

PAG. 31. *Vnum quem duplici*] *Duplex stellarum lumen*, vt *duplex spina*, & *duplex ficus*, hoc est magna. Nonnihil & in hoc & præcedente versiculo deprauatum est. Quod ego sanare non potui.

IN ÆTNAM

P. CORNELII SEVERI.

SENECA scribens ad Lucillium hortatur eum, quod is tum esset in Sicilia, vt sibi de Ætna scribat. Eius verba hæc sunt: *Solennem omnibus poetis locum attingas: quem quominus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Virgilius impleuerat. ne Seuerum quidem Cornelium vterque deterruit.* Itaque quum Ouidius XV. Metamorphoseos, Virgilius III. Æneidos tantum de eo tractarint, frustra augurantur hoc poema esse Virgilij, quum ex verbis Senecæ, Cornelij Seueri esse necesse sit. Ex quo poemate, quod nobis ex omnium illius scriptoris operum naufragio reliquum est, potes aduertere, quantus fuerit ille vir in penetralibus Heliconis: quamque melius nobiscum ageretur, si ille potius iniuriam temporis effugisset, quam isti pingues Poetæ, Musarum ἐκτρώματα. qui non tam meruerunt, vt in loco legitimorum habeantur,

beantur, quam ipsi, vbi legitimos desideramus, in vacuum venerunt. Nulli fere poemati magis nocuit, imo, vt ne quid dissimulem, nulli tantum nocuit vetustas. Tantæ eius sunt maculæ, quas nos breuiter indicare contenti erimus. Non enim commentarium instituimus.

Dexter mihi carminis] Non solum hic versus a recentioribus editionibus discrepat in antiquitus excusis: sed & sequens transpositus est. Quare & ex his, & ex inuocatione ipsa colligimus non leuiter depraua tam lectionem hanc esse. Nam quis Dodonam Phœbo, non Ioui asserat? Tamen hic ex Dodona, elicitur ille. Sed profecto quasi manu ducimur ad veram lectionem ex veteribus editionibus:

— dexter mi carminis auctor Apollo
Seu tua Dodona potior te cunque Phaselis,
Seu te Cythnos habet, seu Delos gratior illa
In noua Pierio &c. O carminis auctor Apollo, vt Musas iubeas properare ad noua vota.

Dodona] Dodona potiorem Phaselida intelligit. quod oracula Phœbi Dodonæi Iouis oraculis præferri vult. Nam & nescio quis dux Epirota ea oracula aliquando falsi conuicit. Phaselis in Pamphylia. Pleraque omnis Lycia, & Pamphylia Phœbum præcipue coluit. Hinc *Lyciæ sortes*.

Cunque Phaselu] Hic *cunque* dictum vt apud Horatium:

— mihi cunque salue Rite vocanti.

Cicero 11. de Legibus: *equitatum cunque qui regat.* Quam vocem qui ignorarunt, non solum ipsam, sed & sequentem mutarunt, versumque, ne vno facinore contenti essent, transposuerunt.

Seu te Cynthos] At Cynthos in Delo, quomodo ergo & Delus hic subiungitur? An non vbi Delus, ibi & Cynthos? Sed aut *Delus* hic simpliciter pro ipso oppido Deli insulæ, vbi erat nobilissimum Apollinis templum, sumetur, aut *Cythnos* legendum erit. Quanquam in Cythno nullum Apollinis cultum inuenio.

Quis nescit secula] Imitatur Virgilium:

— quis aut Eurystheа durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Annua sed saturæ] In veteribus *sacra*, non *saturæ*. & sane ita malim, propter aureum seculum.

Bacchus pede] Horat. *Mollis crepante lympha desilit pede.* vel *pedem vini* rustico verbo dixit, vt *circumcidere pedem in torculari.*

Non cessit] Nemo tanti fecit nosse sua tempora, vt scilicet ad sua potius, quam ad illa remotiora tempora animum suum adiiceret.

Vltima quis] Quis in vltimis cecinit, & non omnium primam hanc materiam tractauit? Innuit Varronem Atacinum, qui paulo antea Argonautica scripserat.

Quis non Argolico] Multi τὰ ἡρωϊκὰ scripserant, etiam temporibus Augusti: quorum aliquot tetigit Ouidius de Ponto.

Et trisli natorum] *Matrem trisli natorum funere* dictum ad exemplum illius Virgiliani: *— domus sanie, dapibusque cruentis.* Id quod aut de Medea intelligendum, cuius fabulam ediderunt Ennius, Attius, Ouidius: aut de Aerope Thyestis vxore, cuius filios epulandos patri appositos impius frater. Eam fabulam edidit Varius Virgilij amicus, & multo antea Ennius.

Ennius. ſed præſtat intelligere de Iocaſta, quæ mutuis vulneribus confectos amiſit filios: poſtea enim Thyeſtis fabulam tangit, cum ait, *Auerſumve diem — Sparſumque in ſemine.*] melius, *in ſemina.* Nam dentes vicem ſeminum fuerunt. Intelligit de Thebaide Pōtici poetæ, qui temporibus Virgilij ſcripſit.

PAG. 32. *Quis non periuræ*] Intelligit Catullum, qui Ariadnes a Theſeo deſertæ conqueſtionem poematio ſuo de nuptiis Pelei inſeruit. meminit & Tibullus:

Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus,
Ingrati referens impia facta viri.

Ita omnes poetas ſui temporis, aut qui propius ab ea ætate abfuerunt, deſignauit.

Fabula carmen] Malo, *crimen.* quicquid iactent fabulæ, nos aliud molimur.

Ignibus irriguis] Eleganter *irrigui ignes* per poros, ac meatus manantes. Ita Seneca loquitur: *Corpus noſtrum & ſanguine irrigatur, & ſpiritu, qui per ſua itinera diſcurrit.* Nam dixit *ſpiritu irrigari*, vt hic dicuntur *irrigui ignes.* Sic & infra ad eundem modum:

Carmineque irriguo magni cortina theatri.

Et Lucretius dixit *rigare lumine.*

Nec extremas] *Extremas artes*, ταπεινὰ ἐπιτηδεύματα ἐ ποιητέον τοὺς θεοὺς ταπεινὰ ἐπιτηδεύοντας. *Seducto* vero non *ſubducto* legendum eſt.

Illis Cyclopas] Lege *illi.* id eſt, altera ſpecies vatum. Nam dixit: *Diſcrepat a prima facies hæc altera vatum.* Duas ſpecies intelligit: primam eorum, qui ἐπιθειάζονται, alteram eorum, qui μυθολογοῦσι. In illis δεισιδαιμονία, in his τερατολογία notatur.

Turpe eſt ſine pignore] Hoc ex perſona poetæ, quaſi

ſuperiora illa, vtpote fabuloſa refellentis. Eſt autem metaphora a ſponſionibus, ſeu ſacramenti more. Hoc Græci dicunt ἀνέγγυοι, cuius nomine nihil præſtetur. Ita apud Plutarchum γάμοι ἀνέγγυοι, quaſi eorum euictio non præſtaretur, id eſt illegitimi. Ita infra locutus:

— *verum certo tibi pignore conſtat.* Item:

— *Certis tibi pignora rebus,*

Atque oculis hæſura tuis dabit ordine tellus. Id eſt, ἐκ ἀνέγγυον τοῦτο ἔσται. Ouidius, — *& vt credar, pignora certa dabo.* Hinc illa: *quouis pignore, quauis ſponſione contendam, certabo.*

Phlegreis fabula caſtris.] Atqui veteres editiones habebant, *campis.* Quis ignorat dictum φλεγραῖον πεδίον?

His natura ſua eſt] Si ita interpungas, *His natura ſua eſt:* erit ſenſus, Illis propria natura eſt, & ſeorſum ab aliis hominibus. Sunt enim bimembres. Id quod Græcanice dictum. Nam ἰδιάζουσαν φύσιν dicunt. Et, πρὸς ὧν ἰδιοφυῆ apud Laert. Anaxagora. Vel ſi ita, *His natura ſua eſt aluo tenus:* intellige aluo tenus ſuos eſſe, hoc eſt homines.

Sinuat veſtigia] Non auſim hanc lectionem immutare. Tamen antiquitus excuſi habent, *ſimilat veſtigia.* non male. Item iidem libri habent, *Pelion oſſa creat,* non, *terit.* Quod ſane placet. id eſt auget. ex duobus montibus creatur vnus.

Cunctos ad pralia] *Cunctoſque ad pralia.*

PAG. 33. *Hic magno.*] Lege:

Hinc magno tonat ore pater, geminantq; fauentes
Vndique diſcordes cernitum ſimul agmine venti.

Porro in ſuperioribus verſibus, pro *remouet caligine mundum,* repone ex obſoletis, *renouat caligine*: id eſt,

mutat

mutat pristinam formam mundi. ita enim ad eum sensum vsurpabant veteres: vnde *nouare membra*, cum radunt. Arnobius: *Quid nouatio & reuelatio pudendorum?* Estque verbum iuris *Nouatio*, a qua mente *nouacula* dicta est. Eædem editiones melius habent, *E cælo metuens*, non, vt recentiores, *e cælo admotus*.

Funduntur fulmina] Repone ex veteribus: *rumpuntur*. vt infra — *fragor tota nunc rumpitur Ætna*, &, — *ruptique cauis fornacibus ignes*.

Eadem mente πυρσοὶ διεῤῥωγότες Aristoteli.

Atque in arma] Lego, *Æquaque in arma ruit*. Hesiodus:

— μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν
Πάντες, θηλειαί τε, καὶ ἄρσενες, ἤματι κείνῳ,
Τιτῆνες τε θεοὶ, καὶ ὅσοι κρόνου ἐξεγένοντο.

Et Mars sæuus] Lege:

Et Mauors sæuus, & cætera turba Deorum
Stant vtrinque metu — Nam *stare metu*, vt,
— *Stant puluere nubes*, — *Stat sentibu' pectus*.

Materque iacentis Impellens victos.] Id est, Et mater tellus, quæ adhuc hortabatur Gigantes, quamuis iam victos & fulmine afflictos: mater, inquam, & ipsa fulgure petitur.

Nunc redditur] Scribe, *tunc redditur*.

Hanc auget nobile carmen.] Locus deprauatissimus: qui ita sine dubio legendus est:

— *Hinc auget nobile carmen*
Plurima pars scænæ. verum & fallacia vates
Sub terris nigros viderunt crimina manes.

Sic supra idem error, *carmen*, pro *crimen*.

Mentiti vates.] Et hic quoque locus pessime acceptus. Lege:

Sub

Sub terris nigros viderunt crimina manes,
Atque inter cineres, Ditis pallentia regna
Mentiti, naues Stygias vndasque canesque.

Stygia canes. Eumenides. Æschylus, & quidam (nam nomen non memini) Latinus poeta.

Hic Tityon septem] Lego, *Hi Tityon septem strauere in iugera fusum*: non autem *fædum*.

Te circum Tantale] Lego, — *te siccum*. Imo propius accedit *curuum*. hoc est pronum ad bibendum.

Sollicitantque siti.] Nihil clarius hac lectione. Tamen nuper mutarunt in, *Sollicitantque Scinim.* Quod, malum, nos tantum immutandi cacoethes habet, vt quæ scimus, nescire velimus? Sane, si mutandum aliquid fuerat, potius legerem: *Sollicitantque Sitos.* Nam *Siti* sunt mortui, vt testatur Cicero in libris de Legibus, & Gellius. Vnde *Siticines*, qui canebant ad *Sitos*, hoc est τυμβαῦλαι. Sed nihil mutandum censeo. Quod *Scinim* legerint, puto eis in caussa fuisse veteres editiones, *Sollicitantque sitim.* sed illud *m*, referendum ad sequens. Itaque facile diuinare fuit legendum esse, *siti.*

PAG. 34. *Norunt abscondita*] Simile de mulieribus apud Theocritum:

Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν.

Porro legendum, *Iuppiter in Danaen*: non; *Iuppiter vt Danae.* Nam venustissimum est ἀσαύδετον illud.

Curuis incingitur vndis] Veteres editiones — *Curuis agitatur ab vndis.* Quæ vera est lectio. Crediderunt multi veterum Terram in medio Oceano πλώειν, ac circuniecto humore portari, velut aliquod grande nauigium, & graue. Cuius opinionis auctorem faciunt Thaletē. *Extremi* autem *maris*, id est, ὀέζοντος.

Nam

Nam ὠκεανὸν vocabant ὁρίζοντα. Quæ cum ita sint, satis patet τὸ *incingitur* ab ignaro homine, & imperito suppositum fuisse: quia caussam alterius lectionis ignorabat.

Vtque animantis] Seneca ex Aristotele: *Corpus nostrum & sanguine irrigatur, & spiritu, qui per sua itinera discurrit. Habemus autem quædam angustiora animæ receptacula, per qua nihil amplius quam meat: quædam patentiora, in quibus colligitur, & vnde diuiditur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus & aquis, quæ vicem sanguinis tenent: & ventis, quos nihil aliud quis, quam animam vocauerit, peruium est.* Tertius autem ab his versus ita legendus:

Ad vitam sanguis omnis qua commeat idem.

Sed totis rimosa cauis] Aristoteli σηραγγώδης, ὕπαντρος, σομφὸς, σπογγώδης.

Qualis aceruus] Acerui fiebant in quadriuiis, & triuiis ad Hermulas, quas vocabant, hoc est Mercurij statuas quadratas, iactis ex tempore lapidibus a prætereuntibus. qui acerui Mercurio sacri erant. A quo dicti ἕρμακες a Græcis. Isidorus in Glossis, quæ sunt adhuc in membranis: *Mercurij*, inquit, *lapidum congeries in cacumine collium.* eos Hermacas nunc hic intelligit: de quibus & Sibylla:

καὶ πετεεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης.
κἂν παρόδοισι λίθων συγχώματα. ταῦτα σέβεσθε.

Similes etiam monticelli ex lapide congesto, qui pro terminis erigebantur, ab auctoribus de agris limitandis, vocantur *Scorpiones*, quia in metam desinebant. σκορπίος enim Græcis dicitur etiam quicquid in metam, ac conum fastigiatum est, vt tutulus crinium in pueris ita vocabatur. Quemadmodum igitur

tur acerui, qui fiunt iactis ex tempore saxis, toti pendent in se, quia intus caui sunt, vt opus fornicatum: sic etiam terra ipsa caua est; & in tholum suum nititur.

Vacuata corymbos] Mendú est in genere. Non enim κόρυμβος dicitur. Columella de Cinara carduo:

Hac modo purpureo surgit glomerata corymbo.

Est autem *corymbus*, quicquid in panicam, aut strobilum assurgit, vt in Cinara videmus, & in Scolymo. Sed prima notio τῆ κορύμβε est in capite veterum Atticorum tutulus, seu meta suggestus capillorum. Igitur legendum puto:

Vt crebro introrsus spatioque vacante corymbus
Pendeat in sese — *Crebrum spatium* τὸ συνεχῶδες, vt *crebrum cribrum* apud Plautum, πολύοπτον. Ad eum modum *crebro vimine* infra dicetur. *Vacans* etiam *spatium* dicitur τὸ κοῖλον etiam infra, quod & *cessans* quoque vocauit. Illud vero *pendeat in sese*, est, suo sibi pondere libretur, vt fornix: in fornicem suum nitatur.

Nec nata est facies] Id est, non recens est. vel infinita est. An legendum: *nec nota est facies*? hoc est, latet nos propter vetustatem.

Edit humum limo] Atqui non eduntur ea, quæ oblimat flumen, aut aqua, sed potius obducuntur. vnde ius alluuionum. Sed legendum, *limâ*. Quod genus Metaphoræ honestum est. Quid? Non ab eadem mente *Tiberii Serra*, & *Rumon* dictus est? eadem mens & in loco Horatiano, qui ita legitur in peroptimo codice — *quæ Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis*. Nam *mordere* aptum verbum huic loco nostro.

Obstantia

Obstantia mollit] Tò *mollire* verbum ad eam rem accommodatissimũ. id est τὸ κοιλαίνειν. Attius Telepho:

— remisque nixi properiter nauem in fugam
Trudunt subter saxa ad lauam, qua montem mollibat mare.

Mollire ergo *saxum*, *cauare*. vt, *Gutta cauat lapidem*. Varro: *Pieridum comes, quæ tenes cauata putri gelu montium saxa.* Intelligit, vt puto, τὴν ἠχώ.

Solidum exedere vapores] *Exedere*, quidem verbum aptum huic rei, sed veteres editiones *solidum videre vapores*. lego: *inuidere*. Hoc est: per vapores stat quominus perpetua solida sit terra. Sic Accius:

Quis florem liberum inuidit meum. Virgil.
Tene, inquit, miserande puer, cum læta veniret?
Inuidit Fortuna mihi? — An vero legẽdũ *minuere*.

PAG. 35. *Penitus tantos emergere*] καταβολὴ totius disputationis: terram ὕπαιτρον esse. Hoc probari ex aquis, quæ vndecunque ex ea erumpunt. Non enim non cauam esse, ex cuius sinu tanta vis aquarum tam diuersis locis exprimatur. Seneca: *Non quidem existimo te diu hæsitaturum, an credas esse subterraneos amnes, & mare absconditum. vnde enim ista prorumpunt? vnde ad nos veniunt? nisi quod humoris origo inclusa est?* Lege quæ sequuntur lib. VI. Nat. Quæst. cap. VIII.

Non ille ex tenui] Pessimis modis multatus est hic locus. quem nos ita legimus:

Non ille ex tenui, vacuoque agat aucta necesse
Confluuia, & raptis arcessat ea vndique ab vndis,
Et trahat ex pleno, quo fontem contrahat, amne.

Necesse est, inquit, deriuet confluuia sua ex non tenui, vacuove, & arcessat ea vndique ab vndis, & trahat ex pleno amne, hoc est ex reposita aqua id, vnde

fontem

noster. Nam alius est Aristoteli, vt alia Echeneis est Aristoteli, & Plinio, alia Oppiano. Egrettarum cum sint duo genera, alterum cum apice in capite, alterum careat: hoc quod caret, est Aristotelis λευκερώδιος: alterum, κρέξ. Apud Plautum:

I nunc, venare leporem, nunc Cirim tenes:

manifesto ostenditur (est autem allusum ex apologo quodam) eum, qui Cirim venari potest, posse & leporem. quod sane non faceret Accipiter. At Falco & leporem, & Agrettam, seu Egrettam capit. Quanquam posset quis reniti, & Falconem negare ex genere Aquilarum esse, & potius in genere accipitrum censere. Plerique ex nobilitate Gallica etiam Falcones ad leporis capturam instituunt. Quod sane genus aucupij mihi videtur veteribus satis leuiter notum, hodie vero apud nostratem nobilitatem ad summum gradum perfectionis peruenisse. Vt enim alia, ita & hoc ex paruis admodum initiis ad hanc, quam hodie obtinet, summam artem progressum est. Non enim veteribus illis Græcis notum fuisse, satis patet ex verbis Aristotelis in historia animalium, περὶ τὴν Θρᾴκην, inquit, τὴν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως φασὶ γίνεσθαί τι τερατῶδες, καὶ ἄπιστον τοῖς μὴ τεθεαμένοις. Ἐξιόντες γὰρ οἱ παῖδες ἐκ τῶν κωμῶν, καὶ τῶν ἐγγὺς χωρίων ἐπὶ θήραν τῶν ὀρνιθαρίων, συνθηρεύειν παραλαμβάνουσι καὶ τοὺς ἱέρακας. καὶ τοῦτο ποιοῦσιν οὕτως· Ἐπειδὰν προσέλθωσιν εἰς τόπον ἐπιτήδειον, καλοῦσι τοὺς ἱέρακας ὀνομαστὶ κεκραγότες. οἱ δὲ ὅταν ἀκούσωσι τῶν παίδων τὴν φωνὴν, παραγινόμενοι παρασοβοῦσιν εἰς τοὺς θάμνους, ὅπου αὐτοὺς οἱ παῖδες ξύλοις τύπτοντες λαμβάνουσιν. ὃ δὲ πάντων ἂν μάλιστά τις θαυμάσειεν· οἱ μὲν γὰρ ἱέρακες, ὅταν αὐτοὶ λάβωσί τινα τῶν ὀρνίθων, ἢ καταβάλλουσι τοῖς θηρεύουσιν, οἱ δὲ παῖδες ἁπάντων τῶν ἁλόντων μέρος τι

τοῖς

τοῖς ἱέραξιν ἀποδόντες, ἀπέρχονται. Eadem verba repetuntur in Admirandis. Et Oppianus:

Ἀλλ' αὐτοῖς ὀπὶ δῦμα συνέμπορος ἕσπετο κίρκος.

Et Martialis:

Prædo fuit volucrum: famulus nunc aucupis idem
Decipit, & captas non sibi mœret aues.

Ex quibus cognoscimus tum apud veteres Græcos hoc genus aucupij ignotum fuisse, cum id in Barbaris admiretur Aristoteles: tum accipitrem potius illicis auis locum tenuisse, quam prædatricis. In illis tamen videmus quasi incunabula eius aucupij. Nam ætate Sidonij Apollinaris videtur maiore in cultu, ac cura fuisse: vt omnia solent ex paruis, & minimis augeri. Ita enim scribit ille in Panegyrico ad Augustum Auitum:

Quid volucrum studium, dat quos natura rapaces
In vulgus prope cognatum? quis doctior isto
Instituit varias per nubila iungere lites?
Alite vincit aues: celerique per auia plausu
Hoc nulli melius pugnator militat vnguis.

Quæ omnino industriam nostram repræsentant, qua hodie vtimur, in venandis auibus. Nam, vt iam dixi, pro illice vtebantur Accipitre. Est autem *illex auis*, quæ Aristoteli πολιάντεια. Plautus:

Esca est meretrix, lectus illex, ast amatores aues.

Quoniam damnata] Quoniam damnata est omnium Deorum iudicio, in quos impia fuit, quum patrios Deos hostibus prodiderit: tum etiam omnium filiorũ, quod pro pessima filia in patrem se gesserit: tum omnium coniugum: quod ruina patris & patriæ, coniugiũ sibi quæsiuerit: propterea infestum odium parentis ei Dij opposuerunt. Itaque sic lego:

Infesti oppositum odium crudele parentis.

non, *appositque*, vt habent omnes editiones. Vel sic: quoniam damnata fuit iudicio Apollinis Iouis filij, qui cum Alcathoo Megaram condidit: vel Minois, qui Iouis filius fuit: item Iunonis coniugis. quia, vt supra demonstrauimus,

Iunonis magnæ violauerat insciа sedem.

PAG. 31. *Vnum quem duplici*] *Duplex stellarum lumen*, vt *duplex spina*, & *duplex ficus*, hoc est magna. Nonnihil & in hoc & præcedente versiculo depravatum est. Quod ego sanare non potui.

IN ÆTNAM

P. CORNELII SEVERI.

SENECA scribens ad Lucillium hortatur eum, quod is tum esset in Sicilia, vt sibi de Ætna scribat. Eius verba hæc sunt: *Solennem omnibus poetis locum attingas: quem quominus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Virgilius impleuerat. ne Seuerum quidem Cornelium vterque deterruit.* Itaque quum Ouidius XV. Metamorphoseos, Virgilius III. Æneidos tantum de eo tractarint, frustra augurantur hoc poema esse Virgilij, quum ex verbis Senecæ, Cornelij Seueri esse necesse sit. Ex quo poemate, quod nobis ex omnium illius scriptoris operum naufragio reliquum est, potes aduertere, quantus fuerit ille vir in penetralibus Heliconis: quamque melius nobiscum ageretur, si ille potius iniuriam temporis effugisset, quam isti pingues Poetæ, Musarum ἐκτεράμαστα. qui non tam meruerunt, vt in loco legitimorum habeantur,

beantur, quam ipsi, vbi legitimos desideramus, in vacuum venerunt. Nulli fere poemati magis nocuit, imo, vt ne quid dissimulem, nulli tantum nocuit vetustas. Tantæ eius sunt maculæ. quas nos breuiter indicare contenti erimus. Non enim commentarium instituimus.

Dexter mihi carminis] Non solum hic versus a recentioribus editionibus discrepat in antiquitus excusis: sed & sequens transpositus est. Quare & ex his, & ex inuocatione ipsa colligimus non leuiter depraua tam lectionem hanc esse. Nam quis Dodonam Phœbo, non Ioui asserat? Tamen hic ex Dodona, elicitur ille. Sed profecto quasi manu ducimur ad veram lectionem ex veteribus editionibus:

— dexter mi carminis auctor Apollo
Seu tua Dodona potior te cunque Phaselis,
Seu te Cythnos habet, seu Delos gratior illa
In noua Pierio &c. O carminis auctor Apollo, vt Musas iubeas properare ad noua vota.

Dodona] Dodona potiorem Phaselida intelligit. quod oracula Phœbi Dodonæi Iouis oraculis præferri vult. Nam & nescio quis dux Epirota ea oracula aliquando falsi conuicit. Phaselis in Pamphylia. Pleraque omnis Lycia, & Pamphylia Phœbum præcipue coluit. Hinc *Lycia sortes.*

Cunque Phaselu] Hic *cunque* dictum vt apud Horatium:

— mihi cunque salue Rite vocanti.

Cicero 11. de Legibus: *equitatum cunque qui regat.* Quam vocem qui ignorarunt, non solum ipsam, sed & sequentem mutarunt, versumque, ne vno facinore contenti essent, transposuerunt.

Seu te Cynthos] At Cynthos in Delo, quomodo ergo & Delus hic subiungitur? An non vbi Delus, ibi & Cynthos? Sed aut *Delus* hic simpliciter pro ipso oppido Deli insulæ, vbi erat nobilissimum Apollinis templum, sumetur, aut *Cythnos* legendum erit. Quanquam in Cythno nullum Apollinis cultum inuenio.

Quis nescit secula] Imitatur Virgilium:

— quis aut Eurystheа durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Annua sed satura] In veteribus *sacra*, non *satura*. & sane ita malim, propter aureum seculum.

Bacchus pede] Horat. *Mollis crepante lympha desilit pede.* vel *pedem vini* rustico verbo dixit, vt *circumcidere pedem in torculari.*

Non cessit] Nemo tanti fecit nosse sua tempora, vt scilicet ad sua potius, quam ad illa remotiora tempora animum suum adiiceret.

Vltima quis] Quis in vltimis cecinit, & non omnium primam hanc materiam tractauit? Innuit Varronem Atacinum, qui paulo antea Argonautica scripserat.

Quis non Argolico] Multi τὰ ηρωϊκὰ scripserant, etiam temporibus Augusti: quorum aliquot tetigit Ouidius de Ponto.

Et trifti natorum] *Matrem trifti natorum funere* dictum ad exemplum illius Virgiliani: *— domus sanie, dapibusque cruentis.* Id quod aut de Medea intelligendum, cuius fabulam ediderunt Ennius, Attius, Ouidius: aut de Aerope Thyestis vxore, cuius filios epulandos patri appposuit impius frater. Eam fabulam edidit Varius Virgilij amicus, & multo antea Ennius.

Ennius. ſed præſtat intelligere de Iocaſta, quæ mutuis vulneribus confectos amiſit filios: poſtea enim Thyeſtis fabulam tangit, cum ait, *Auerſumve diem* —

Sparſumque in ſemine.] melius, *in ſemina.* Nam dentes vicem ſeminum fuerunt. Intelligit de Thebaide Pōtici poetæ, qui temporibus Virgilij ſcripſit.

PAG. 32. *Quis non periuræ*] Intelligit Catullum, qui Ariadnes a Theſeo deſertæ conqueſtionem poematio ſuo de nuptiis Pelei inſeruit. meminit & Tibullus:

Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus,
Ingrati referens impia facta viri.

Ita omnes poetas ſui temporis, aut qui propius ab ea ætate abfuerunt, deſignauit.

Fabula carmen] Malo, *crimen.* quicquid iactent fabulæ, nos aliud molimur.

Ignibus irriguis] Eleganter *irrigui ignes* per poros, ac meatus manantes. Ita Seneca loquitur: *Corpus noſtrum & ſanguine irrigatur, & ſpiritu, qui per ſua itinera diſcurrit.* Nam dixit *ſpiritu irrigari*, vt hic dicuntur *irrigui ignes.* Sic & infra ad eundem modum:

Carmineque irriguo magni cortina theatri.

Et Lucretius dixit *rigare lumine.*

Nec extremas] *Extremas artes*, ταπεινὰ ἐπιτηδεύματα οὐ ποιητέον τοὺς θεοὺς ταπεινὰ ἐπιτηδεύοντας. *Seducto* vero non *ſubducto* legendum eſt.

Illis Cyclopas] Lege *illi.* id eſt, altera ſpecies vatum. Nam dixit: *Diſcrepat a prima facies hæc altera vatum.* Duas ſpecies intelligit: primam eorum, qui ἐπιθειάζονται, alteram eorum, qui μυθολογοῦσι. In illis δεισιδαιμονία, in his τερατολογία notatur.

Turpe eſt ſine pignore] Hoc ex perſona poetæ, quaſi

ſuperiora illa, vtpote fabuloſa refellentis. Eſt autem metaphora a ſponſionibus, ſeu ſacramenti more. Hoc Græci dicunt ἀνέγγυοι, cuius nomine nihil præſtetur. Ita apud Plutarchum γάμοι ἀνέγγυοι, quaſi eorum euictio non præſtaretur, id eſt illegitimi. Ita infra locutus:

— *verum certo tibi pignore conſtat.* Item:

— *Certis tibi pignora rebus.*

Atque oculis haſura tuis dabit ordine tellus. Id eſt, ἐκ ἀνέγγυον τοῦτο ἔσται. Ouidius, — *& vt credar, pignora certa dabo.* Hinc illa: *quouis pignore, quauis ſponſione contendam, certabo.*

Phlegreis fabula caſtris.] Atqui veteres editiones habebant, *campis.* Quis ignorat dictum φλεγραῖον πεδίον?

His natura ſua eſt] Si ita interpungas, *His natura ſua eſt:* erit ſenſus, Illis propria natura eſt, & ſeorſum ab aliis hominibus. Sunt enim bimembres. Id quod Græcanice dictum. Nam ἰδιάζουσαν φύσιν dicunt. Et, τὰ ζῶα ἰδιοφυῆ apud Laert. Anaxagora. Vel ſi ita, *His natura ſua eſt aluo tenus:* intellige aluo tenus ſuos eſſe, hoc eſt homines.

Sinuat veſtigia] Non auſim hanc lectionem immutare. Tamen antiquitus excuſi habent, *ſimilat veſtigia.* non male. Item iidem libri habent, *Pelion oſſa creat,* non, *terit.* Quod ſane placet. id eſt auget. ex duobus montibus creatur vnus.

Cunctos ad pralia] *Cunctoſque ad pralia.*

PAG. 33. *Hic magno.*] Lege:

Hinc magno tonat ore pater, geminantq; fauentes
Vndique diſcordes comitum ſimul agmine venti.

Porro in ſuperioribus verſibus, pro *remouet caligine mundum,* repone ex obſoletis, *renouat caligine*: id eſt, mutat

mutat pristinam formam mundi. ita enim ad eum sensum vsurpabant veteres: vnde *nouare membra*, cum radunt. Arnobius: *Quid nouatio & reuelatio pudendorum?* Estque verbum iuris *Nouatio*, a qua mente *nouacula* dicta est. Eædem editiones melius habent, *E cælo metuens*, non, vt recentiores, *e cælo admotus*.

Funduntur fulmina] Repone ex veteribus: *rumpuntur*. vt infra — *fragor tota nunc rumpitur Ætna*, &, — *ruptique cauis fornacibus ignes*.

Eadem mente πυρσοὶ διερρωγότες Aristoteli.

Atque in arma] Lego, *Æquaque in arma ruit*. Hesiodus:

— μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν
Πάντες, θηλειαί τε, καὶ ἄρσενες, ἤματι κείνῳ,
Τιτῆνες τε θεοὶ, καὶ ὅσοι κρόνου ἐξεγένοντο.

Et Mars sæuus] Lege:

Et Mauors sæuus, & cætera turba Deorum
Stant vtrinque metu — Nam *stare metu*, vt,
— *Stant puluere nubes*, — *Stat sentibu' pectus*.

Materque iacentis Impellens victos.] Id est, Et mater tellus, quæ adhuc hortabatur Gigantes, quamuis iam victos & fulmine afflictos: mater, inquam, & ipsa fulgure petitur.

Nunc redditur] Scribe, *tunc redditur*.

Hanc auget nobile carmen.] Locus deprauatissimus: qui ita sine dubio legendus est:

— *Hinc auget nobile carmen*
Plurima pars scænæ. verum & fallacia vates
Sub terris nigros viderunt crimina manes.

Sic supra idem error, *carmen*, pro *crimen*.

Mentiti vates.] Et hic quoque locus pessime acceptus. Lege:

Sub

Sub terris nigros viderunt crimina manes,
Atque inter cineres, Ditis pallentia regna
Mentiti, naues Stygias vndasque canesque.

Stygia canes. Eumenides. Æſchylus, & quidam (nam nomen non memini) Latinus poeta.

Hic Tityon ſeptem] Lego, *Hi Tityon ſeptem ſtrauere in iugera fuſum*: non autem *fœdum.*

Te circum Tantale] Lego, — *te ſiccum.* Imo propius accedit *curuum.* hoc eſt pronum ad bibendum.

Sollicitantque ſiti.] Nihil clarius hac lectione. Tamen nuper mutarunt in, *Sollicitantque Scinim.* Quod, malum, nos tantum immutandi cacoethes habet, vt quæ ſcimus, neſcire velimus? Sane, ſi mutandum aliquid fuerat, potius legerem: *Sollicitantque Sitos.* Nam *Siti* ſunt mortui, vt teſtatur Cicero in libris de Legibus, & Gellius. Vnde *Siticines*, qui canebant ad *Sitos*, hoc eſt τυμβαῦλαι. Sed nihil mutandum cenſeo. Quod *Scinim* legerint, puto eis in cauſſa fuiſſe veteres editiones, *Sollicitantque ſitim.* ſed illud *m*, referendum ad ſequens. Itaque facile diuinare fuit legendum eſſe, *ſiti.*

Pag. 34. *Norunt abſcondita*] Simile de mulieribus apud Theocritum:

Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν.

Porro legendum, *Iuppiter in Danaen*: non; *Iuppiter vt Danae.* Nam venuſtiſſimum eſt ἀσυνδετον illud.

Curuis incingitur vndis] Veteres editiones — *Curuis agitatur ab vndis.* Quæ vera eſt lectio. Crediderunt multi veterum Terram in medio Oceano πλεῖν, ac circuniecto humore portari, velut aliquod grande nauigium, & graue. Cuius opinionis auctorem faciunt Thaleté. *Extremi* autem *maris*, id eſt, ὀρίζοντος.

Nam

Nam ὠκεανὸν vocabant ὀρίζοντα. Quæ cum ita sint, satis patet τὸ *incingitur* ab ignaro homine, & imperito suppositum fuisse: quia caussam alterius lectionis ignorabat.

Vtque animantis] Seneca ex Aristotele: *Corpus nostrum & sanguine irrigatur, & spiritu, qui per sua itinera discurrit. Habemus autem quædam angustiora animæ receptacula, per quæ nihil amplius quam meat: quædam patentiora, in quibus colligitur, & vnde diuiditur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus & aquis, quæ vicem sanguinis tenent: & ventis, quos nihil aliud quis, quam animam vocauerit, peruium est.* Tertius autem ab his versus ita legendus:

Ad vitam sanguis omnis qua commeat idem.

Sed totis rimosa cauis] Aristoteli σηραγγώδης, ὕπαντρος, σομφὸς, σπογγώδης.

Qualis aceruus] Acerui fiebant in quadriuiis, & triuiis ad Hermulas, quas vocabant, hoc est Mercurij statuas quadratas, iactis ex tempore lapidibus a prætereuntibus. qui acerui Mercurio sacri erant. A quo dicti ἕρμακες a Græcis. Isidorus in Glossis, quæ sunt adhuc in membranis: *Mercurij*, inquit, *lapidum congeries in cacumine collium.* eos Hermacas nunc hic intelligit: de quibus & Sibylla:

καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης.
κἂν παρόδιοισι λίθων συγχώματα. ταῦτα σέβεσθε.

Similes etiam monticelli ex lapide congesto, qui pro terminis erigebantur, ab auctoribus de agris limitandis, vocantur *Scorpiones*, quia in metam desinebant. σκορπίος enim Græcis dicitur etiam quicquid in metam, ac conum fastigiatum est, vt tutulus crinium in pueris ita vocabatur. Quemadmodum igitur

Obstantia mollit] Tò *mollire* verbum ad eam rem accommodatissimũ. id est τὸ κοιλαίνειν. Attius Telepho:

— remisque nixi properiter nauem in fugam
Trudunt subter saxa ad lauam, qua montem mollibat mare.

Mollire ergo *saxum*, *cauare*. vt, *Gutta cauat lapidem*. Varro: *Pieridum comes, quæ tenes cauata putri gelu montium saxa*. Intelligit, vt puto, τὴν ἠχώ.

Solidum exedere vapores] *Exedere* quidem verbum aptum huic rei, sed veteres editiones *solidum videre vapores*. lego: *inuidere*. Hoc est: per vapores stat quominus perpetua solida sit terra? Sic Accius:

Quis florem liberum inuidit meum. Virgil.
Tene, inquit, miserande puer, cum læta veniret?
Inuidit Fortuna mihi? — An vero legẽdũ *minuere*.

PAG. 35. *Penitus tantos emergere*] καταβολὴ totius disputationis: terram ὕπαιτρον esse. Hoc probari ex aquis, quæ vndecunque ex ea erumpunt. Non enim non cauam esse, ex cuius sinu tanta vis aquarum tam diuersis locis exprimatur. Seneca: *Non quidem existimo te diu hæsitaturum, an credas esse subterraneos amnes, & mare absconditum: vnde enim ista prorumpunt? vnde ad nos veniunt? nisi quod humoris origo inclusa est?* Lege quæ sequuntur lib. VI. Nat. Quæst. cap. VIII.

Non ille ex tenui] Pessimis modis multatus est hic locus. quem nos ita legimus:

Non ille ex tenui, vacuoque agat aucta necesse
Confluuia, & raptis arcessat ea vndique ab vndis,
Et trahat ex pleno, quo fontem contrahat, amne.

Necesse est, inquit, deriuet confluuia sua ex non tenui, vacuove, & arcessat ea vndique ab vndis, & trahat ex pleno amne, hoc est ex reposita aqua id, vnde

fontem

fontem emissura est. Nam etiam veteres excusi habent, *ab vndis*.

Et trahat pleno] Seneca: *Non est diu probandum, ibi multas aquas esse, vbi omnes sunt. Neque enim sufficeret Tellus ad tot flumina edenda, nisi ex reposito, multoque funderet.* Quam disputationem, vt & alia ex hoc opere hausit Seneca.

Direpta] *Direpta*, non *dirupta*. Ita infra:

Præsertim ipsa suo de liuia pondere nunquam
Corpora diripiat — Seneca tamen *dirupta* dixit. *Alia torrentes excedere, alia æstibus magnis dirupta patuere.*

Quod si diuersas] *Canales* fœminino extulit ἀρχαϊκῶς. Sic infra dixit *rigidas canales*: vide Seruium in illud — *ligneis potare canalibus vndam*. Porro totus locus ita legendus:

Quod si diuersas emittit terra canales
Hospitium fluuiorum: at semita nulla profecto
Fontibus, & riuis constet via: pigraque tellus
Conferta in solidum segni sub pondere cesset.

Quod si, inquit, ex certis canalibus, non autem ex pleno, & recondito, vt ait Seneca, emittit fluuios terra: at riuulis, & fontibus quæ via tandem erit, quum aliquando erumpant, aliquando vero arescant? ergo nullam habebunt viam ipsi erumpendi, si terra non emittit de pleno. vnde consequens, vt conferta, & solida, non ὕπαντος sit. *Hospitium* dixit pro *hospitum*, vt in Pandectis Digestorum iuris *ciuitatium*, *hæreditatium*: eodem modo, *alituum*: & quod ignoratum hactenus, Sallustius dixit *hominium*. Idque in fideli exemplari cum annotatione in margine, quæ omnem suspicionem mendi tolleret, inueni in Iugurta: *Neque*, inquit, *quisquam hominium satis placebat*. Eleganter

ganter vero *hospites fluuios* vocat, qui subito existunt. Nam ex illa hypothesi vult subito existere, si hoc concedatur.

Condita si redeunt] Restitue ex antiquitus excusis:

Condita si redeunt: si qua & iam incondita surgunt.

Argumentum superiori oppositum. *Condita si redeunt*, vt *Alpheus Olympiæ, Anas Hispaniæ. Si qua & iam incondita*: de illis intelligendum, qui subito in sua magnitudine existunt, neque vnquam absorpti fuerunt. eiusmodi est mirabilis fluuius in agro Encolismensi, qui exoneratur in Carantonum fluuium, ad oppidum Encolismam.

Atque oculis hæsura vias] Lege: *hæsura tuis*. Hoc est quod Græci poetæ dicunt βλέποντα μαρτύρια. Æschylus: πῶς ταῦτ' ἀληθῆ, καὶ βλέποντα δοξάσω.

Plautus vero aliter extulit — *rem tibi auctorem dabo.* Sic infra:

Non illic duce me occultas scrutabere caussas.

Occurrent oculis ipsa. — eodem modo *oculatam diem* dixit Plautus.

Immensum plerunque] Valde corrupta sunt. quæ tamen non magno negotio, vt spero, a nobis restituta sunt:

Immensos plerunque sinus, ac iugera pessum
Intercepta licet, densæque abscondita nocti
Prospectare procul, chaos ac sine fine ruinæ.

χάος vocat τὸ χάσμα.

Cernis & in siluis] Persequitur docere, quod terra ὕπαντρος sit. Nam multa, inquit, αὐτομάτως, vt quum σεισμῷ discessit terra: ex quo χάσματα illa immensa. quæ quoties subito accidebant, veteres Romani inferorum, & Deum manium ostia vocabant, secuti

Græcos, vt puto: apud quos ea sunt χαρώνεια. Laertius in Stoicis decretis: τῶν δοκούντων ἀραδόξων, οἷον χαρώνεια, ἄμπωτις, καὶ πηγαὶ θερμῶν ὑδάτων. Deinde subiicit, quæ fiunt opere humano: qualia quæ in eruenda arena, in metallariis, & lapidariis fodinis. Quare ita legendum:

Cernis & in siluis spatiosa cubilia rutro,
Antraque demissis pedites fodisse latebris.

Quin enim de opere militari intelligat, nunc vero dubitari non potest. *Rutrum* est ligo, seu κρωπίον, σκάφη: vt in Varronem annotauimus. *Demissas latebras*, vt Columella, & alij *depressas scrobes*. *Pedites*, quos vulgo *Peones* dicimus corrupte, pro *Peditones*: qui militare opus faciunt, aggerem, fossas.

Tantum influit.] Distinguendum:

Incomperta via est operum. tantum influit intra.

Incertum quomodo illa χάσματα acciderint. Hoc vnum certum est, aquas intro fluere. quod sane non accideret, nisi caua esset terra.

Ignoti vera profundi] ἀρχαϊκῶς *profundi*, τὰ βάθη. Vnde *profundus* apud veteres dicebatur venter. Plautus Captiuis:

Profundum tu quidem, non fundum vendis.

Caper Grammaticus: *in profundum nummi vel in arcam conduntur*. quod ænigmatice dixit: aut prodigi, aut parci pecuniam. Eodem modo Varro octogesima περὶ νομισμάτων. *In quo nobilius est Philippeum, quod accipimus, quam quod bibimus: cum alterum addamus in bulgam: alterum in vesicam.*

Nam quo liberior] Totus hic locus ita interpungendus:

Nam quo liberior, quoque est animosior ignis

Semper,

Semper, & incluſus, nec vectus, ſauior illa
Sub terra, penituſque mouens: hoc plura neceſſe eſt
Vincla magis ſoluat, magis hoc obſtantia pellat.

PAG. 36. *Nec tamen in rigidas*] *Rigidas canales*, fœminino, vt ſupra. Ita enim habent veteres editiones. *Rigidas*, *δύσπορους*. vt Lucretius *rectas fauces* dixit. infra *rigidum verticem* dicet: —*rigido qua vertice ſurgit.* Metaphora a corpore humano. Quibus enim rigidæ ceruices, illi *ὀρθότονοι*.

Qua proxima cedunt] Lege, *Cædunt*. hoc eſt *ἐκκόπτῃ*. retardant, remorantur.

Denſus hiatu.] Expreſſit Græcum, *ἀχανὲς*. eſt enim *παρὰ τὸ χαίνειν*.

Spiritus exagitat.] Et hoc quoque tralatitium a corpore humano. Ariſtoteli quoque in terra *ζοφυμὸς* dicitur.

Solidoque inſtaret inani] Soliditate ſua reſiſteret inani. Sed *ἀμφίλογον* eſt. Puto,

—*ſolidumque inſtaret inani.*

Pigraque & in pondus] Corruptus haud dubie verſus. Lego:

Pigraque, & in pondus conferta immobile ceſſet.

Idem pene ſupra iiſdem verbis:

Conferta in ſolidum ſegni ſub pondere ceſſet.

Vt vero hic *confeſtim*, ſic in illo *conſerta* mendoſe legebatur. *Ceſſare*, vt iam annotauimus, eſt immobile eſſe. Sic paulo ante,

—*Ceſſantiaque vrget* &c.

Ceſſare in corpore humano eſſet *ἀναισθητεῖν*. ſic apte *ſegni pondere* dixit. Nam *ſegnis* ſine igne, vt *ſecors*, ſine corde. *ſegnis* ergo, cui calor naturalis deceſſit. ergo immobilis. Nam Thaleti & Philolaó terra in medio

Oceano mouetur. Nisi enim moueretur, aiunt, ipsa se librare non posset. Sed mouenti succurrit illa libratio ἀτάλαντος, & æqualis semper.

Sed summis] Si putas summis caussis, & non abstrusioribus tantum opus assignandum esse: hoc est, si credis in summo ore, ac aditu ipso virium alimentum esse flammis: aut flammas ibi nasci, non in penitioribus recessibus: fallere. Nam ille ignis, qui in ipsis penetralibus agitando vires colligit, iam in liberiore, ac patentiore aditu remittit, ac languescit. Itaque illos fragores, ac sonitus, qui etiam procul nauigantibus ex Ætna audiuntur, ne putes fieri in ipsis faucibus, sed in angustiis fundi. Seneca de Ætna ad Lucillium: *Neutrum incredibile est: nec montem, qui deuoratur quotidie, minui: nec ignem manere eundem. Quia non ipse ex se est: sed in aliqua inferna valle conceptus exæstuat, & aliis pascitur. In ipso monte alimentum non habet.*

Certaque recto] Scribo — *Sed nondum tibi lumine certa carento.* Sed nondum, inquit, careant oculato testimonio. Nolo mihi disputanti credas. per te ipse oculorum sensui credere potes.

Nanque illud] Scribo:

Nanque illud, quodcunque vacat specus oris hiatu,
Est reses introitu. —

Nam in ipsis faucibus reses est opus propter liberius iter, & aditum patentem. Semper *oris hiatum* vocat τὴν κρατῆρα. *Residem ignem*, aut *reses opus* dixit, vt alibi: — *quum frigida monti Desidia est* —
Deinde sequentia ita legito:

— *soluunt se, adituque patenti*
Conuersæ languent vires —

Quippe

Quippe vbi] Lege: *Quippe vbi, contineant ventos quacunque morantes, In vacuo desunt, cessant.* – Vbi illæ caussæ, quæ interclusos ignes exercebant, in vacuo defecerunt, cessant ignes.

Tantumque profundi] Id est, τοσοῦτο ἀχανές. Aristoteles, ποιεῖ δὲ ψόφον ἄνευ σεισμοῦ διά τε τὴν διευρυχωρίαν τῶν τόπων. ὑπέρχεται γὰρ εἰς τὸ ἀχανὲς ἔξω, καὶ δι' ὀλιγότητα τοῦ ἀπωθουμένου ἀέρος. Vbi etiam redduntur illæ caussæ, quas hic intelligit Cor. Seuerus.

Et in ipso] Legendum est – *at in ipso limite tardant.* In cursu suo tardant, inquit. In ipso aditu euanescunt, ac languent.

Hinc furtim Borea.] Aliquando hoc, aliquando illo vento agitari, interdum etiam vtroque. Qui fit, vt acrior sit conflictus ignis vtrisque ventis spirantibus ab vtroque montis latere. De hoc quædam Strabo, loquens de Lipare insula ex Polybio: Ἐὰν μὲν οὖν, inquit, νότος μέλλοι πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φασὶ τῆς νησῖδος, ὥστε μηδὲ τὴν σικελίαν ἄπωθεν φαίνεσθαι. ὅταν δὲ βορέας, φλόγας καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος, εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι, καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους. τὸν δὲ ζέφυρον μέσην ἔχειν τινὰ τάξιν. Propterea fit, vt hoc, aut illo vento flante, ex alterutro cratere spiret flamma. Cum vero fit, vt veteres loquebantur, conflugium duorum ventorum, vtriusque crateris flammæ in vnum conueniunt. Atque hoc quidem alio loco idem Strabo admonet: ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρός, τότε μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τότε δὲ σχιζομένου. Loquitur autem de Ætna. Pro, *hinc furtim*, mallem *hinc fartim*, vt stipationem intelligat. Lucillius:

–lardum, & carnaria fartim Patrum conficeret.

Vbi vulgo contra veterem scripturam, pari, atque hic, errore *furtim* legitur. *Fartim* poetæ dicunt τύπτω.

Solo trepidant] Legendum *sola trepidant* — Nam positio fit in duabus sequentibus consonantibus: vt apud Catullum,

Propontida, trucemque Ponticum sinum. Idem:
— per impotentia freta.

PAG. 37. *Penitusque quod exigit*] κάτω κοινῶ *corrigit.* Quæ extuberant, deprimit. τὰ ὑψωθέντα ὁμαλοῖ, καὶ καταβάλλει. Contrarium dixit Seneca:

Differt montes, subrigit plana, valles extuberat.

Inter opus] Omnino lego: *— discordiaque ingens*
In neruos nectunt varios, mediumque coercent,
Pars igni domita, pars ignes ferre coacta.

Errorem inde natum puto, quod scripsisset Librarius: *in nerbos*, vnde *inter opus* factum est. Ostendit inæqualitatem Ætnæ. Neque discessit a translatione, quum artus Ætnæ attribuit, vt etiam neruos daret: vt alibi:

Densa per ardentes exercet corpora neruos.

Nectere in neruos, νεῦρος διαμεμβάναν. Et proximi e regione Ætnæ montes, quos Siculi ὄρη νεβρώδη vocant, videntur ita ab asperitate dicti: quomodo homines compactis viribus Sabini *Nerones* vocabant, quasi νεῦρωνας. Alij tamen eos montes ab hinnulis dixerunt νεβρώδη ὄρη. Quod sequitur, *Pars igni domita, pars ignes ferre coacta*: est, pars iam ambusta, pars adhuc ardens.

Nunc opus artificem] *Incendere locum* veteres dicebant, pro, celebriorem reddere. vt apud Varronem, *incendere annonam*, de re Rustica: & apud eundem περὶ μυίσσης,

Edones

Edones Romam, vt turba incendat annonam.

Ita enim legendus ille locus apud Nonium. Plaut. Trinummo: *Si isthuc, vt conare, facis indicium, tuum incendes genus.* Similiter Augustus Cæsar: *Nos forum aleatorium excalfecimus.* Ergo *opus artificem accendit,* est, admirabiliorem reddit, vt caussæ accuratius exquirantur. Sequitur:

Caussamque reposcit] Hoc in caussa est, vt artificem admiremur, & caussam poscamus ab illis ignibus, qui non sunt exigui momenti. Nam *poscere caussam aliquem* imitatione Græcorum dictum, εἰσπράττειν τινὰ τὸ ἀργύριον.

Mille sub exiguo] Deprauatissimus locus. Quem ita lege:

Mille sub exiguo ponam tibi tempore veras
Res, oculique duces certo rem credere cogent.

Ita semper loquitur: *Certo tibi pignore ostendam. Oculis ipsis occurrent caussæ.* & similia.

Quin etiam tactu.] Corrige:

Quin etiam tactu moneant contingere tuto
Scilicet: at prohibent flammæ, custodiaque igni
Illi operum est, prohibens aditu, diuinaque rerum.

Quin etiam ipsi oculi duces manifesto moneant te tuto posse tangere, tuto accedere. Sed prohibent flammæ, prohibet ignis ipse, qui veluti operum custodia septus est. Claudianus:

Ætneos apices solo cognoscere visu,
Non aditu tentare licet.—

Ita ostendit, non in superficie Ætnæ esse caussas motus illorum ignium, sed intus in infimis partibus.

Custodiaq; igni] Et illi igni est quasi quædam operum custodia περιβεβλημένη, quominus est εὐπρόσιτος.

Diuinaque rerum] Vt Horatius: *acuta belli, acerba curarum*. Catullus, *truculenta pelagi*.

Cura sine arbitrio est] Etiam sine arbitris per te ipse iudicare potes. Frequens est in hoc genere.

Flagrantes properant] *Flagrantes moles*, hoc est μῦδροι. Strabo, & in opere de mundo.

Nunc fusca] Per *incendia mista fusca ruina* intelligit, quam Virgil. *piceam nubem* vocat, Strabo λιγνύν, cum ait: τότε μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τότε δὲ φλόγας, καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος.

Heu Ditem pudeat] Id Claudianus plane describit in illa Ditis querela libro primo de Raptu Proserpinæ.

Vertat inocculto.] Ita legendum vna voce, non, vt in vulgatis, duabus, *in occulto*. Cum Tartara sint occulta, ne pro illis cælum, quod inoccultum est, eligat. Sequitur:

Tantum premit] Lege: — *tantum premit omnia tetra*
Congeries operis saxorum, & putris arena.

Est ἐπιφώνημα. *Premit*, autem, καλύπτει. vt, *caniciem galea premimus*. Varro:

Capitis corona fasciis tiligneis
Faciem labore flatili viridis premit.

Mox sequentia ita distingue:

Quæ nec sponte sua faciunt, nec corporis vlli
Sustentata eadem robustis viribus omnis
Exigitur: vertit vasa intera vortice sæuo.

Quæ tamen, inquit, non fiunt αὐτομάτως: nec eadem operis congeries, & putris arena foras exigitur vllius corporis viribus sustentata, hoc est, suis ipsa nitens viribus. nec suo impetu vertit vasa interna sæuo vortice, sed spiritus vi omnia impellentis

tis hoc facit. Ait enim —*nullus*

Impetus est ipsi. qua spiritus imperat, audit.

Nec corporis vlli] ἀρχαϊσμὸς vlli, pro vllius. vt Grammatici, Neutri generis.

Sustentata cadunt] Sine dubio illud *cadunt*, pro, *eadem*, positum est.

Vertit vada vitrea.] Ita habet melior pars antiquitus excusorum. Alij, *vasa omnia.* Ego puto, ex *vasa vitrea*, faciendum, *vasa intera. Vasa*, vt medici ἀγγεῖα in corpore humano. *Intera* dictum, vt *infera.* Cato: *Infer, superque vicinus.* hoc est, infernas, supernas. de vasibus etiam infra:

Quod si forte cauis cunctatus vasibus hæsit.

Hæc causa] Non expungam lectionem, quam habent veteres editiones: *Nec causa, expectata ruunt incendia montis.* Quæ constructio est, vt, *Nec mora.* sensus vero, vt, causæ non est; quin, &c. *Expectata incendia*, stata, καὶ ἀναπόστομα. Contra superius dixit:

Atque inopinatos referunt procul edita cursus.

Ait expectari tempestatem Ætnæ, hoc est præsentiri ab incolis, quum post longum fremitum montis tandem subsequi necesse sit eruptionem ignis, vt post longos ventos, terræ motum. Quod & mari solet accidere. Prius enim auditur incertum murmur, quod Græci vocant κολύμπημα, hoc est surdum fluctum: postea omnia ventis, omnia turbinibus sunt anxia. Præsentiri tempestatem Ætnæ ab incolis Strabo, Aristoteles, & plerique alij testantur. Hodie vero nihil tale, vtpote quùm maior pars montis refrixerit. Non est recentius incendium memoria nostra, illo memorando, quod accidit anno M. D. XXXVII. horrendo, & miserabili spectaculo, non sine magno

tonitruum fragore. Maxima Calabriæ pars nigro cinere, & adusto operta. Duo pagi in ipso monte combusti, Mompiler, & Licolosi. Hodie Ætna a Siculis ipsis vulgo vocatur *Mongibello*, corrupto nomine, a Mulciber. vt & vna ex Æolidibus vocatur hodieque Vulcanus, ab incendio, quod procedit ex ea.

In densum] Lege singulariter, *In de.c. rotat, voluitque p.* Est enim semper congeries saxorum.

Spiritus inflati] Scribimus:

Spiritus inflat enim. momen languentibus aer.

Scriptum enim auguror fuisse: *Spiritus inflat. n.* quod ita fere semper in membranis *Enim* scribatur. *momen* etiam legitur apud Lucretium & Manilium.

PAG. 38. *Vt pellat corpore*] Lege, *corpora.* verum ad corpora pellenda externo indiget auxilio. Quod vero ait, *qua spiritus imperat, audit*: persistit in metaphora militari, qua infra vsus est.

Nunc princeps, magnusq. sub hoc duce militat ignis.

Huic quoniam] Quoniam huic operi præsto fauet natura & soli, & venti: soli, quod, quum sit σηραγγῶδες, facile ventum admittit, aut potius concipit: venti, quod ignem moueat.

Vna ipsi venti] Lege, *vna ipsi, & venti.* — ipsius soli, & venti. Nam hic quoque *ipsi*, pro ipsius.

Digna laborantis] *Laboratis.*

Miranda fuere] Lego, *fouere. Fouere oculis rem*, eleganter, nisi fallor, ἐνατενίζεσθαι σὺν θαύματι. In illarum rerum contemplatione nimis indulgere oculis. Tamen in membrana quadam, vbi erant excerpta quædam ex poetis, legi, *oculis miranda videre.* Sed importune hæc in hunc locum obrepsisse infra docebimus ex eadem membrana.

Sacra

Sacra perurgentem] *Sacra*, τὰ ἄδυτα. Persius:

Ad sacra vatum carmen adfero nostrum.

Propertius: — *& Coi Sacra Philetæ.* *Perurgere* est perrumpere turbam: ὠστίζεσθαι pro quo Horatius dixit, — *facienda iniuria tardis.* In epistola Epicuri non absimile, τραύλιστος εἰμὶ ἀπωθεῖσθαι. Plautus melius: *cubitis depulsa de via.*

Capitique attollere] Simile esset, — *caput inter nubila condit.* vt *capiti* pro *capite* dictum sit. Sed potius legendum puto, — *caput atque attollere cælo.* Contrarium illi, quod dixerat,

— *nec effusis in humum graue pascere corpus.*

καὶ οὐ ταπεινὰ φρονοῦντας: vel, vt poetæ, οὐ χθαμαλὰ πνέοντας μόνον βῶμα τρέφειν. Virgilius: — *qua te quoque possis Tollere humo* — Sed, ni fallor, alius argutior sensus ex hac deprauata lectione eruendus est:

Sacra perurgentem captiui tollere cæli.

vt dicat quod Lucretius de Epicuro, qui primus ausus est Cælo contra attollere oculos, & religionem animis hominum demere. Nam tantum hæc admirari, pecudum ait esse. Sed diligenti perquisitione cælestium rerum caussas scrutari, hoc plane est Cælum ipsum sibi captiuum facere, & illa sacra, hoc est inanem reuerentiam, qua stupemus ad rerum cælestium spectaculum, tollere, & eximere ex animis hominum. Hæc, nisi fallor, egregia coniectura est.

Cur magno talia] In excerptis poetarum, quæ in membranis inueni, & de quibus paulo ante memini, longe aliter concepta est lectio. Nam & aliter, & alio ordine:

Scire quot, & quæ sint magno natalia mundo
Principia, & rerum dubias exquirere caussas.

Non

Non dubito, quin ea vera sit lectio. Nam illud, *Nosse fidem rebus*, παρονομ. adeo, vt semper mihi non leuiter suspectum fuerit. Quare totus locus ita legendus:

Scire quot, & quæ sint magno natalia mundo
Principia, & rerum dubias exquirere causſas,
Sacra perurgentem captiui tollere cali.
Cur non occasus metuunt, ac secula pergunt,
Et firma æterno religata est machina mundo.

Cur, inquit, secula æterna sint, nec intereunt.

Annuus ille monet.] Legendum fortasse, *Annuus in limom: & quæ certo* &c. *Limum* enim, hoc est obliquum, vt veteres loquebantur, esse signiferum, omnes sciunt, qui literas humaniores colunt. Propterea & *obstitus* vocatur Lunæ cursus ab Apuleio de Dæmonio Socratis: *Aliena lucis indiga, denso corpore, seu lani, ceu quodam speculo radios solis obstini, & aduersi vsurpat.* & infra: *pro situ, & flexu, & obstito circulorum.* Sed hodie duo ij loci in vulgatis Apuleij codicibus corrupte leguntur. Atque hæc quidem coniectura nostra: quæ, cum sit iuris arbitrarij, legitimo, & ordinario iuri, hoc est scriptorum codicum auctoritati præferenda non est. Habet igitur membrana Excerptorum:

Solis scire modum: & quanto minor orbita Lunæ est.
Hac breuior quur bissenos cito pernolet axes,
Annuus ille meet. —

Cuius lectionis rationem qui non capiat, ego illum, quid sit ratio, nescire putabo. *Orbita lunæ* est linea ἐκλειπτική. Ea Tarentina voce a veteribus Latinis vocabatur *circulus Manacus.* Vitruuius lib. 1 x. *Circinatio circuli menstrui agatur, qui Manacus dicitur.* Nam vt βαρδιαῖοι Illyriēses a Latinis dicti *Bardiaci*: sic μανιακὸς *Maniacus,*

Maniacus, & *Manacus*. vnde *Almanac* dixerunt Arabes Kalendarium, addito scilicet articulo suo. Non enim, quod quibusdam persuasum audio, mera vox Arabica est, sed tantum in Arabicarum vocum familiam recepta. Merito ergo sententia doctissimi viri explodenda est, qui in Vitruuio non *Manacus*, sed μηνιαῖος legendum censet.

Ver præit æstatem.] Bene sane. sed non deterius membrana,

Ver æstate perit. —

Saturni quur stella tenax] *Tenax* est impediens, remorans, & vt veteres Augures loquebantur, *enebra*, *arcula*. Tibul.

Saturni sacram me tenuisse diem.

Quo Sirius incubet] Suspecta lectio: cum aliter habeant veteres editiones, quæ habent, *quo scauius incubet index*. fortasse *quo secius incubet*. Nam *secius* deterius. Notissimum enim eius sideris ortu maximas tempestates cieri. Membrana habebat

— *quo Lucifer incubet.*

PAG. 39. *Non digesta pati*] Hic, *Non*, negatio repetenda est. quod & alias quoque fieri solet, vt, *non solum feci*, *sæpius* dicebant pro, *non solum non feci*. Non pati, inquit, indigesta nec incondita aceruo rerum, sed disponere, & digerere certa sede, & nota.

Nec aceruo condita rerum.] Malo, *incondita*, hoc est indigesta, καὶ εἰκῆ νενασμένα, vt loquitur Aristophanes.

Sed manifesta notis] Hoc est, εὐθυμοσύνη illa, de qua intelligit Hippocrates, disponere.

Diuini est animi] Huc referuntur omnes infinitiui, qui incipiunt post versum, *Digna laboratis*, &c. Nosse cursum Lunæ, discere astrorum cursus, & similia,

similia, diuini animi est. Quod qui statim deprehenderunt, versiculum, *Non oculis solum* &c. & sequentem, *More nec effusis* &c. importuno loco inseruerunt post *Digna laboratu* &c. quum post istum, *— diuini est animi* &c. statim sequerentur. Ita ergo ex auctoritate illius membranæ, itemque sententia sic postulante, legendi sunt hi versus:

Non digesta pati, nec aceruo incondita rerum,
Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula, diuini est animi, ac iucunda voluptas:
Non oculis solum pecudum miranda videre
More: nec effusis in humum, graue pascere corpus.

Diuini animi est, inquit, hæc & contemplari, & certa sede disponere, non autem more pecudum tantum ad ea stupere. nec effusis oculis in humum terrestria tantum sapere. Hanc veram lectionem esse, itemque hanc legitimam horum versuum sedem, nemo est paulo doctior modo & æquior, qui facile mihi non concesserit.

Sed prior hæc hominum] Ex istis colligitur superiora per concessionem, imo per confessionem dici. Fateor, inquit, rerum cælestium rationes sciri, diuini esse animi. Sed cælum cognoscere, terram vero ignorare, extremæ dementiæ esse iudico. Hinc ergo nos ad miraculum hoc Ætnæ considerandum latenter inducit.

Nam quæ mortali spes est] Et hic non leuiter grassata est Correctorũ licentia, cum mentem poetæ non assequerentur. In veteribus excusis recte legitur:

Nam, quæ mortalis species, quæ amentia maior &c.

Illud, *quæ mortalis species*, dictum, quomodo illud, *Nam, quæ tua humanitas, illi parces.* Dictum vero εἰς

εὐτελισμόν. Nam, inquit, si humanam speciem contemplemur, quæ nihil cæleste habet; quæ maior insania quam in cælestibus illis remotis immorari: hæc vero propiora terrestria negligere? *species*, τὸ σχῆμα: significat vero tantum id, quod extra apparet. Ergo, vt dixi, εἰς ἐκφαυλισμὸν dictum est.

Premimurque labantes] Malo, quod illa membrana habebat, — *premimurque labore*. quanquam vt ex illa lectione leuiuscule deprauata veritas indaganda sit, statim ex sequentibus patebit.

Dum sese precio] Non minimæ laudis fuerit ex eadem membrana obscurum, & intricatum huius loci sensum expedire. Ex ea igitur ita legimus:

Torquemur miseri in paruis, premimurque: labores
Vt sese precio redimant. verumque professæ
Turpe silent artes, viles, inopesque relictæ.

Hoc vnum, inquit, satagimus, vt quum ex laboribus nostris tantum prouentus, & fructus refecerimus, quantum sumptus fecimus, postea ipsi labores, & artes a nobis negligantur. Puta, Agricolæ, qui agros colendos conducunt, seu redimunt, tantisper torquent se, dum tantum percipiant ex agro conducto, quanti locatus fuit eis a domino: & hoc solum considerant, possintne fructus, pro impensa ac labore redire. Quod si modo assequuntur, omnia reliqua perfunctorie agunt. Cum ergo ex prouentu, culturæ labores reficiunt, hoc est, vt loquitur Cicero, quando non certatur cum impensis, fructibus vinearum: id nimirum est, quod ille vocat labores sese redimere precio. Illud vero *Turpe*, quod vix potuimus legere in illa membrana: dicendum διὰ μέσου. Propertius,

Et

Et nimium remis audent, proh, turpe, Latinis
Principe te fluctus regia vela, pati.

Verumque professa] *Verum professas artes* vocat, quæ pro sumptu & impensa pecuniam reficiunt domino. Sic elegantissime Pindarus in solatium sumptuum & impensarum Olympionicis reddi κλεινικὸν λυτήριον δαπανῶν, quum gloria illos ex victoria sequitur. Nam τεθριπποτροφία non sine maximis sumptibus erat, vt sciunt omnes, qui Græcos auctores, præsertim Aristophanem legerunt. Sic ergo τὸ λυσιτελὲς ab ea ratione dixerunt Græci: nimirum, quod sumptum æquat prouentu fructus. Id enim ita Stoici veteres ἐτυμολογοῦσι. Nempe ὅτι λύει τὰ τηθόμενα εἰς αὐτὸ, ὥστε τὴν αὐτικατάλλαξιν τὴν ἐκ τῆς πραγματείας ὑπεραίρειν τῇ ὠφελείᾳ. Et Bias recte dixit ἐκ λυσιτελῶν εὐτηθῶν, hoc est, vt ego alludens interpretor, ex vtilibus vilibus, non, vt Plinius, *ex bonis malis*. Sed, puto, hæc mens poetæ. Torquemur in agro exercendo, lucri cupiditate. Artes vero, quæ verum profitentur, id est Philosophia, iacent & negliguntur. Hæc est vera interpretatio.

Noctes atque dies] Ante hunc versum interiiciendi tres isti versiculi, qui infra alieno loco positi erant:

Torquentur flamma terræ, ferroque domantur:
Scrutamur terras, euertimus omne profundum,
Semen vt argenti quæratur, vt aurea vena.

Ex quibus cognoscis non solum loco suo motos, sed etiam inter se transpositos fuisse hos versiculos. quantum autem tenebrarum offuderint ei loco, in quem irrepserant, mox ex sequentibus apparebit.

Festinant arua Coloni] Supra: *Festinantis opus.* & Horatius: *Deproperare coronas.*

Callent

Callent rure manus] Theocritus, μακέλῃ τετολωμένος ἔνδοθι χεῖρας.

Glebarum vsu experiuntur] Inepta lectio, καὶ ὑποσόλοικος. in veteribus excusis nescio quid κίβδηλον legitur. — *glebarum expeuimus vsu.* quod, quid monstri sit nescio. in membrana illa — *glebarum expellimur vsu.* quod quamproxime accedit ad excusorum veterum lectionem. hoc est: nimia agricolatione, nimioque opere rustico sordescimus, vt a quouis expellamur & explodamur.

Hæc herbis dignissima tellus] Sane nescio quid ἀφῆς in hac lectione apparet. Nam quid herbæ ad platanos? sed vere, & eleganter in membrana exaratum fuit:

Hæc platanis humus: hæc ederis dignissima tellus.

Exagitat superfluum studium arborum, quæ magis ob voluptatem, quam ob fructum instituebantur. In quarum numero, vt omnes sciunt, platani ad deambulationes, ederæ ad sedilia, & vmbracula diligenter serebantur.

Hæc diti melior pecori] Iam cœpi meis suspicionibus aliquam fidem habere, cum hæc mihi suspecta lectio antea fuerit, & ex veteri membrana falsi conuicta. Ea habet:

Hæc dura, & melior pecori, siluisque fidelis.

Intelligit ergo, quæ pastionibus melior erat. ea enim est, quæ durior, & sterilior. Calles, saltus, *siluas* vocabant veteres. vide Varronem de re Rust.

Nullum fallere opus] οὐδὲν λαθεῖν ἡμᾶς. Ita & alibi locutus est: — *nec tentat fallere pestem.*

Non multos cernere sacros.] Hoc sane ne Sibylla quidem intelligat. vetus editio habet — *non multis*

cernere ſacros &c. vide, an legi poſſit *— non limis cernere ſacros Ætnai montis fremitus.* Limis cernit, qui ſtupet nouitate rei, neque audet recto vultu ἀντοφθαλμεῖν, vt loquuntur Græci. An legendum? *non mutos.* Contemplari fremitus non mutos Ætnæ, & eorum cauſas reddere. Puto hanc interpretationem meliorem eſſe. *Sacros fremitus*, & alibi *ſacros ignes* magis ex admirantium perſona, quam ex ſua. vt ſupra: *Sacra perurgentem captiui tollere Cæli.* Vult ergo nos nouitate rei non percelli. Quod Græci eleganter dicunt ξενίζεσθαι. Quod bene expreſſit vetus poeta:

Dum ſtupet, ac nouus eſt, & adhuc non nouit amorem.

hoc eſt, dum ξενίζεται τῷ ἔρωτι, ἐπὶ τῷ ἔρωτι. Hoc autem πάθος in Sapientem cadere negabant Stoici: ὁ σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων, οἷον χαρώνεια, καὶ ἄμπωτις, καὶ πηγαὶ θερμῶν ὑδάτων, καὶ πυρὸς ἀναφυσήματα. Et illam Stoicorum ſententiam habebat in animo ille, cum ita ſcribebat:

Nil admirari, prope res eſt vna Numici &c.

Item Seneca loquens de eadem re, de qua hic noſter Corn. Seuerus: *Nihil horum ſine timore miramur. Et quũ timendi cauſſa ſit, neſcire: nõ eſt tanti ſcire, ne timeas.*

Quæritur argenti ſemen] Non ſolum hic alieno loco poſitum hunc verſum, ſed & ipſum corruptum eſſe, ante admonuimus. Ita autem in veteri membrana exaratus fuit:

Semen vt argenti quæratur: vt aurea vena.

Elegantius ſane, quam quomodo formis excuſi legunt. *argenti ſemen*, vt Lycophron, ἀργύρου γνύθος.

Non ſubito pallere ſono] Ne hunc quidem verſum intelligunt, qui eum tanquam planum, & facilem præterierunt. Sed facile eſt errorem, ſeu mendum

agnoſcere

agnoscere ex illa membrana. Nam tribus sequentibus versiculis in suam sedem restitutis, & hinc exemptis, videbis ita coniungendum esse versiculum hunc, cum alio, qui proximus post illos tres versus succedit:

Non subito pallere sono: non credere subter
Cælestes migrasse minas sub Tartara mundi.

Iam nihil planius ista lectione. Sed membrana iam nos defecerat, vtpote quæ tantum habet vsque ad, *Plenaque defecto. Cælestes minas*, Σεῶν μῆνιν. Qui enim audiunt illos Ætnæ fremitus, statim concipiunt in animis suis aliquid humano maius ibi esse &c.

PAG. 40. *Vnde repente quies*] Totus hic locus ita legendus est:

Vnde repente quies, & multo fœdere pax sit:
Concrescant animi penitus: neu forte cauernæ
Introitusve ipsi seruent: neu terra minutis
Rara foraminibus venosis abstrahat auras.

Illud, *Concrescant animi*: *animos* etiam *ignis* infra dicet. Posset & vtcunque legi, *Cur crescant animæ*. Sed & prior lectio defendi potest.

Illinc infestus.] *Infestus* & *obnoxius*, oppositæ. Nam illud pugnax, hoc vero cedens.

Seu forsan flexere caput tergoque feruntur] Id est, seu retro eunt.

Præcipiti delata sono] Veteres excusi: *delecta*. Lego *deiecta*. Totus autem locus ita legendus est:

Præcipiti deiecta sono premit vnda, fugatque
Torrentes auras.

Nam, vt ex sequentibus patet, nunc apparat disputationem, qua vult probare, ventum illum, qui ignem animat, excitari maris agitatione, quod egit secretos

calles sub terra. Id quod & Aristoteles quoque testatur: idque vocat διαυλωνίζειν. Δοκεῖ, inquit, διαυλωνίζειν ὑπὸ τὴν γῆν ἡ θάλασσα. Quum igitur, vt est in epitome Trogi, necesse sit, vt Sicilia per fistulosos meatus multam vim subiecti æquoris excipiat, aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit: atque ibi suffocatum tamdiu tenet, donec per spiramenta terræ diffusus nutrimenta ignis incendat. Claudianus de Ætna:

Seu mare sulfurei ductum per viscera montis
Oppressis ignescit aquis, & pondera librat. &c.

Item & Lucretius:

Præterea magna ex parti mare montis ad eius
Radices, frangit fluctus, æstumque resorbet.
Ex hoc vsque mari spelunca montis ad altas
Perueniunt subter fauces. hac ire fatendum est,
Et penetrare mare: & penitus se cogier arcto,
Atque efflare foras: ideoque extollere flammas,
Saxaque subiectare, & arenæ tollere nimbos.

Addit similitudinem ex organis hydraulicis. vt enim in illis agitatio aquæ tubulos animabat: ita etiam hic in Ætna motus aquæ subterraneæ excitat spiritum: spiritus incendium. Hoc sane, qui in Puteolano agro fuerunt, sciunt verum esse. Nam in eo tumultus ille, & fremitus montis ardentis non alia ex caussa fit, quam ex aquæ egressum rimantis agitatione. Seneca: *Ignem spiritus concitat: aquæ, si ventum detrahas, inertes sunt.*

Sonat ore diu] In antiquitus excusis, *sonitura diu.* Ego lego: *sonit aura. sonere aures* dixit Lucretius. Non probo aliorum correctionem, — *resonante diu Tritone.* Non dubium autem, quin Tritonem ponat inter hy-

ter hydraulica, qui aquarum assultu concepta aura, voces ederet, vt bucina: imo per bucinam, quam ori admotam gestabat, vocem ederet. Et sane similia habemus in Heronis Pneumaticis. In Theatris autem fuisse, & cum illis, quæ ἠχεῖα vocabant, poni solitum fuisse verisimile est. Ex huius exemplo vult probare Ætnæ spiritus illos ex aqua intus agitata excitari. Quare fallitur multarum literarum vir, qui simpliciter hic tanquam de Tritone marino dictum acceperit, non tanquam de organo hydraulico. Non enim aduertit similitudinem, qua hic vtitur poeta.

Nam veluti sonit aura diu] Subintellige τὸ *Quum*. vt postea dicitur. Perinde enim ac si dixisset: Nam veluti cum sonit aura.

Carmineque irriguo] Præter primam, hanc quoque addidit ὑδραυλῶ ex organis hydraulicis, quæ a pneusticis hoc differunt, quod pneustica nostra follibus ventum concipiunt: illa vero aquarum agitatione. Eleganter ea ita describit Claudianus in eruditissimo carmine ad Manlium:

Et qui magna leui detrudens murmura tactu,
Innumeras voces segetis moderatur ahenæ:
Intonat erranti digito, penitusque trabali
Vecte, laborantes in carmina concitat vndas.

Meminit & Seruius in illud: *Neptunus uentis implenit uela secundis. Physice*, inquit, *locutus est. Motu enim aquæ uentus creatur, vt uidemus in bombis organorum. Organarius* vocabatur, qui hydraulica tractabat. Sic enim in veteri glossario: *Organarius*, ὑδραύλης. Sed obscura sunt ea, quæ de illis tradit Vitruuius lib. x. &, vt ipse ait, non est facilis ratio, neque omnibus expedita ad intelligendum, præter eos, qui in his generibus ha-

Cnoßia nec Geminos præcedunt cornua Tauri.
Sicca Lycaonius resupinat plostra Bootes.

Tanquam intelligat Britanniam sudo & sereno aere esse, propter diuturnam glaciem. Quod tamen secus se habere experientia docuit nos. Eos versus Getulici apud Seruium corruptos emendauimus.

Illic obscura] De hoc ita Aristoteles, loquens de montibus ardentibus: τὸ δὲ αὐτὸ αἴτιον καὶ τὸν εἰωθότος ἐνίοτε γίνεσθαι σημείου πρὸ τῶν σεισμῶν. ἢ γὰρ μεθ' ἡμέραν, ἢ μικρὸν μετὰ δυσμὰς, αἰθρίας οὔσης, νεφέλιον λεπτὸν φαίνεται διατεῖνον, καὶ μακρὸν, οἷον γραμμῆς μῆκος εὐθύτητι διηκριβωμένον, τὸν πνεύματος ἀπομαραινομένου διὰ τὴν μετάστασιν. Scribit & Strabo, quosdam ausos ascendere summum cacumen, ac retulisse inter alia, quæ reperissent, fuisse μέσον βουνὸν τεφρώδη τὴν χρόαν. ὑπὲρ δὲ τὸν βουνοῦ νέφος ὄρθιον διανεστηκὸς εἰς ὕψος, ὅσον διακοσίων ποδῶν ἐρεμοῦν. Εἰκάζειν δὲ καπνῷ. Ergo in sequentibus legendum *circunstrepit*, nō *circunstrepat*. Quod quur in *circunstupet* mutarit Antuerpensis editio, caussam non dispicio.

Placantes etiam] Quum resedit tempestas Ætnæ, incolas ad summum montis culmen ascendisse proditum a Strabone eo, quem modo citaui, loco. Etiam rem diuinam facere solitos addit hic Corn. Seuerus. Nam si nihil intestinum, inquit, irritet flammas, quæ sunt semina tantarum rerum, & stupeat profundum: sæpe in summo iugo videas incolas rem diuinam facere, vel vsque ad ipsos crateras, καὶ τὸν λεγόμενον ῥύακα.

Improspectus hiat] Hoc denotat altitudinem, ad quam prospectus hominum peruenire non potest.

Stupeatque profundum] ἐὰν ἠρεμοῖ τὰ κάτω. Quia non vult externo vento agitari. Quod & diuinus vir non ignora-

ignorauit, quum cecinit — *fundoque exæstuat imo.*

PAG. 42. *Huic igitur credis*] Valde corruptus locus: quem ita legendum esse nullo modo dubito:

Hinc igitur quæris, torrens vi spiritus ille,
Qui rupes, terrasque vorat, qui fulminat ignes,
Cur exit vires, & præceps flexit habenas.

Torrens vi correximus. Sic loquitur Virgilius sæpenumero: — *volat vi feruidus axis.* porro adstruit argumentum a leuitate.

Cur egit vires] Repono lectionem veterum editionum. *Cur exit vires* — Sæpe veteres ita loquuntur: vt apud Statium, *exire vitam sanguine*: apud Solinum: *exire hominem*: apud Lucretium, *Profluuium porro qui tetri sanguinis acre Exierat* —

Et præceps flexit habenas] Eleganter, vt supra:

Seu forsan flexere caput, tergoque feruntur.

Ita etiam vulgo loquimur hodieque in Gallia. Metaphora a re equestri, vt πρύμναν κρούσασθαι, a re nauali.

Corpora diripiant] Lege:

Corpora diripiat, validoque absoluerit arcu.

Cur cauernosa non diruat, & pessundet, & dissoluat a suo arcu, hoc est fornice. Nam suspensum quasi fornicibus solum sæpe idē dixit: id est cauernosum.

Oculorum transfugit ictus] *Oculorum ictus*, ἑλληνικῶς dixit ὀφθαλμῶν βολάς: vel, vt D. Paulus, τὰς ῥιπὰς.

Nec leuitas] Corruptus locus, legendum:

Hæc leuitas. tanta est. igitur ferit aura, mouetque.

vt sit ἐπιφώνημα cum conclusione, vel epilogo.

Sparsa liquore] Iandudum occurrebat interroganti, quare ille ignis, & spiritus, quum adeo rapidus sit, non demoliatur suspensos fornices, & saxa decliuia. Id ille ait quominus fiat, in caussa esse miram

rapidita-

rapiditatem, & torrentem impetum. Nam quum ille spiritus incidit in rectos canales, ac nihil obuium habet, quo, vt Seneca loquitur, sufflaminetur, ac interpelletur: tunc propter liberrimum cursum tanto impetu fertur, vt ipsam etiam oculorum attentam aciem fallat. Addit comparationem a face lustrali. Quum Sacerdos in lustrationibus facem quatit, tantus inde excitatur flatus, vt ex eo repercutiantur & ora, & corpora nostra: tamen neque aduruntur sata, quæ proxime admota fax lambit, dum agitatur: neque cinis ex altari rapitur. Genus lustrationis, quo de intelligit, disertim describit Claudianus v 1. Consulatu Honorij:

Lustralem sic triste facem, cui lumen odorum
Sulfure cæruleo, nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda Sacerdos,
Rore pio spargens, & dira fugantibus herbis
Numina, terrificumq; Iouem, Triuiamque precatus
Trans caput auersus manibus iaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Vt etiam inde possis assequi, quas tædas innuit Ouidius, illo versu:

Vror, vt inductæ cerato sulfure tædæ. Iuuenalis: — *siqua darentur Sulfura cum tædis.* — Ab illa autem agitatione, quæ fiebat in orbem, manauit verbum *circunferre.* — *ter socios pura circuntulit vnda.*

Sparsa liquore] Nam prius abluebantur rore pio, hoc est, expiatorio: quod Græci vocant χρνίπτεως. Aristophanes Εἰρήνῃ, αὐτός τε χρνίπτου παραδοὺς ταύτην ἐμοί. ταύτην, hoc est, τὴν δᾷδα, facem.

Verberat ore] Lege, *ora.* Repercutit ora nostra, & cogit incursare corpora eorum, ad quos accidit facis

agitatæ

agitatæ aura. Hoc sane quotidie experimur verum esse in pueris a pedibus, qui noctu faces allucent heris suis. Quum enim languens lumen rotatione facis recreant, tantum auræ excitant, vt circunstantium corpora trepidare faciant, nihil autem proximum vrant. id enim non sinit celer, & rapida agitatio. Quare & Seneca, cum multa alia ex hoc poemate desumpsisset, nõ abstinuit hac comparatione: *Fax*, inquit, *exagitata ignes restituit: immota torpescit.*

Plantu humor] Lege *honor*. τὰ γήρεια, ἢ τὰ ἐπάνθεμα florum intelligit, aut folia. Tale illud —*siluis decussit honorem.*

Surgit adoratis] Melius, *odoratis*, propter turis incensum. Altera probatio. Ignis aratum tametsi liberrime sursum effertur: tamen innoxius est, neque proximas arborum frondes adurit.

Et pax innoxia parti] Scribe, vt & nonnulli codices habent, *rapti*. tanta est illi pax innocens rapinæ. Magis placet, *fax*, vt & nonnulli habent.

Siue peregrinis] Scribe:

Siue peregrinis igitur, propriisue potentes
Coniurant animæ caussis. —

Est concessio, συγχώρησις. ἀλλ' ἴτω. vt vt habet ille spiritus, siue ab ipso fundo Ætnæ, siue a peregrinis caussis aliunde excitatur: certum est ex violentia, ac impetu spiritus inter se collidi saxa, & postea ignes excudere: vt in siluis, inquit, euenire solet. Nam arboribus inter se ventorum vi colluctantibus, ex grauissimo illo flictu sæpe ignes exprimuntur. Id quod postea exemplis confirmabit.

Ille impetus ignis] Interpunge post, *ignis*. illa, inquit, est vis ignis, vnde vnde erumpit.

Et

Et montis partes atras] Scribe, *atra. atra arena.* Infra:

— atque atra sonant examina arenæ.

Haud aliter] Hoc Lucretius ante dixerat, vt lib. I.

At sæpe in magnis fit montibus, inquis, vt altis
Arboribus vicina cacumina summa terantur
Inter se, validis facere id cogentibus Austris:
Donec fulserunt flammæ fulgore coorto. Item li. V.
Et ramosa tamen cum ventis pulsa vacillans
Æstuat in ramos incumbens arboris arbos,
Exprimitur validis extritus viribus ignis.
Et micat interdum flammai feruidus ardor,
Mutua dum inter se rami, stirpesque teruntur.

Thucydid. ἤδη γὰρ ἐν ὄρεσιν ὕλη τριφθεῖσα ὑπ' ἀνέμων πρὸς αὐτὴν ἀπὸ ταυτομάτου πῦρ, καὶ φλόγα ἀπ' αὐτοῦ ἀνῆκε. Eiusdem notæ quod ait Plinius: *Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis.* Eius rei inuentum Mercurio attribuitur in hymno ad eum:

σὺν δ' ἐφόρει ξύλα πολλὰ, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην,
δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρῳ
ἄρμενον ἐν παλάμῃ, ἀνὰ δ' ἄμπνυτο θρμὸς ἀϋτμήν.
Ἑρμῆς τοὶ πρώτιστα πυρήϊα, πῦρτ' ἀνέδωκε.

Eodem modo Vestales Virgines sacrum ignem extinctum reparabant. Festus: *Ignis Vestæ siquando interstinctus esset, Virgines verberibus afficiebantur a Pontifice. Quibus mos erat tabulam felicis materiæ tandiu terebrare, quousque conceptum ignem cribro æneo Virgo in ædem ferret.* Quanquam corrigendum illum locum puto: *Quibus mos erat clabulam felicis materiæ tandiu terere.* Nam atteritur lignum ligno, qui inde excudatur ignis. Quid sit *clabula*, vel *clauola*, non ignorant, qui auctores rei Rusticæ legerunt. Est autem Græcis

σκύταλον

σκύτδιον, ὑποκοριστικῶς a *claua*. Cato *mateolam* vocat. Poterat & legi, *taleam*. Sed prior emendatio mutanda non est.

Hæc serpunt] Lege, *& serpunt*. Tamen, vt verum fatear, non puto eam esse lectionem legitimam, sed conflatam fuisse ex hac vitiosa scribendi consuetudine, *ecsculpunt*. hoc est, ἐκθλίβουσιν, excudunt, extundunt. — *Vt varias vsus meditando extunderet artes.*

Vt rapiant vires] Malo, *vt reparent*.

Pelle nefas] *Nefas*, τὸ ἀδύνατον. Horatius, *Quicquid corrigere est nefas*. Græcis ἀθέμιτον sæpe est ἀδύνατον, vt Euripidi, οὐ θέμις. & Plutarchus in Paulo, θεμιτὸν οὐκ ἔστι μὴ βάλλοντα κατεύστοχεῖν.

Nec paruas mendicat] Melius antiquæ editiones:

Nec paruo mendicat — Lego totum versum ita:

Nec paruo emendicat opes, neque conrogat auras.

Præsto sunt operi] Lege etiã ex antiquitus excusis:

Præsto sunt operæ, ventorum examina, semper.

Eleganter ventorum examina vocat operas, tanquam fabriles operas, aut rusticas.

Caussa latet] Locus pessime acceptus. Qui sine dubio ita legendus est:

Caussa latet, quæ rumpat iter, cogatque morari.

Rumpere iter etiam Horatio: *Rumpat aut serpens iter institutum*. Dixit caussam certam latere: nam vt dubius, multas eius rei caussas reddit. quanquam nonnullæ editiones habent, *Caussa patet*.

PAG. 43. *Sub pondere præsto est*] Legendum fortasse, — *sub pondere pars stat*. vel, *sub pondere restat*. Nam procliuia ruentis tecti pondera tandiu deuoluuntur in ruinam, donec in stabili constitere.

Haud secus ac] Ita legitur in antiquitus excusis.

Haud

Haud secus ac teneros cum sicco frigida monti
Desudat. — Ego lego:
Haud secus, ac cernens cum sicco frigida monti
Desudat.

Haud aliter, inquit, ac cum desudat, & liquata percolatur de monte congeries illa scilicet cernens, hoc est minutatim cribrata, vt infra, *fluctus succernens* eodem modo. Metaphora a fusoriis. Nam dum accenditur ignis, coquitur metallum: vbi fundendum est & liquandum, remouentur fomenta ignis. Ergo frigidam congeriem vocat, cum elanguit ignis, & desudat, hoc est colatur materia. Hic tamen est verus huius loci sensus.

Discedere montes] *Discedere montes* esset, vt *discedere terram* Senecæ: & *discedere cælum* Ciceroni. Esset itaque hæc mens poetæ: Quum tuto partes montis eroſi ruunt, subducentibus sensim se partibus, quæ ruentes exciperent. Sed non ita est. Nam de ventis agit, non de montis vitioſi partibus. Quare lego:
— *tutoque licet discedere ouantes.* hoc est, quum liberum aditum habent venti. Nam sequitur:
Post vbi continuere morani. —

Si cessant a iure] Nihil magis rusticum hoc rure. Nam quid habebant in animo, qui hoc mutarunt? quid aliud erant, quam, vt Catullus ait, pleni rūris, & infacetiarum? Veteres formis excusi recte habent, *Si cessant a iure.* — Tralatitio dixit ventos remittere de iure suo, quum cessant: quomodo & Cicero sæpe loquitur. Quin & eodem modo Seneca de spiritu loquens: *Soluit enim quodcunque vinculum, & omne onus fert secum, infususque per minima laxamenta superat indomita naturæ potentia liber, at vtique quum*

concitatior ius suum sibi vindicat. Quum igitur, inquit, cessant venti, auferunt simul spectacula: hoc est cogunt cessare ignes illos, quos mirabundi spectamus. *Ferunt*, vt Virgilius: *Omnia fert atas.* —

Nunc superant] Legendum ita:

Nunc superent quæcunque regunt incendia siluæ,
Quæ flãmas alimenta vocent, quod nutriat Ætnã,
Incendi poterunt. —

Si superet, inquit, materia igni, & id genus alimenti, quo incendium nutriri potest, tunc flamæ viuunt, quandiu materia suppetit. In veteribus excusis legitur, *Quæ flammis alimenta vocent.* Non male legeretur, *Quæ flammis alimenta vacent.*

Oppositumque igni] Lege — *appositumque igni genus vtile torrent. appositum igni,* τὸ ἐπιτιθέμενον, ᾗ πυρικὸς καίεται.

Nunc spissus crebro] *Præbetur vimine*, eleganter: percolatur, διυθεῖται. Et dixit *Præbetur*, vt ostendat perpetuo suppeditari materiam. *Vimen* vero tralatitio ῥιθμὸς, ὑλισμός. Pro quouis enim textu, & eo, quod Græci dicunt πλέγμα, sumebant Veteres. Manilius:

Incautosque trahunt maculatum vimine thunnos.

Nam non nassas, sed retia ipsa intelligit. Quin & Virgilius id, quod cratis formam habet, ita vocat:

Arbuteis texunt virgis, & vimine querno.

Item in Ityphallico:

Tectam vimine iunceo, caricisque maniplis.

Crebrum, est πολύοπον. Plautus, *Cribro crebrius. Spissus succus* est lentor, ἢ γλισχρότης, vel potius λιπαρότης. vt magis aptum ad torrendũ ostendat. Sic paulo post:

— *in pingui feruent incendia succo.*

Atque hanc materiam] Ita lego:

Atque

Atque hanc materiam penitus discurrere fontes
Infectos. rumpunt & aquæ radice sub ipsa.

aquæ, infectæ scilicet.

Quæ corpore dura est.] Non audeo priscarum editionum fidem eleuare, quæ habent: —*rubet, ipsaque dura est.* a colore, & a densitate probat.

Quin etiam varie] Veteres editiones:

Quin etiam vario quædam sunt vimine saxa. Lego:
—*sub vimine saxa.*

Hic quoque, vt supra, *vimen* vocauit, per quod percolantur liquefacta saxa. Ex quibus, vt obriguerunt, fiunt molares lapides: quos & Theophrastus quoq. putat ἐκ διηθήσεως, καὶ ἐκκρίσεως fieri. Sed & Strabonem audi de hoc ita scribentem: ὁ δὲ ῥύαξ, inquit, εἰς τὴν πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρεῖαν τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. Τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτα ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν, πηλός ἐστι μέλας ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς. εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας. Posidonius quoque apud eundem, quum de illo insigni incendio Liparæ insulæ loqueretur, quod accidisse testatur temporibus suis, quum Flaminius Prætor Siciliam regeret: postea de molari lapide hæc addit: πολλαῖς δὲ ἡμέραις ὕστερον ὡρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάσσῃ, πολλαχοῦ δὲ καὶ φλόγας ἐκπίπτουσας, καὶ κάπνους, καὶ λιγνύας. ὕστερον δὲ παγῆναι, καὶ γένεσθαι τοῖς μυλίαις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον. Iccirco diuinus Poeta cecinit de Ætna, liquefacta saxa sub auras glomerare. Nam, vt diximus, ex illis fit silex, aut molaris lapis.

Illis custodia flammæ.] Ideo vocatus est πυρίτης. Plinius: *Molarem quidam πυρίτην vocant, quoniam sit plu-*

rimus ignis illi. Sequentia autem ita legito:

— Sed maxima quippe molaris
Illius incensi lapidis sibi vindicat Ætnam.

Vult enim maxima parte Ætnam ex illo lapide constare. Quod verum est.

Sed simulac ferro] Et Plinius: *Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis: quos viuos appellamus, & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maxime necessarij: qui clauo vel altero lapide percussi scintillas edunt: quæ exceptæ sulfuratis, aut fungis aridis, vel foliis, dicto celerius ignem trahunt.*

Atque exue robur] *Robur lapidis, robur ferri* dixit, vt Lucretius, *ferri potestas.* Etiam Græcis δύναμις σιδήρου, & Poetæ, μένος χαλκοῦ. *Exuere* proprium verbum ei rei. Sic alibi:

Sic veluti in fornace lapis torretur: & omnis
Exuitur penitus venis. —alibi:
Lentitiem plumbi non exuit?

Fundetur ferro] Vult probare πυκτὰς esse silices, modo non leniori, sed fortiori igne coquantur. Ita & Simfosius Poeta in suis Ænigmatis ita silicem de se loquentem inducit.

Virtus magna mihi duro mollitur ab igne.
Cessantique foco, virtus tamen intus adhæret.
Semper inest in me, sed raro cernitur ignis.

Rationem eius rei mox ipse apponet in sequentibus.

PAG. 44. *Non tutior hausu*] Lege *— non tutior hausis Vlla domus —* Etiam huius coniecturæ vestigia retinent veteres excusi, vbi legitur *hausti.* Simul, inquit, hausit flammas, nulla domus tutior haustis. nihil æque fideliter flammas seruat. Nulla domus, aut custodia fidelior igni recepto, quam ille lapis,

vtpote

vtpote qui minime σομφὸς, neque μανὸς sit, sed denso stipatus robore.

Seruans aciem] Vocat *aciem* τὸ στόμωμα. Sic Plinius de Cotibus loquens: *repertæ sunt & in Italia, aqua trahentes aciem, acerrimo effectu.* τὸ στομῶσις Martialis vocat *gelari.* alij, vt Plinius, *rigere. Ferri rigor* τὸ στόμωμα Virgilio.

Duramque tenaci] Corrige, — *duramque tenaci Septa fide* —

Tutum est illi.] Lege, — *tanta est illi patientia victo.* ἐπιφώνημα.

Vix vnquam redit] Lege: *Vix vnquam perdit vires.*

Et sine semine terra est.] Vt terræ semen, sic in Græca Tragœdia σπέρμα πυρός. Pumices intelligit, qui succo carent. iccirco *sine semine*, tanquam ἀχόνους.

— *Quæcunque est fertilis igni*] ἀρχαϊκῶς dictum. Sic Plautus:

Amor & felle, & melle est fœcundissimus. Infra,
— *& sacro nunquam non fertilis igne.*

Quam leuis excocto defecit] Aut *defectus* legendum, aut quod magis puto, *defecis.* hoc est ἄτρυγος, *sine fæce*, exuctus. & mihi videtur elegantissime dictum. vt *defrens*, pro segete demessa. In vetere Glossario, *Defrens*, ἄρουρα θεριστεῖσα. *frendere*, est rumpere.

Delapsus arenas] Omnino *dilapsus.* Horatius: *Dilapsam in cineres facem.*

Illic materiæ nascentis] Eleganter τὸ γόνιμον, *nascens* dixit.

Sed genus hoc lapidis] Sed certissima sunt signa, & argumenta coloris in lapide hoc genus, hoc est pumice. certissimo, inquam, argumento est color ipse, quod nullas opes adiunxerit, hoc est, quod nullo

præsidio munitus sit ad reparandas vires suas, vt silex, qui millies liquefactus redit ad pristinum ingenium. Pumex ergo Ætneus, cum nigerrimus sit, ostendit colore suo nihil se reliquum fecisse igni. nam quum, vt dixi, niger sit, nihil aliud, quam vstus est: vt si iterum torreatur, totus in cineres dilabatur, vt carbo. At non ita molaris. Quod autem niger sit pumex Ætneus, testatur & Theophrastus de pumicibus loquens: διαφορὰς δ' ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, καὶ χρώματι, καὶ πυκνότητι, καὶ βάρει. χρώματι μέν, ὅτι μέλαινα ἡ ἐν τῷ Αἴτνῃ καὶ ἐν Σικελίᾳ, πυκνή τε, καὶ βαρεῖα αὐτὴ, καὶ μυλώδης. Ita enim corrigimus in Theophrasto.

Dicitur insidiis] Hæc est mens huius loci: Quondam Ænariam insulam, de qua & Festus mentionem fecit, arsisse, vt Ætnam: tandem defeciisse in pumices. Quare τὸ *insidiis* suspectum mihi est. fortasse legendum *indiciis*. vt ex solis pumicibus Nautæ probent quondam arsisse: & pumices dicantur indicia veteris incendij.

Nunc extincta] Lege: *Nunc extincta superq; satisq;.*—

Neapolin inter] Ita hæc lego — *Neapolin inter,*

Et Cumas, locus est, multis iam frigidus annis.
Cuius ab æterno pingueſcens vbere sulfur
In mercem legitur. —

Nec obesa cacumine] Lego: — *nec obesa canamine terra est.* Lapis, quem dicit relegendis ignibus aptum, hoc est, excudendis, est igniarius silex. Ex quo lapide silice partim, partim sulfure Strongylen constare. Ea enim est, *cui nomen facies dedit ipsa rotunda.* Quæ tota hodie ardet.

Et lapis accretus] *Accretum lapidem* hoc est πυκνὸν, opponit pumici, qui est spongiosus. Vnde nomen habet.

habet. Nam *Spumex* prius dictus fuit. Nihil enim aliud, quam ſpuma & fæx quædam lapidum liquefactorum eſt, vt ſcoria aliorum metallorum. *Accretus*, eſt *ναστὸς* reſpectu pumicis, qui eſt *σομφὸς καὶ μανός*. Semper Plinius *τὸ ναστὸν concretum* vocat. vt præter alios locos, in lib. VII. *Quibus*, inquit, *natura ſunt concreta oſſa, qui ſunt rari admodum, cornei vocantur.* Vult dicere, vt obiter Plinium interpreter, qui ſunt natura torui, rigidi, & inflexibiles, quos paulo ante *ἀπαθεῖς* a Græcis dici ſcribit, eis aliquando oſſa concreta, hoc eſt, ſine medulla eſſe, & corneos vocari. Ergo licet colligere, cur *corneã fibram* dixerit Perſius. Nam *τὴν ἀπαθῆ* intelligit. Sic lib. XXXI. idem Plinius ait *cornea piſcatorum corpora fieri*, hoc eſt omnium *τῶν ἔξωθεν ἀπαθῆ*, vtpote quæ ſole, & ſale durata ſint.

PAG. 45. *Inſula durata*] Lego, *Inſula durat adhuc.* Vulcaniam intelligit. etiam pars eius ardet hodie.

Quæ reſtat] Variant hic impreſſi veteres. Vnde ſuſpicari licet diuerſe tortum hunc locum fuiſſe a Correctoribus. Præterea non video, quare Liparen minorem dicat, quæ & princeps, & maxima Æolidum inſularum eſt. Strabo de Æoliis inſulis: *εἰσὶ δὲ ἑπτὰ μὲν τὸν ἀριθμόν. μεγίστη δὲ ἡ λιπάρα, κνιδίων ἄποικος, ἐγγυτάτω τῆς σικελίας κειμένη.* Quare lego: *Quæ reſtat, maiorque, & diues, & vbere terra eſt.* Diuitem & vbere terra eſſe auctor idem Strabo: *ἔχει δὲ καὶ τὴν γῆν εὔκαρπον, καὶ συπτηρίας μετάλλων πρόσοδον, καὶ θερμὰ ὕδατα, καὶ πυρὸς ἀναπνοάς.*

Ni furtim generet] A verbo *Geno*, quo ſæpe vtuntur Lucretius, & Varro. Vlpia. *Si quis mihi filius, aut filia genitur, hæres eſto.* Recentiores editiones hunc locum, de quo nunc agimus, corruperunt.

Materiam, siluamq; suam] ταυτολογία. Nam vtrunque est ὕλη.

Res ipsa nota est.] Est argumentum.

Nec tentat fallere pestem] Lege, *pestis*. οὐδὲ ἐπιτηδεύει, οὐδὲ τεχνάζεται λανθάνειν ἡμᾶς.

Haud equidem] Primum sic lectionem restituo:

Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra,
Si lenitur opus reses, at magis vritur illic,
Sollicitatque magis &c.

Quando tempestas Ætnæ detumuit, tunc magis nutriri incendium. Quod verum esse colligo ex simili argumento, quum memini me in Scotia videre fossiles illos carbones, quibus omnis ea natio vtitur in vsum ligni, per se paulatim accendi minimo ignis adiumento: sufflatione vero nihil profici.

Nam simulatque] Pessime torta lectio. Ego lego:

Nam simulatque mouet curtus, turbatque minutus,
Diffugit, extemploque solum trahit —

Curtos ignes. vt infra, — *Curtis nihil ignibus obstat.* Vocat ieiunos, vt ipse paulo ante locutus est, & languentes, quales diximus carbonum fossilium. Sunt vero ij subtiliores, quam adulti, &, vt ita loquar, ouantes. Nam curtus ille ignis inter carbones semisopitus pascitur tantum, non assurgit. Cui opponunt Græci ὀρθὴν φλόγα, & Poetæ — ὀρθίαν πυρὸς φόβην.

Turbatque minutus] Iam monui corrigendum esse: — *turbatque minutus.* mouet, & turbat, more Varronis, qui dixit *mare turbat, verba mutant*: vt supra annotauimus.

Ictaque ramis] Lege: *ictaque rumpit*. Simulac, inquit, ille minutus ignis, qui est, vt aliquod ἔναυσμα, & quasi ζώπυρον, sensim præteriit densas saxorum

ambusto-

ambustorum congeries, exemplo solum, per quod euasit victor, conuellit, ac dirumpit. Hoc fit, quoties inolescens minus libero aere fruitur.

Et graue sub terra] Prius enim murmur, ac fremitus auditur, quam oculis vsurpetur incendium, vt alibi docuimus. Iccirco paulo ante dixit:

Certaque ventura præmittit pignora flammæ.

Solinus: *in Ætnæ vertice hiatus duo sunt, Crateres nominati, per quos eluctatus erumpit vapor, præmisso prius fremitu, qui per æstuantes cauernarum latebras, longo mugitu intra terræ viscera diu voluitur: nec ante flammarum globos attollit, quam interni strepitus antecedant.*

Sacris tum crédere rebus] Et hæc quoque vix agnoscat Corn. Seuerus ipse. adeo perturbata sunt. Ad veteres editiones confugio. earum aliæ habent, *sacris recedere*: aliæ, *sacris decedere*. Ego lego: *secedere. secedere Deo, secedere sacris* elegantissimum est. Sulpitia Romana Sappho:

Nam tibi secessi, tecum penetrale retractans
Consilium. — *Sacras res* Latine dixit τὰ θεῖα, vt Lucretius *Veneris res*, τὰ ἀφροδίσια. Sed totus locus ita concinnandus:

Tum pauidum fugere, & sacris secedere rebus
Par erit. e tuto &c. Tum confugere, inquit, ad sacra, & preces opus erit, vt pacem Deorum immortalium expoſcas, quotiescunque auditur ille intestinus fragor. Nunquam enim auditur, quin subsequatur magnum incendium, vt iam dixerat.

Et tuto] E *tuto*, vt iam monui. E specula videbis tuto omnia, nempe terrificas Ætnæ ruinas contemplaberis.

Onerosa incendia ruptis] Mihi legendum videtur:

Nam subito efferuent nerui incendia ruptis.

Vt alibi neruos attribuit illi monti:

Densa per ardentes exercet corpora neruos.

Putaui & legendum, *cameris incendia ruptis.* Quod non displicet.

Nec recipit flammas] Eadem figura Virgilius de aheno bulliente: *Nec iam se capit vnda.*

Mons hic defessus] Etiam Virgilius *fessum* pro fatiscente accepit.

Atque aperit se hostis] *Hostis*, ignis. Malo tamen, *hosti.* præsertim quum sentiat montem fatiscere.

PAG. 46. *Et castra sub ipsa*] Puto melius lectum iri — *& strage sub ipsa.* Nam error natus ex vitiosa scriptura, *strace*, pro *strage:* vt *subicitare*, pro *subagitare. Prona iacens campis acies*, vt ipse loquitur, nihil aliud est, quam Strages: est enim, vt in Varronem annotauimus, arborum cæsarum *strages*, vt segetum, *Calamitas.* πάθος est hic, quum stragem Ætnæ, postquam deferbuit, aciei deiectæ in castris comparat.

Asperior sopita] Vitiosa lectio. Ne veteribus quidem excusis sua constat fides:

Asperior sobaris, & quadam sordida fax est.

Non dubium quin legendum sit:

Asperior scabres, & quadam sordida fax est.

De *scabre* supra in Ciri.

Qualem purgato] Id est ἡ σκωρία σιδήρου. Totus autem versus ita legendus: *Qualem purgato cernis decedere ferro.*

Sic veluti in fornace] Debebat dicere, veluti quum in fornace. Sed eleganter τὸ QVVM subintelligitur, vt alibi:

Nam

Nam veluti sonit aura — plenum enim erat: Nam veluti quum sonit aura. Porro vt hunc illustres, lege Vitruuium lib. 11. cap. v 1.

Leuis sine pondere] Scribe, *leuis, & sine pondere.* Dixit autem *Excutitur*, vt notet verbum aptum cribrationi. Sic Persius: *& populi cribro decussa farina.*

Liquor ille magis seruare] Legendum haud dubie, *feruere.*

Et primis] Lege: — *& priuis demittit callibus vndas.* *Priuum* ἕκαστον. Lucil. — *abdomina tunni*

Aduenientibus priua dabo, Cephaleaque Atarna.

Callibus, διαλογισμοῖς. quod est verbum Aristotelicum. Lucretius:

Secretos egit calles mare —

Quippe nihil reuocat] Diximus curtos ignes subtiliores esse, & nihil eis obstare, quo minus viam perrumpant. quod etiam intelligitur, quum ait, *omnia purgans.* Nam *purgare viam*, est omnia impedimenta amoliri. & area pura, & locus purgatus, vbi scilicet nihil immolitum est. Nam qui legunt, *simul omnia pugnant*: neque purgatum cerebrum habent, & omnes rationes cum illis pugnant. Sed & improbe sequentia coniungunt:

Nunc siluas, rupesque vorat hac tela, solumque:

Cum periodus sit post *vorat.* sequentia vero

— *hac tela solumque:*

Ipsa adiutat opes; sunt pro epiphonemate. Et, vt Cicero dixit *parsimoniam non mediocre telum esse ad virtutem*, sic hic omnia adiumenta vocat *tela*, elegantissime sane. Quod ad Græcorum imitationem dictum. ἡ φειδὼ δ' ἐ φαῦλον ὅπλον πρὸς τλὼ ἀρετλώ. Ita loquitur Dionys. Halicarn. Plautus Epidico: *Opus est homine,*

homine, qui illo argentum deferat pro fidicina. Nam telo non æque opus facto est. —

Ipsa adiutat opes] Hic portentosa versuum transpositio, ac perplexitas fecit, vt non solum sensus perturbatior, sed & lectio mendosior euaserit. Primum igitur consulamus ordini. Deinde ad ipsum stabulum Augiæ nos conferamus. Ita enim digerenda hæc sunt:

Ipse adiutat opes, facilesque sibi induit annos.
Quod si forte cauis cunctatus vasibus hæsit:
Vtpote inæquales voluens perpascitur agros,
Ac primum tenues sinuans cit Mulciber orbes:
Paulatimque ignes coeunt, ac flamea messu.
Sicuti quum curuo rapidum mare cernitur æstu,
Progrediens late diffunditur, & saccernens
Ingeminat fluctus, & stantibus increpat vndis.
Flumina consistunt ripis, ac frigore durant.
Exuitur facies tunc prima, vt quæque rigescit.

Ipse adiutat] Ipsemet ignis suopte ingenio sese adiuuat, ac reparat se. Hoc enim est annos induere. non secus ac, vbi in messes ignis incubuit. Primum tenues orbes, inquit, sinuat. Deinde quum plus aridioris materiæ amplexus fuerit, paulatim late crescit, ac totam segetem corripit, vt videmus sensim æstum maris crebrescere.

Vt pote] Et hic quoque τὸ QVVM subauditur, vt bis supra. Quod si, inquit, inferioribus partibus stupescens, ac piget hæsitet ignis: non aliter se promouere solet, ac ignis, quum in segetes incubuit. Iam diximus.

Ac primum tenues] Ex hoc monstro lectionis hæc eruimus:

Ac

Ac primum tenues sinuans cit Mulciber orbes.
Id quod vno verbo Græci dicunt εἰλυφάζειν. Inæquales agros, propter quos nunc languescit, nunc assurgit ignis, quum vbique non æqualis sit culmorum seges.

Sicuti quum curuo] *Curuum æstum* vocat, quum adhuc, vt poetæ loquuntur, non κορύσσεσθαι, vel κορθύεσθαι, sed curui maris adhuc faciem retinet. Mallem tamen *torno*, non *curuo*.

Progrediens late] Catullus:

Procedunt leuiterque fouent plangore cachinni.

Et succernens] *Fluctus succernens*, non mare. vt *mare mutat, mare turbat.* hoc est spisse crispatus fluctus. Metaphora a cribro. Plautus:

Pol quidem hic gradus suctretu'st cribro pollinario.

Flumina consistunt] Metaphorice dixit superliquefacto saxorum robore. Continuat enim, quod supra dixerat:

— liquor ille magis feruere, magisque
Fluminis in morem mitis procedere tandem.

Nam *mitis* ibi est liquefactus: more Græcorum, qui dicunt μειλίσσειν πυρὶ, vt Homerus. Sic Latini *mulcere ferrum*: a quo *Mulciber*. Hic igitur ait tandem veluti ripis quibusdam flumina liquefactorum saxorum cohiberi: postea πήγνυσθαι τηκεῖσαν ὕλην, καὶ πάγον fieri μυλίτην λίθον.

Cum solido inflexa] Lege, *inflixa*, ἀρχαϊκῶς pro *inflicta*. Sic indifferenter dicebant *Affictus, Affixus*, vt Varro. Mox lego, *& qua dispulsa est*.

Emicat examen plagis] Hoc est examen plagarum. vt *— grumos spargit sale —* Propertius:

Desit odoriferis ordo mihi lancibus — ἓν διὰ δυοῖν.

PAG.47. *Procul esse fide*] Et lectio, & interpunctio vitiata. Ita lege, ita interpunge: — *ardentia saxa*
Scintillant. procul ecce fide procul ecce ruentes
Incolumi feruore cadunt vtrinsecus ignes.
Procul fide, vt *procul dubio*. Est mira δεινότης. quasi in subito tumultu, ac inopina consternatione hoc dixerit. vt, *Ecce manus iuuenem* &c.

Verum impetus] Non male, quantum iudicare possum, diuinaui, *vtrinsecus*. ex duobus scilicet crateribus. Nam duo ῥύακες præcipui fuerunt. auctor Lucretius, & Solinus. Alij tres faciunt. Strabo etiam quartum nouum addidit.

Si fumant] Non melius huic loco est, quam superiori. Sed haud dubie ita integritati restituetur:
Sic fumant, quondam vt ripas traiecerit amnis
Vix iunctus — More redundantis amnis, qui ripas suas transcenderit, ait furere liquidos flammarum torrentes. & dixit amnem vix iunctum, vt Virgilius: — *pontem indignatus Araxes*. Nam proprie iuncti fluuij sunt, qui pontem patiuntur. Quod si mihi non credis, audi Senecam quasi digito hæc demonstrantem: *Nam quandiu*, inquit, *non impeditur, facile fluit. quum offendit, & retinetur, insanit, & moras suas abrumpit: non aliter, quam ille pontem indignatus Araxes. Quandiu illi facilis, & liber alueus, primas quasque aquas explicat.* Quanquam Seneca de fluuio pontem abrumpente, Virgilius vero de fluuio iugum seruile detrectante intellexit.

Quisquam fixo] Non ergo hoc Lernæo monstro defuncti sumus. Nam quæ capita mendorum subnascuntur? Quis hanc lectionem intelligat? Ergo legendum:

— *quis-*

—quisquam vix olim nouerit illas. Vt enim vix agnoscuntur margines fluuij, quem imbres super notas aluere ripas, vt canit Horatius: ita vix locus in illa incendij strage agnoscitur, quum persæpe vicenos dies obruta moles iaceat.

Vicenos] Obtinet vicem ἐπιφωνήματος.

Materiã vt credas] Interpolatitia lectio, cum vetus fuerit: *Materiamve aliam credis furere igne fauillam.* Et credis fauillam furere materiam aliam igne. hoc est: si credis illam fauillam, quæ furit, aliam materiam esse, quam ignem. Nam propterea vocauit Virgilius *candentem fauillam*, vt eam ostenderet ex vere flammante igne erumpentem: quum etiam fauilla mortua, quam μαρίλην vocant Græci, possit emitti ex pigris, & sopitis ignibus. Sed ignis Ætnæ est vegeta flamma, non tantum λιγνύς. Quare immerito reprehenditur Virgilius ab illo Græculo, cuius quum nugas in Commentarios suos retulerit Gellius: non tantum illi, sed & sibi quoque ἀβεβτερίαν περιβάλλει. Porro dixit *aliam igne*, vt Horat.

Neve putes alium sapiente, bonoque beatum.

est ἑλληνισμός. Sed consultius si pro *furere*, legamus *furuo*: *Materiamue aliam credis furuo igne fauillam.* Hæc sane vera est & certa coniectura.

Plurima proprietate] Repete *Si.* si plurima etiam in ipsis præterea προσενυπάρχειν putas. Hoc est, vt loquitur Ennius, plurima præterpropter concrescere. nimirum præter προκαταρκτικὰς αἰτίας.

Sicque] Lege, *sique.*

Commistum lento] Veteres editiones habent constanter *Commistum vento.* Fortasse *Commistum Veneto.* Nam bitumen Venetum vocari puto, quod Martialis

Venetum

Venetum lutum dixit, *Resina, Veneto vel resecare luto.* Nihil tamen affirmo.

Nam post exhaustam] Lego:

Nam post, exustæ cretæ quoque robora fundit.

Robur cretæ, vt alibi *robur ferri.*

Et figulos huic esse] Et figlinas huius rei fidem certam facere. nam ibi esse figlinas. quæ non essent, si creta ibi non erueretur.

Verum vbi certo] Lege: — *Verum tibi certo pignore constet.* Nam pignore, hoc est sequenti comparatione confirmat.

Nam velut arguti] Legendum omnino:

Nam velut arguti natura est æris, & igni
Quum domitum constat, eademq; & robore saluo,
Vtram vtram vt possis æris cognoscere portam.

Hoc est, vt ferri eadem natura est, & quum fusum est, & ante quam funderetur; vt vna eademque vis sit illi.

Vtranque vt possis] Veteres editiones: *Vltra quam possis.* Suspicatus sum posse legi non incommode, *vtram vtram vt possis.* Nam *vtrutram* compendiose scriptum fuisse auguror. Plena sententia esset, vt nescias vtram possis cognoscere. Tamen illud *Portam* suspectum mihi est.

Haud aliter lapis ille tenet] Putem Græcanice dictum, *lapis haud aliter tenet*, οὕτως ἔχει.

Seu forte madentes] Ambitiosius liquidas flammas *madentes* vocauit. ὑγρὸν μένος πυρός, dixit Empedocles. Vereor tamen ne legendum sit, *domantes.* πανδαμάτωρ πῦρ.

Conseruatque notas] Hoc est, οὐκ ἀλλοιοῦται. vt vinum perdere notam, quum aut acuit, aut alio quouis casu alteratur.

alteratur. Nam dicebatur *nota vini*. Horat.

— Chio nota si commista Falerni est.

Quod tamen non vini, sed numorum proprium est. Nam malæ notæ numi πονηρῦ κόμματος, παράσημοι, κίβδηλοι, φαυλοχάρακτοι Aristophani. Hinc tralatitio *homines de meliore nota* Ciceroni, & Catullo. De vino vero; & fructibus proprie *nomen* dicebatur. a quo dixit Cato, *Ne vinum nomen perdat.* Virgilius:

Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruant.

Nec vultu] Etiam ipso vultu indicat ignes. Nam πυῤῥὸς est ille lapis. Sed non male legeretur

— nec vultum perdidit igne.

Nam dixit conseruare notas.

Quin etiam externam] Nondum illam hydram confecimus. Lege:

Quin etiam externum nil iis color ipse resoluit,
Non odor, aut leuitas: putris magis ille, magisque.
Vna operis facies &c.

Quin etiam color ipse nihil eis externum admiscet. hoc est, ne colore quidem suo indicant sibi quicquam externi admistum esse: neque aut odor, aut leuitas eos distinguit inter se, vt iste sit putris illo magis, ille minus. Vna facies quippe eis est, eadem per omnia terræ materia.

Imposuere fricas] Hoc verbum non est nauci. Esset aliquid *Phrycas* παρὰ τὸ φρύγειν. Sed oporteret illos in sartagine frigi, & verius dici ταγηνιστοὺς, vt pisces Athenæi. Quare omissis nugis *Chytas* legendum esse mihi persuadet fusilium apud Græcos communis & vnica appellatio. omnes enim χυτοὺς λίθους vocant. Plato Timæo: τυγχάνει δὲ ταῦτα τὰ μὴ ἔχοντα ἔλαττον γῆς ἢ ὕδατος, τί, τε περὶ τὸ ὕαλον γένος ἅπαν, καὶ ὅσα χυτὰ λίθων

γένη καλεῖ. Vide Theophrastum περὶ λίθων, & alios. Nisi esset *Rhytas*, ῥυτάς. sed non puto.

Quanuis materies] Iam sæpe docuit humorem, quem in se habent χυτοὶ λίθοι, esse pabulum ignis. τὸ δὲ πηκτὸν, inquit Theophrastus, ἔνικμον ἀεί, καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω.

PAG. 48. *Heracleti*] Suppositum a Correctoribus nomen *Heracleti*. quasi etiam non tacito nomine κατ' ἐξοχὴν obscurus ille liber, hoc est σκοτεινὸς vocaretur. Veteres editiones pro *Heracleti*, habent:

Et ditet vero nihil insuperabile igni.

Quare lego audacter:

Et discet vero nihil insuperabile ab igni.

Nam est ea sententia Heracleti: ἐκ πυρὸς τὰ πάντα ξυνίστασθαι, καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι. Cuius sententiæ vltimum membrum eo versiculo expressum vides. Et sane non satis erat dicere, nihil igni insuperabile, cum ea disputatio non sit: sed cum de igne tractetur, & de igne quoque hic mentio desiderabatur.

Omnia quæ rerum] Scribe, *Omnia quo rerum naturæ semina iacta.* Ex quo igne, inquit, omnia constant. An non igitur his duobus versibus continetur sententia Heracleti?

Et discet vero nihil insuperabile ab igni,
Omnia quo rerum naturæ semina iacta.

ἐκ πυρὸς τὰ πάντα ξυνίστασθαι, καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι. Cuius rei causæ videntur tractatæ fuisse in illo Commentario Physico, qui vulgo σκοτεινὸς notissimo nomine vocabatur, vt necesse non sit, sicuti iam admonui, Heracleti nomen addere.

Sed nimium hoc mirum] εἰς πῦρ πάντα ἀναλύεσθαι. est obiectio. Sed hoc mirum, inquies.

Densissi-

Densissima corpora] Respondet obiectioni, quam confirmat exemplis. Eaque puto omnia petita ex illo obscuro Commentario.

Nec lapis] Repone ex antiquitus excusis: *Nam lapis ille riget*. Non potest, inquit, ἐλαύνεσθαι, & malleo duci, si tundatur: sed omnino resistit ictibus, & riget. Item si exiguo, & leni igne, patente cælo, nec inclusum teras, resistit ignibus. Sed agedum patere in obturatis fornacibus candere, & coqui, haud dubie duritiam exuet, nec durabit in ignem. Hæc, vt iam dixi, exempla non dubito quin hauserit ἐκ τῶν σκοτεινοῦ βιβλίου. Silicem vero *fusilem* vocamus vulgo: & ab eo omnia igniaria; *Fusilia*.

Sed nō qui nostro feruet] Lege *feruat*. *Feruere Leucaten*.

Spiritus additus] Vel, *abditus*.

Fabriles operas] Lege, *operæ*. χαλκοῦργοι.

Rudibus contundere massis] Lego:

Fabriles opera tudibus contundere massas

Festinant — *Tudes*, sunt mallei. Festus. Inde verbum *tuditare* Lucretio: pro extundere.

Hæc operis fama est] Posset legi, *summa est*. nihil muto. Est autem totius operis Epilogus. Ætna ardet. quare? In fistulosa terra spiritus excitatur, ex spiritu ignis. Pabulum ignis maxima saxa, quæ vocauit molaria. Ita breuiter complexus est totius disputationis summam. Quam & Lucretius quoque ita exequitur:

— Primum totius subcaua montis
Est natura, fere silicum suffulta cauernis.
Omnibus est porro speluncis ventus, & aer.
Ventus enim fit, vbi est agitando percitus aer.
Hic vbi percaluit, calefecitque omnia circum

Saxa ferens, qua contingit, terramque: & ab ollis
Excußit calidum flamis velocibus ignem,

& quæ sequuntur. Sed in his verbis Lucretij tertius a fine versus mendosus est. Legendum enim:

Hic vbi percellit, calefecitque omnia circum
Saxa terens — Percellit, ἀρχαϊκῶς pro *perculit*, vt apud Virgilium — *Cynthius aurem Vellit.* — Vide Priscianum, & Diomedem. Nam non calescit spiritus ille, qui fit aeris agitatione. Quod si concedamus, non illum calorem ea agitatione acquirere potest, qui saxa accendat. Sed ex mutuo attritu saxorum, quæ ipse inter se percellit, excuduntur scintillæ: quæ exceptæ materia sulfurea, qua totus ille mons abundat, accendunt ignem.

Spiritus incendit viuus] Hæc est veterum excusorum lectio. Quæ mirum quantum nos iuuat ad verum indagandum.

— Vrget in arctum
Spiritus, incendi cui vis per maxima saxa.

Hoc est, qui accendendi vires acquirit ex mutuo maximorum saxorum attritu. *Maxima saxa*, vt iam admonui, vocat molares lapides.

PAG. 49. *Magnificas laudes*] Pulcherrima coronide Epilogum claudit. quæ tota constat ex narratione veterum monumentorum. Sed & hæc quoque corrigenda sunt:

Magnificas laudes, operosaque visere templa
Diuitiis hominũ, aut sacra marmora, resve vetustas
Traducte materia tetris per proxima fatis
Currimus

Terris per proxima] Scribimus, *tetris per proxima fatis*. Hæc est per summa discrimina, vt infra:

Hac visenda putas dubius terraque marisque.

Dixi quod potui: neque enim satis confido huic lectioni. *Opera traduce materia* eleganter vocat ea, quæ Græci ἀρχέτυπα. vtpote, ex quibus multa similia ad exemplum deriuata sunt, vt ex rumpis, & traducibus vitium multæ aliæ. Porro vt hic *Traduce materia*, sic apud Tertullianum *producem mutui coitus*, libro de carne Christi.

Cernereque & fratres] Reponendum ex veteribus editionibus:

Cernere: quod fratres, ille impiger, iste &c.

Ille canorus] Scribo, — *ille canoris*

Cordeis Fenices alieno interferit æuo.

Cordeis, pro cordis. vnde fecerunt *condere. Fenices*, *Phœnices*. hoc est Thebanos, qui ex Phœnicia oriundi sunt, propter Cadmum. Vel fortasse nihil mutandum, vt *canorus condere felices*, sit ea figura dictum, qua Horatio *celer sequi*, & similia: condit felices poeta aut hymnologus eos, quos carminibus suis, & musica celebrat. *Alieno æuo*, id est, longiore, quam quo viuimus. Nam breue est, quod viuimus.

Nunc gemina] De fratribus Thebanis: quibus quum hostiis parentarent quotannis ciues Thebani, fumus in diuersa dissiliebat. Pausanias Bœoticis, ἑξῆς δὲ ἐστι τῶν Οἰδίποδος παίδων μνήματα, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δρώμενα, ἃ οὐ θεασάμενος, πιστὰ ὅμως ἐνόμιζον εἶναι. φασὶ γὰρ καὶ ἄλλοις τῶν καλουμένων ἡρώων οἱ Θηβαῖοι, καὶ τοῖς παισὶν ἐναγίζειν τοῖς Οἰδίποδος. τούτοις δὲ ἐναγιζόντων αὐτῶν, τὴν φλόγα, ὡσαύτως καὶ τὸν ἀπ' αὐτῆς καπνὸν διχῆ διίστασθαι.

Itaque manifesto legendum:

Nunc gemina ex vno fumantia sacra vapore.

non *saxa*. Nam intelligit ἐναγίσματα, quæ fiebant

 illis.

illis. Statius: *Exundat diuiso vertice flumen.*
Eius Historiæ testem citat Callimachum Ouidius his versibus:

Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis.
Consilium fugiunt cætera pene meum.
Consilium: commune sacrum quum fiat in ara
Fratribus, alterna qui periere manu.
Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra fauilla duas.
Hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar.
Et me Battiades iudice falsus erat.
Omnia nunc credo &c.

Vide Epigramma Bianoris III. Ἀνθολογίας. Titulo εἰς ἡρώας.

Raptumq; profundo] Amphiaraum. De cuius morte extant magnifici versus, in Thebaide Statij Papinij.

Et sparsa Lycurgi] Lege, *Sparta*. Leuis sane error vel puero notus: tamen in recentioribus editionibus, etiam in Antuerpensi, hactenus non animaduersus.

Et sacer ad bellum] Alioqui *Numerus* ad contemptum.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Ex Græcorum Prouerbiis, ἀριθμός. Quod etiam de vno dici, non tantum de pluribus, annotauimus apud Euripidem Heraclidis:

Εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐπιτύμως
ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα. —

Sua turba recenti] Lege *regenti*. penitus deuoti Regibus suis, ac Ephoris. non sui, sed Reipublicæ, & Regum. *Regens*, στρατηγός. In Culice:

— quo flamma regente
Doris Erichthonias prostrauit funditus arces.

Quo

Quo regente, οὗ στρατηγοῦντος.

Gaudentque sua] De Mineruæ & Neptuni certamine hæc accipienda. Quare *victricem Mineruam* vocauit, quod eius olea præposita fuit equo Neptuni.

Permittere vela] Omnino legendum, vt in veteribus, *præmittere*. Nam præmittenda erant vela candida patri, vt essent nuncia reditus.

Tu quoque Athenarum] Ita legendus totus hic locus deprauatissimus:

Te quoque Athenarum carmen iam nobile sidus
Erigone: sedes, Pandioni, vestra canoris
Te vocat in siluis: & tu, soror, hospita tectis
Acciperis. — Tres Atticas puellas alloquitur. quarum primam sideribus, alteram siluis, tertiam tectis acceptam scribit. o Erigone, te nobile sidus vocat. o Pandioni Philomela, te sedes in siluis vocat. o Procne, tu tectis acciperis. Hæc est, nisi fallor, huius loci vera interpretatio.

Solis Tereus ferus] *Ferum* vocat, quod neque tectis, vt Procne, neque siluis, vt Philomela, acceptus fuerit, sed in præruptis rupibus degat. Hoc plane ex politissimis Æschyli versibus illustratur, qui habentur apud Aristotelem lib. 1x. de Historia animalium. sed quia ita deprauati leguntur, vt ne minimum quidem ipsos interpretari potuerit magnus vir Gaza, hic eos ego, quantum iudicare possum, correctos, & emendatos apponam:

Τοῦτον δ᾽ ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὑτοῦ κακῶν
πεποικίλωκε, κἀποδηλώσας ἔχει
θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ.
ὃς ἦρι μὲν φαιόν τι διαπάλλει πτερὸν
Κίρκου λεπάργου. δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ

παιδός γε τ' αὐτοῦ νηδύος μιᾶς ἄπο.
νέας δ' ὀπώρας ἡνίκ' αὐξανθῇ στάχυς,
τίκτει νιν αὖτις, καμφιγωμήσει πτέρυξ.
ἀεὶ δὲ μίσει τοῦδε Παλήνης τόπου
δρυμοὺς ἐρήμους, ἢ πάγους ἀποικίσει.

In quibus versibus primum allusum ad nomen Epopis: tanquam ἐπόπτης fuerit malorum suorum. deinde alium plumarum colorem illi Vere attribuit, alium Æstate. Nam ἦει φαιὸν πτερὸν illi dat κίρκου λεπάργου. Ait habere pennas accipitris. qui est λέπαργος, hoc est, ventre albo, & habet φαιὸν πτερόν, fuscas pennas. Vbi sane considerandum est Æschylum sine dubio confudisse Cucullum cum Epope, seu Vpupa. Nam non Epops, sed Cucullus φαιὸν διαπάλλει πτερὸν κίρκου λεπάργου. In qua sane animaduersione mirum in modum mihi placeo: cum & mentem Æschyli plane odoratus sim, & menda ex tam deplorato loco sustulerim. Fefellit Æschylum, quod Epops eandem fere vocem cum Cucullo emittit. Propterea eundem Epopem cum Cucullo fecit, qui, vt nemo ignorat, tam similis est accipitri, vt quidam in genere accipitrum posuerint, & nescio quid tale tetigerit Aristoteles. Porro ἡνίκα αὐξανθῇ στάχυς, hoc est, cum adulta est Æstas, τίκτει νιν αὖτις πτέρυξ, rursus renouat, & quasi alium facit penna: hoc est mutatus pennarum color, alium videri facit. Odio vero Pallenes, vbi ea metamorphosis agitur, eum in tesca inhospita relegabit Iuppiter. hoc enim est τὸν ἀποικίσει. Hoc sane extra ordinem. Sed, quum ipse Corn. Seuerus ne sine corollario quidem opus suum egregium de Ætna concludere voluerit, quum non & ego quoque cum hoc corollario hunc locum ab-

solluam?

ſoluam? Comparent ergo correctionem horum verſuum cum vulgata Ariſtotelis lectione: & videbunt, qua alacritate tam luculentos tanti poetæ verſus a nobis emendatos accipere debeant.

Hectora primum] Locus deprauatiſſimus. veteres editiones:

— Extinctoſque ſuos Phrygas Hectora paruum.

Lego:

— extinctoſque ſuo Phrygas Hectore. Paruum
Conſpicimus magni tumulum ducis.

Simul cum ſuo Hectore extinctos Phrygas. Horatius ad verbum ex Homero:

— & ademptus Hector
Tradidit feßis leuiora tolli
Pergama Graiis.

Extinctos ſuo Hectore. Helleniſmus: αὐτῷ τῷ ἕκτορι διεφθαρμένους. hoc eſt, σὺν αὐτῷ ἕκτορι.

Fixos tenuere] Expreſſit Horatianum:

Suſpendit picta mentem, vultumque tabella.

Rorantes parte] Scribe ex coniectura noſtra, quæ & poſtea confirmata eſt veterum aliquot editionum auctoritate: *rorantes arte* — vt in epigrammate in eandem ἀναδυομένην:

— καὶ τοίαν ἐτύπωσε διάβροχον ὕδατι ἀφρῷ &c.

Sub truce] Ouidius: *Inque oculis facinus barbara mater habet.* Vterque intellexit de Timomachi tabella.

Nunc triſtes] Parrhaſius pinxit.

Velatuſque pater] Attribuunt induſtriæ Pictoris. Et in eam partem interpretati ſunt poſteri. Ego vero puto Pictorem Euripidem ſecutum hoc feciſſe. Cuius verba de Agamemnone ſacrificio filiæ adſiſtente hæc ſunt:

— ἔμπαλιν στρέψας κάρη
δάκρυα σεσῖγκεν, ὄμμάτων σεσβεὶς σέλας.

Viua minoris] *Myronis*. Et non omisit Antuerpensis editio.

Turbaque morantem] Hoc non est vnius assis. Veteres editiones: *— turbaque minaces*. Lego: *— turresque, minaque. Minæ*, sunt ἀπείλησις. auctor Seruius in illud *— Minæque Murorum ingentes.*

PAG. 50. *Sirius ardens*] *Ardet*. Et tamen hæc mihi suspecta sunt.

Quanquam sors] Editiones veteres: *quam sors &*. Lego:

Nec minus ille pius, quam forset nobilis ignis.

Forset. Vide doctissimos D. Lambini in Horatium commentarios.

Nam quando] Hic luculentissimis versibus orditur historiam fratrum Cataneorum: qui ex incendio Ætnæ vrrunque parentem eduxerunt. Eorum de nominibus varia apud scriptores opinio, aliis Philonomum, & Calliam vocantibus: aliis Anapiam, & Amphinomum: quibusdam etiam Æmanthiam, & Critonem. Cuius historiæ plurimi meminerunt, Strabo, Pausanias Phocicis, Val. Maximus, Solinus, Ælianus, Martialis, alij. Sed omnium maxime Claudianus: qui eos egregio carmine celebrauit. cuius initium:

Aspice sudantes venerando pondere fratres,
Diuino meritos semper honore coli.
Iusta quibus rapidæ cessit reuerentia flammæ:
Et mirata vagas reppulit Ætna faces:
Complexi manibus fultos ceruice parentes
Attollant vultus, accelerentque gradus.

Memi-

Meminit & Auſonius in Catina de claris vrbibus. Locus, in quo eorum erant ſtatuæ, in quas id carmen ſcripſit Claudianus, vocabatur ab indigenis ἀσεβέων χῶρος. Porro locum hunc ita lege:

Nam quando ruptis excanduit Ætna cauernis,
Et, velut euerſis penitus fornacibus, ingens
Euecta in longum rapidis feruoribus vnda.

Dixit *vndam*, vt Pindarus, de eadem re ποταμὸν πυρός.

Calum caligine torquet] Melius, *torpet*. Aliter dicebant, *Calum ſtat caligine*. Ab ea metaphora *frontem caligare* dicebant Veteres: vt Sophocles Συννεφὲς πρόσωπον. Pacuuius Atalanta:

Quis iſtic voltus caligans? quæ triſtitas?

Ita locus ille Pacuuij apud Nonium legendus eſt. Imitatione Græcorum dixit *vultum caligantem*.

Et mollia culta] Non reiicio veterum editionem, *millia culta*.

Vixdum caſtra] *Caſtra mouere*, & *ſigna mouere* ad conſerendas ſcilicet manus. Virgilius:

Signa mouet, præcepſque aduerſum fertur in hoſtem.

Nam *hoſtem* ignem vocauit, qui improuiſos aggreſſus ſit. ſupra, *atque aperit ſe hoſti*. igni ſcilicet.

Portas euaſerat] Imo *inuaſerat*. & ita reponito.

Rapina] Vetus editio — *vireſque rapinæ*. quantum rapere poſſunt. Si legis *rapina*, erit, raptim conuaſare, vt loquitur Terentius: Græci Σκευωρεῖσθαι.

Hic velox nimium] Repone *minimo*, auctore Aurato noſtro.

Et præmia captis] Nihil potuit argutius dici. Prædones, & latrones captis inclamant præmia. Tibullus:

Sæuaque de rapta præmia veſte petat.

Vulgo

Vulgo dicimus *Mettre a rançon*: hoc est imponere precium pro redemptione. Ergo ἀλληγορικῶς dixit ignem eos ante expectatum opprimere more prædonis. Quædam editiones habebant *concrepat*: ex qua lectione Auratus noster legebat *cōcremat*. Vtrum malis, tibi liberum esto eligere.

Amphion] Lege, *Amphinomus*. Et quædam editiones ita correxerunt.

Matremque senemque] Lege:

Adspiciunt pigruinque patrem, matremque senecta
Heu heu defessos posuisse in limine membra.

Senecta membra.

Parcite auara] *Parcite auara manus dites attollere prædas.*

Ipso dante fidem] Tanquam ipse ignis daret, qui pro se fideiuberent.

PAG. 51. *Felix illa dies*] Eadem acclamatio in Ciri:

Felix illa dies, felix & dicitur annus &c.

Dextra sæua] Ex opinione eiusdem maximi Aurati lege:

Dextra sæua tenus, læuaque incendia feruent.

Dextra sæua tenus. Ego vero ita defendebam, *Dextra sæua tenent*. τὰ δεινὰ ἐκ δεξιῶν. Simile prouerbium Horatio:

Hac canis, hac lupus.

Illæsos posuit] Lege: *Illos seposuit claro sub nomine Ditis*. *Ditis* recto casu. Petronius:

Has inter sedes Ditis pater extulit ora.

In veteri Glossario, *Ditis pater*, πλούτων.

Sed iure] Auratus *pure*: alij *vere*. Atque hæc quidem hactenus in Ætnam: quo neque post tempora Tiberij Cæsaris cultius poema, neque mendosius

vllum

vllum ad nos peruenit. Sed oro, obtestorque omnes, qui post messim nostram aliquod spicum, vt ille ait, a nobis relictum inuenerit: ne id potius mihi vitio, quod reliquerim, quam sibiipsi gloriæ, quod inuenerit, verti velit. Quod enim hæc tumultuaria opera conscripsimus, sciunt illi satis, qui non ignorant, quantis temporis angustiis hæc conscripsimus: & quod vnus mensis, in quo hæc omnia opuscula recensuimus, omnes errores nostros excusare poterit. Id quod inuiti scripsimus. Dicendum tamen fuit, vt a quorundam fastidio laborem hunc nostrum, quantus quantus est, vindicaremus.

IN MORETVM

INCERTI AVCTORIS.

PAG. 52. MORETI nomine omne intritum intelligitur. Sic in optimo veteri Glossario *Moretum* τρίμμα exponitur. Etymi ratio a Græca lingua. In ea enim μυσωτὸν, & Attice μυτωτὸν. Inde *Mosetum*, *v*, in *o*: vt φύλλον, *folium*: μύλη, *mola*. Deinde pro *Moseto*, *Moretum*: vt *Papisius*, *Papirius*: *Valesius*, *Valerius*. *Mosetum* potius, quam *Mosotum* dixerunt, visitato scilicet *e*, in *e* mutandi more: vt *Elera*, *Apello*, *hemo*. Græci igitur Μυσωτῆ nomine nihil aliud, quam alliatum intritum intelligunt: vt & Latini quoque. Vnde *moretarium alliatum*. Donato, quo Vascones fere semper pro condimento vtuntur. Idem Donatus in Prouerbio, *Tute hoc intristi, tibi omne exedendum est*: ait de Moreto intelligendum. Mihi quoque videtur & Callimachus eodem allu-

sisse,

sisse, ex quo citant Grammatici — ἣν ἐτρίψαντο μυσωτόν. vt supplendum plane mihi videatur:

Τοὺς χρὴν ἐγκάπτειν, ἣν ἐτρίψαντο, μυσωτὸν.

Ad verbum:

Exedere hos decuit, sibi quod triuere, moretum.

Dixit autem ἡ μυσωτὸς, non τὸ μυσωτὸν, vt annotant Grammatici. Græci Critici volunt μυσωτὸν, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι dictum. Quo nomine fortasse ad etymon alluserit Poeta noster. — *simo damnat sua prandia vultu.* hoc est μυσάττεται. Vt igitur moretarium alliatum vocabant: ita etiam pilam; hoc est ἀλετρίβανον, vbi tunderetur, eodem nomine *moretarium*, mox extrita litera *mortarium* dixerunt. Item quod subigitur ex calce, aut arena, aut marmorato: præterea & locus ipse, in quo tereretur, aut pinseretur, *mortarium* Architectonibus dictum fuit. Atque hæc quidem de ratione etymi. De auctore vero huius elegantissimi Catalecti, non constat. Neque enim Virgilij esse, satis norunt, qui Virgilium magis, quam Grammaticos nostros triuerunt. Valde enim confutat eorum iudicium stilus tam diuersus a Virgiliano. Quid dicam de homine erudito, summoque amico nostro, a quo extorquere nunquam potui, ne hoc opusculum Virgilio adscriberet? Profecto ita est: nisi valde ingenium in hac exercitatione subegeris, necesse est perperam de his rebus sæpe iudicare. Quod si mihi quoque coniectandi locus detur in re tam incerta, ego libentius Aulo Septimio Sereno, poetæ Falisco (non Afro, vt nugatur more suo Crinitus) qui opuscula pleraque rustica composuit luculentissimis versibus, attribuerim. Sed ista θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Sane eruditum admodum, & politum poematium: & non

nisi

nisi talis poetæ, qui, quum eius nomen adhuc lateat, meruerit propter præstantiam suam Virgilio subdititius esse. Id nos olim totidem versibus Græcis reddidimus: in quo stilum aptum, & conuenientem materię tenuimus. Scripserat & Moretum ante hunc Succius Poeta vetus, ex quo versus aliquot producit Macrobius. Stilus ipse planus, & candidus. Nihil tumidum: nihil insolens: omnia æquabilia. Præterea non multum librariorum incuria deformatum est. Quo minus in eo nobis laborandum erit.

Prædixerat ales] In vna veteri membrana legebatur, *Præuenerat ales*.

Cultor quum rusticus horti] Vetus membrana habebat, *cultor quum rusticus agri*. Quæ vera est lectio. Nam olitorem tantum fuisse frustra somniarunt Correctores, ducta ex eius hortulo, qui hic describitur, coniectura: sed colonum pauperem fuisse indicio esto vltimus versiculus:

— *Et terræ condit aratrum.*

Remanebat stipite fumus] Non damno hanc lectionem. Puto tamen auctorem scripsisse,

— *remanebat stipite fomes.*

Nam vitiose, vt puto, scriptum fuerat *fumes*. vnde *fumus* manauit. *fomes*, est igniculus, ἔναυσμα, ζωπύριον.

Et producit acu] In acum producit stupas. *Acus* nomine, vel, vt apud Corn. Celsum legitur, & in veteri Glossario, *aciæ* nomine intelligitur quicquid ex lino, aut lana, aut stupa, similibusve carpebatur, vt linamenta, καὶ μοτάρια, καὶ πλατὰ Chirurgorum. Noster ergo rusticus stupam produxerat in acum ad lucubrum. Vocabant enim *lucubrum*, quicquid ex materia arida erat, ad excipiendum ignem: vt sunt sulfurata,

furata, & arborum fungi putres ad ignem arefacti, vel insolati. Quod vero hic facit Simulus, quum stupa accendit ignem, id *Canaptura* dicebatur Veteribus. In vetere Glossario inuenio, *Canaptura*, λυχναφία. videlicet, quod ex cannabis stupa accenderetur ignis. Quod tamen perperam a librario scriptum putarem, pro *Carptura*. Nam ex carptis linamentis, aut stupis lucubrum fiebat.

Tandem concepto] Optima sane sententia: sed vereor, vt vera sit, propter diuersam membranæ optimæ scripturam. Ea autem sic habet:

Tandem concepto sed lux fulgore recedit.

Putarim legendum esse:

Tandem concepto se lux fulgore recepit.

Vt dicitur, *recipere se*. Et sane bona metaphora ab illis, qui ex longo deliquio recipiunt se, cum diu a circunstantibus excitati fuerint. Et vix aliter mihi persuadere possum, quin ea sit vera lectio.

Et reserat clausa] *Clauem clausam* vocat, vt puto, quæ intus aperiebat, aut forinsecus claudebat. Quales erant Laconicæ. Nam, vt ait Theon, οὐχ, ὡς νῦν, ἐκτὸς ἦσαν αἱ κλεῖδες, ἀλλ' ἔνδον τοπαλαιὸν παρ' αἰγυπτίοις, καὶ λάκωσι. Quæ iccirco κρυπταὶ κλεῖδες dicuntur Aristophani θεσμοφοριαζούσαις:

— Οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλειδία
Φοροῦσι κρυπτὰ, κακοηθέστατα, λακωνικά.

Sed λακωνικὰ videtur esse glossema, ita versus ratione postulante. Videntur ita vocatæ, quod impactæ claustris vix apparerent. Quin & Festus Auienus difficilem locum Arati interpretans, quum hebetem lucem Cassiopeæ denotare vellet, ait non magis eam apparere, quam clauem Cariam foribus impactam.

Lux

Lux hebes est matri, vix qualem Caria quondam
Nouerit intrantem per claustra sonantia clauem.

Ergo *clausa clauis*, & κρυπτὴ, fuerit ea, quæ intus aperiebat. Nam contraria ei est ὀπτὴ κλεὶς. vt in illo senario versu apud Athenæum:

κλεῖδες μὲ ὀπταὶ, καὶ πυρέσσκαι ξεσμέναι.

Alioqui apud Homerum κλεὶς est vectis: vt & apud Plautum Casina:

Vbi intro hanc nouam deduxi, via recta clauem
Obduxi. — Quæ & *sera* dicitur Ouidio: *Excute poste seram.* In membrana optimi & doctissimi Pithœi legebatur:

Et reserat claue, qua peruidet ostia clauis.

Forsan legi posset: *Et reserat cala.* Nam *cala*, μόχλος, vectis. Lucillius: *Scinde, puer, calam, vt caleas.* — In veteri Glossario: *Cala*, ὀπτοκοπὶς, ὀπτυγλυφίς. Intellige ὀπτανῶν coquorũ. inde *Calones*. Sed hæc incerta sunt. Quare etiam alia longe melior membrana habuerit:

Et reserat clausæ, qua peruidet ostia, clauis.

Puto interfuisse esse *clausæ* pro *casulæ*. *Ostia clauis* vocat, τὴν ὀπὴν, vbi inseritur clauis. Sic infra bis casulæ meminit. Tres veteres membranæ, quas mihi videre contigit, habebant, *qua peruidet.* Et significat, peruium lumen ostij, & pertusum fuisse, *percé à iour.* Sed ego næ abutor otio meo. Et versiculum, qui ita conceptus est in membrana, sic interpretor, *Et reserat clausæ, qua peruidet, ostia clauis.* Ostia clausæ clauis, τὴν ὀπὴν τῆ κεκλεισμένης κλήθρε. Nam, vt dixi, κλῆθρον, seu μόχλον vocat *clauem*, vt Plautus.

Quantum mensura petebat] Non est mutanda hæc lectio. Sed non contemnenda altera, *quantum mensura patebat*, ὅσον ἐχώρει.

PAG. 53. *Quæ bis in octonas*] Ne hæc quidem loco mouenda. Sed indicanda scripta lectio:

Quæ bifido octonas ex p. l. Lego:

Quæ bifido octonis excurrit pondere libris.

Vt duplex pondus intelligat vnumquodque octo librarum. Nam octonus, & similia sunt nomina distributiua.

Tegmine capræ] Legit vetus scriptura, *tergore capræ.* Quod puto verius esse. Natus error ex illorum ignorantia, qui inter *tergum*, & *tergus* non distinguebant.

Peruerrit cauda] *Cauda*, peniculo. Ad excutiendum puluerem nos vtimur magis vulpinis caudis: Veteres, vt alicubi me legere memini, etiam bubulis. Quin & peniculos ad extergendas mensas bubulos fuisse puto. Nam fuerunt & pictorij. Afranius:

Lares ludentes peni pinxit bubulo. Plautus:

Quis iste est peniculus? qui extergenter baxeæ?

Ab eo *peniculamentum* pro cauda. Arnobius lib. v. *Peniculantem decurtamenta canteriorum: innectentem laqueos mobiles.* Vbi legendum, *peniculamenta decurtantem.* Nam paulo superius dixerat ex setis fuisse illud vinculum: hoc est, ex peniculis canteriorum. quod ipse vocat *peniculamentum.* Ennius quoque per peniculamentum lacinias tractas vestium intelligit.

Pendent peniculamenta vnum ad quodque pedule.

Non solum ad peniculorum, sed & ad muscariorum quoque vsum caudis bubulis vtebantur. Ælianus, βοῶν δὲ γένη δύο, δρομικούς τε, καὶ ἄλλους ἀγρίους δεινῶς. ἐκ τούτων γε τῶν βοῶν καὶ τὰς μυοσόβας ποιοῦντες. Quemadmodum Plautus Parasito, quod mensas extergeret, nomen indidit *Peniculo*: ita etiam Theopompus Comi-

Comicus anum, quæ lances lingendo detergebat, σπόγγω λεκάνης, καὶ πτερὸν λεπαστῆς vocauit. Nam & spongiis quoque mensas detergebant.

Admouet inde manus] Vetus scriptura, itemque veteres editiones: *Aduocat inde manus.*

Quod quare mutandum sit, non video.

Partitus vtranque] Lege ex manu scriptis: — *partitus vtrique.* scilicet opus, & munus suum. Nam barbarismus erat, *partiri manus.*

Hæc rotat assiduis] Concinnius manu scripta lectio, *assiduum.*

Trita Ceres] *Tusa Ceres* habet scripta lectio. Et ita repone. *Tusa Ceres* olim in versione nostra expressimus μυλήφατος ἀκτής. Nam nihil præterea memini.

Decurrit ab ictu] *Ictu* ergo erit, τρίψει, vel θλίψει. Sed, ni fallor, legendum *actu.* hoc est, vt poetæ dicunt, ἀγῇ. vt — περιδινέος ἀγῆς. Petronius:

— *Quæ facili vilis rota finxerat actu.*

Idem intelligit per *gyros.*

Interea clamat] Ego malo ex veteri scriptura, itemque ex antiquitus excusis: *Interdum clamat.* Nam iam ea repetitio venustatis caussa affectata est.

Cybalen] *Scybalen* habet semper vetus scriptura. παρὰ τὰ σκύβαλα ridicule formatum nomen.

Tota patriam] *Tota figura*, vt pedibus, cruribus, aluo, mammis, & aliis. singillatim enim totam figuram describit. Ego vero per figuram intelligo tantum vultum, aut colorem vultus. Iccirco legendum putem — *tosta patriam* &c. *tosta figura.* Sunt enim colore vsto Afri. Quam, inquit, facile ex ipso colore Afram agnosceres. Nam sane quæ sequuntur singulorum membrorum descriptiones, non Afrorum.

sed ipsius Scybales sunt. Idem, vel potius similis error in Martiali in Epigrammate ad Traianum:

Dignus es, vt totum possis seruare clientem.

Legendum enim *tortum*. Nam de torquendis ex accusatione libertorum, aut seruorum dominis intelligit; quod quum liceret tempore Domitiani, Nerua Imperator sustulit. Et ita Epigramma obscurum luce clarius erit.

Postquam impleuit] Melius membranæ:

Postquam impleuit opus iusto versatile fine.

Similus scilicet. *versatilis*, περιακτός.

Transfert inde manu] Lege ex veteri membrana:

Transfert illa manu. — Et ita sane legendum est. Nam aliter nescio quid ὑποβάρβαρον relinquebatur. Sequitur:

Fusas per cribra farinas Et quatit] Lego, *Decutit*. Ita nihil clarius hac lectione. *Decutere farinam*. supra ex Persio — *Cribro populi decussa farina.*

Componit tabula] Supra *tabella* erat πέτευρον: — *paruaque tabella Lumina fila locat* — hic vero πλατάνη, vt olim vertebamus: aut κόπανος, vbi scilicet subigebantur placentæ, aut formabantur. Ita τρισκοπανίστος ἄρτος in Batrachomyomachia, ter subactus panis. hoc est multum subactus. Quod tamen perperam Grammatici hactenus ἐτυμολογοῦσι.

Liquidoque coacto] Corruperunt hunc locum. Neque hoc contenti destiterunt. Nam & cum sequentibus coniunxerunt. Ego lego:

Contrahit admistos nunc fontes, atque farinas
Transuersa durata manu, liquidoque coacta.

Vbi & pro *transuersat*, quod in omnibus vulgatis legitur, *transuersa* correximus. *Fontes atque farinas*

durata

durata transuersa manu. Videor mihi videre pistorem farinas inspergentem, & manu subigentem. Ea est huius descriptionis luculenta ἠθοποιΐα.

Format opus] Repone ex veteri membranarum scriptura:

Leuat opus. — hoc est, vt ipse interpretatur, dilatat palmis in suum orbem.

Et notat impressu] Quod panis in quadras dissectus esset, & hinc patet, & Horatius innuit illo versu:

Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Martialis:

Secta plurima quadra de placenta.

Quare & Romani eos panes vocabant *Quadratos.* Athenæus: βλωμιαίους τε ἄρτους ὀνομάζεσθαι λέγει τοὺς ἔχοντας ἐντομάς, οὓς ῥωμαῖοι κουαδράτους λέγουσι. Idem voluit Hesiodus:

ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον.

Dabant autem quadram vnicuique, vt ex loco Horatij iam citato colligitur: & ex Iuuenale alludente:

— aliena viuere quadra.

In veteri Glossario perperam legitur, *Quadra* τόπος. legendum τόμος. Quare & Horatius dixit *findere quadram*, & Martialis *scindere.*

Vnguentum, fateor, bonum dedisti

Conuiuis here: sed nihil scidisti.

Quam sententiam Epigrammatis, vt id quoque exponamus, Lucianus ita expressit: τὸ γὰρ λιμῷ ζῶντα, καὶ διαδιψῶντα μύρῳ χρῆσθαι καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλὴν, ἱερεῖα καὶ γελοῖον. vt ab hac mente potius manasse prouerbium crediderim; ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. Alludit & illud: ὁ στέφανον ἔχων, αὐτὸς δὲ δίψῃ ἀπολωλώς.

Pag. 54. *Cybale*] Repone semper *Scybale*, ex veteri membrana.

Testisque tegens] Iucundior prisca lectio, *testisque tegit*. est enim ἀσύνδετον non inuenustum.

Trunciq; vacabant.] Quid faciat hic loci, aut quam sententiam obtinere possit hoc verbum, non video: quanquam olim in versione nostra quomodocunque id sequuti sumus. Veteres editiones habent,

— *truncique rigebant.* Nam quæ sale durata sunt, vere ea rigent & arida sunt, & inflexibilia. Significat ergo ne per facultates quidem ei licuisse vel salsamentum suillum, aut offam possidere: sed in eorum locum caseum tantum habuisse.

Durati sale] Tamen hoc loquendi genus reprehendit in Claro Oratore Quintilianus: *Nec video*, inquit, *quare Clarus Orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit, quam ipsum id, quod vitabat.* Sane, vt ego puto, Quintilianus ambitionem hominis carpit, qui, quum salsamenta, hoc est τὰ ταρίχη, vno verbo dicere posset, περιφραστικῶς maluerit *duratos muria pisces.* Sic infra — *sale durus adeso Caseus.*

Munibat] Atqui vimineta, & arundineta muniendis hortis, aut sepibus obtendendis vsum præstare non solent. Deinde *munire*, quanuis excusari potest, tamen minus proprie dictum puto. Quare malim, *minuebat*: vt ostendat bonam hortuli partem arundineto, & vimineto occupatam esse, &, vt Horatius loquitur, denotmatam.

Et calamo redimita] Quid est, obsecro vos, *arundo calamo redimita*? nihil sane aliud, quam μάκτρα κάρδοπος apud Aristophanē. Sed optime vetus scriptura, itemq. antiquitus excusi, *rediuiua*. hoc est πολιμβλαστής. Intelligit septum hortuli ex arundine innata esse, hoc est ex ea, quæ esset αὐτοφυὴς, & quotannis cædo-

retur

retur in vsum pergularum. quæ quia restibilis esset, vocauit eam rediuiuam. Tamen, ne quid dissimulem, sunt veteres editiones, quæ pro *rediuiua* habebant *recidiua*. Quod nihil aliud est, quam vestigium corruptum priscæ lectionis.

Hic cicer] Malo, quod in veteri scriptura reperi: *Hic siser*: & sane siser inter κυπουρικὰ, non *cicer* ponitur: Neque dubium, quin *siser* vera sit lectio.

Debentia cæpe] Scripta lectio — *Et nomen capiti debentia porra*. Nam πράσιον κεφαλωτὸν porri speciem esse quis ignorat?

Hic etiam nocuum] Hic versus in manu scripto desideratur. Non tamen mihi damnandus esse videtur.

Grataque nobilium] In manu scripto post hunc versum sequebatur iste:

Plurima surgit ibi, crescitque in acumina radix.

Itaque siser, porrum, & radix, hoc est ῥάφανος, sunt omnia ex iis, quæ κατάρριζα vocat Theophrastus. hoc est, vt verbis huius versiculi vtar, crescentia in radicem, vel quæ sunt singulari radice. Porro lactuca requies ciborum dicitur, quod eo tempore adhuc lactucis claudebant cœnas suas. Martial.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes?

Athenæus: οἱ μέντοι ἀρχαῖοι πάντες πρὸ τῶν δειπνεῖν ἐν παρέφερον οὔτε μήτρας, οὔτε θρίδακας, οὔτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὥσπερ νῦν γίνεται.

Certisque diebus] Membrana optimi Pithœi nostri, itemque aliæ præ se ferunt, aut *notis*, aut *nonis*. & sane *nonis*, est vera lectio. Intellige Nundinas, quibus ad mercatum proficiscebantur rustici.

Sed populi prouentus erat] Malo, quod vetus mem-

brana habet, *prosectus.* ὠφέλεια. *Le peuple s'en resentoit.*

Venales olerum] Restitue ex scripta lectione, *Venales humero fasces*, Innuit ne asellum quidem habuisse, quo ad olerum, & aliarum rerum vecturam vteretur. Sic & infra manifesto significat illum eas res gestare solitum, cum ait, *Inde domum ceruice leuis, grauis ære redibat.*

PAG. 55. *Vix vnquam vrbani.*] Vetus scriptura:

Vix vnquam vrbani vacua mercede macelli.

Id est, vix percipiens ex suo olerum fasciculo, vnde de macello aliquid emeret.

—Tellure refossa] Vetus scriptura: *—tellure refusa. Fundere terram* esset implere scrobem. contra *refundere* erit exhaurire. Sed potest videri error librarij, *refusa* pro *refossa.* Nam ita peccatum est sæpe in veteribus libris, vt apud Paterculum: *Collisa inter se duo Reipub. capita, effusumque alterum Romani imperij lumen.* perperam pro, *effossum*: vt dicat alterum oculum Reipub. Pompeium.

Rutamque virentem] Inuenio in veteri scriptura: *—rutamque rigentem.* hoc est, ἀφροδιαστικήν.

Numeroso cortice] Vetus scriptura, *nodoso corpore.*

Spoliat coriis.] Intelligit summum corticem cæparum. Nam interiores tunicas, vnde *tunicatum cæpe* Horatio, *Tallas* vocabant, vt est apud Sex. Pompeium, & veterem Glossarium manu scriptum. Itaque apud Lucillium:

—lacrum osæque ordine talpæ: legendum, *Tallæ.* Aliud vero est *Thallus* cæpæ Columellæ: hoc est scapus, seu colis cæparum viridium. & porrorum.

Sale durus adeso] Atqui potius illa, quæ sale aspersa sunt, dicuntur *adesa.* sed & corpora dicuntur *vesca*,

& ipsum

& ipsum sal quoque *vescum*.

Dicit conuicia fumo] Vocat τὸ δριμύτητα fumum, vt nos vulgo.

PAG. 56. *Species nomenque moreti*] Falluntur, qui putant, atque adeo in Commentarios suos, & annotationes retulerunt, Moretum constare ex pane, & herbis. Quo ex pane amabo? an quia hic quoque coquitur panis? Sed sciant isti confectionem tantum Moreti incipere ab illo, *Hortus erat iunctus casulæ* &c. constareque ex alliis, apio, ruta, coriandro, bulbo, & caseo, oleo, & aceto, neque requiri in illo, vt coquatur: panem vero illum non esse de ista confectione, sed ad illum Moretũ, tanquam obsonium, adhiberi.

Quem lotis recipit] Legit vetus membrana: *Quem lætus recipit*. neque ausim illud mutare, quum deterius non sit eo, quod habent vulgati libri.

IN DIRAS

VAL. CATONIS.

HVIVS poematij auctor est Val. Cato Grammaticus. Quod deprehẽditur ex iis, quæ de eo scripsit Suetonius Tranquillus: nempe patrimonium suum amisisse bello Sullano: tum amasiam quandam Lydiam celebrasse carminibus suis. Vtrunque in hac Ecloga apparet. Nam & Lydiæ eius sæpe meminit, & amissa bona sua deplorat. Quæ fuit vnica caussa, quare hoc eidyllion Virgilio attribueretur, quod & ipse quoque bello ciuili agros suos prope Mantuam amisisset. Sed quis sanus vñquam hoc poema attribuat Virgilio, etiam si non constaret de

nomine auctoris? Hoc dico, non quod malus fuerit poeta Val. Cato (Dij melius) sed quod dissimilis Virgilio. Bonum enim poetam fuisse qui mihi non credet, audiat de eo elogium tale Furij Bibaculi:

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui solus facit, ac legit poetas.

Etiam Catullus eum amice appellat eo Hendecasyllabo:

Ride quicquid amas Cato Catullum.

Scripserat & alium librum continentem similem conquestionem de agris amissis, cui titulus erat *Indignatio*, vt inquit idem Suetonius. Itaque in hoc, quem posterius scripsit, manifeste innuit de illo altero, quum ait:

— repetamus carmine voces.

Ostendit enim etiam antea se de eadem re scripsisse. Diuiditur autem hoc opusculum in duas partes. Prima continet deuotum carmen, plenum imprecationum, & vere quas vocat Horatius Thyesteas preces. Secunda tota ad amasiæ Lydiæ amissionem spectat. Quæ quidem quanuis egregia sint & luculenta, tamen eorum nitori maxime officiunt menda, quæ in illis iniuria temporum inoleuerunt. Nam quid eis vetustas non nocuit, quum & auctorem quoque abstulerit? Sed & nos huic pœmatio parum prodesse possumus, ope bonorum codicum destituti.

Battare] Videtur *Battarus* nomen fluuij, non, vt voluit Domitius, arboris. Satis enim differre inter se puto *Battarum*, & *βάτραχον*, quæ ne ipsa quoque arbor est, sed herba. Alloquitur autem eum tanquam numen. Nam fluuij Deorum appellatione inuocabantur. Hoc, qui diligenter totum opus perlegerit, facile

facile colligere poterit cum ex aliis, tum ex illo:

Battare fluminibus tu nostros trade dolores.

Cũ enim, ne Neptuni vindicę inundatione indignũ quid protulerit, veretur, mandat Battaro fluuio, vt saltẽ vicem Neptuni ipse agros suos diluuio operiat.

Cycneas] Qui omnem prorsus salutis spem abiecerunt, dicuntur prouerbialiter τὸ κύκνειον ᾄδειν. Iulianus παραβάτης: ἐνταῦθα τί πράττειν ἐχρῆν ἄνδρα τῆς Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δογμάτων; ἆρα περιορᾶν ἀνθρώπους ἀθλίους τοῖς κλέπταις ἐκδιδομένους, ἢ κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἀμύνειν, οἶμαι; ὡς ἤδη τὸ κύκνειον ἐξᾴδουσι διὰ τὸ θεομισὲς ἐργαστήριον τῶν τοιούτων. Est ergo desperantum, τὸ κύκνειον ᾄδειν. Sed in Iuliano plus est ἐξᾴδειν, vt *Decantare* apud Ciceronem, & *Depræliari* apud Horatium. An, quum dicat Suetonius bello Sullano patrimonium amisisse, eius agri in Corsica insula fuerunt, quum in eam *Haleriam* Coloniam deduxerit Sulla, ibique agros veteranis suis assignauerit, propterea dicemus legendum esse *Cyrneas*, non *Cycneas*? Sane & ipse infra agros suos mari allui indicat illis:

Vndæ, quæ nostris pulsatis litora linfis.

Et Haleriæ nomen satis demonstrat, maritimum locum fuisse, cum id nominis non nisi maritimis ciuitatibus imponeretur, vt annotat Festus. Quid quod Guattarus adhuc fluuiolus est in Corsica insula inter oppidulum Coassinum, & Haleriam? vt sane Battarus esse videatur, qui hic appellatur a poeta. quod si verum est, omnia conueniunt, cum & Haleria possit esse ea Colonia, de qua innuit poeta, & certum sit deductam à Sulla; vt & certissimum est agros huius poetæ assignatos fuisse Sullanis militibus.

Diuisas] Subinde intercalatur τὸ *Repetamus*: vt innuat

nuat se olim in Indignatione hæc iam dixisse. *Sedes diuisas*: vel quod veteranis Sullæ assignati fuerunt eius agri: vel *diuisas* intelligit deuotas. Sic Propertius:

— an me Deus obruit? an quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis?

Diuidere ergo *maledictis*, & *differre* veteres dicebant, vt Græci ἐνδατεῖσθαι. Sophocles Trachiniis: καὶ πλεῖστα τὴν σὸν ἐνδατούμενος γάμον. & Catullus similiter:

Non si me infestis discerpant sidera dictis.

Montibus] Imprecatur καὶ δένδρων καὶ ἀμπέλων ἐκκοπὴν, ab exemplo Lycurgi Thracis, qui furore correptus securi omnes arbores vitibus maritatas cædebat. Vnde *securiger* dictus Senecæ in OEdipode. Idque etiam persequitur, quum ait — *Trinacria sterilescant gaudia vobis. vobis* enim, non *nobis* legendum est. Neque, inquit, πυροφορείτω. Ne ferat ager frumenta, qualia in Trinacria.

Nec fœcunda senis] Lego:

Nec fœcunda, sinus nostri.

Nam sinum, nisi fallor, dixit, quod, vt iam monuimus, maritimi fuerunt eius agri. Id quod ex multis aliis huius poematij locis constat. O sinus nostri felicia rura, ne segetes ferant semina fœcunda. Ita enim distinguendum, vt *fœcunda* referantur ad *semina*, non ad *rura*. Idque melius pateret, si ita legeretur:

Nec fœcunda, sinus nostri o felicia rura, Semina &c.

Non arbusta nouas fruges] Etiam Cicero in libro de senectute vitem in frugibus ponit.

Effœtas Cereris] *Effœtas auenas*, quæ defrugant segetem; vt in Moreto *adesum sal*, quod ipse scilicet efficiat, non patiatur. id est, quod efficiat adesa corpora, quibus inspersum est.

PAG. 57.

PAG. 57. *Ludimus*] Prodigiosa lectio: quam ita expiandam puto:

Tu nemus, & multum nostris cantata libellis
Optima siluarum.—

Tendemus] Lego,

Non demum virides vmbras, nec lata comantes
Iactabis molles ramos inflantibus auris.

Illud autem *molles* Græci per ῥᾳδινὸν explicant. vt Virgilius:

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

molli, ῥᾳδινῷ: vt ῥᾳδινῆς ἐπεμάξατο χειρὸς Homero.

Succedet dextera] *Succedere ferro*, vt *succedere oneri*. Malim tamen *succidet*.

Ipsa cades] Lego:

Ipsa cades: iterum domini felicis alumna
Necquicquam, nostris potius deuota libellis
Ignibus æthereis flagrabit.—

Nam ex veteribus editionibus *iterum*, & *potius*, in quorum vacuum venerant *veteris*, & *toties*, reposuimus. iterum alumnam suam siluam vocat, quod, vt verisimile est, iterum sata sit ab illo, & instituta. Sed id frustra, & nequicquam, inquit, cum ea potius deuota nostris libellis ardeat oportet. Ego non dubito, quin propius a veritate absit hæc coniectura nostra.

Iuppiter hanc aluit] Lege, *Iuppiter hanc alito*. Insultans in desperatione hoc dicit. Eadem figura: *Insere nunc Melibœe pires.*

Cum tua Cyaneo] *Cyaneo*, cæruleo, vt in Cirī *cæruleas vmbras*. Tamen hic quoque *Cyaneo* legi posset, vt supra *Cyaneas voces*.

Non iterum dicens] Ita habent omnes antiquitus excusi, quod in recentioribus impudenti audacia in

nescio

nescio quod monstrum sententiæ mutatum fuit. Ego vero *dicent*, non *dicens* lego, vt non opus sit tot verba interpolare. Cum amplius, inquit, nemo dicet *tua silua*. Nam crebro Lydia dixit *tua silua*. Auget inuidiam a memoria rei amissæ, vt, *fuimus Troes*. &, *Campos, vbi Troia fuit*.

Coniungat & arbor] Lege

— *contingat & ardor aristas*.

Pertica quæ] *Pertica qua*. Et ita nonnullæ editiones. *Pertica*, Propertius: *Abstulerat miseras pertica tristis opes*. In Italia, vt & pueri sciunt, perticis antiquitus metabantur agros: Barbari vero funibus: vt est in sacris literis, & apud Herodotum. vnde σχοινίῳ μετρῆσαι. Postea hunc funem etiam Romanis *aruipendium* nominatum inuenio. In veteri Glossario exponitur, σχοῖνος γεωμετρικός. Quare quum in Gallia diceretur *Arpennium* pro iugero: non puto magis Gallicam vocem esse, quam Latinam Gallis receptam, quasi *aruipennium*. Sic Plauto *dispennere*, pro dispendere. In Gallia Belgica, & Celtica etiam hodieque iugerum *Arpen* vocant. Quin & in eodem peroptimo Glossario integra vox legitur, *Arpendia*, πλέθρα, non *Arpennia*.

PAG. 58. *Qua Volcanus*] Locus corruptissimus. Lego:

Quo Volcanus agro pastus Iouis ignibus ardet.

Quo agro Volcanus Iouis ignibus, id est ignibus fulminis accensus agrum meum populatur, in eo, inquam, agro fulgurito existat Syrtis similis ei, quæ est in Libya.

Nigro multa] Dixit *portenta monstra*, vt Cicero *tibicini modi, ancile scutum, rete iaculum* &c.

Atrum

Atrum conuertens] Lego, *conuerrens*, Συνεπισύρων. *Atrum æstum*, vt μέλαινα φείξ poetis.

Si minus heu] Lego:

Si minus hæc, Neptune, tuis infundimus iris.

Si minus hæc euomimus digna tuis iris. Si non satis digna sunt vindicibus vndis tuis, quæ imprecamur: tu, o Battare flumē ades, & trade diluuio fluminum nostros dolores, hoc est agros nostros: quorū amissione dolemus: vt amores nostros, quem amamus.

Et aduersi rursum] Veteres editiones, *cursum*. Lego igitur:

— Et auersi cursum diffundite campis.

auersi cursum, παλίστροφοι. Ouidius:

— auersis solque recurret equis.

Diffundere campos, κατακλύζειν. infra:

— Diffusos gurgite campos.

Nec nostros] In priscis editionibus non legitur *seruire*, sed *exire*. quod est verbum alienationum: *exire in ius*, *exire in potestatem*. Lego autem *erronibus*, non *erroribus*. Veteranos intelligit, quibus eius agri erant assignati. est enim conuicium in militem infrequentem, sicut & *Emansor*. Tibullus:

Vre, Puer, quæso, tua qui ferus ocia liquit.

Atque iterum erronem sub tua signa voca.

Vtcunque igitur erit tolerabilis lectio. Sed ea, quam modo reponam, longe mihi verior videtur:

Nec nostro exire sinant erronibus agro.

Optat amnes per totum agrum diffundi, vt omne exeundi iter obsessis militibus intercludatur. Quibus displicebat hiatus ille, *Nec nostro exire*, immutarunt lectionem.

Quis dominis] *Qui dominis.*

Vnde

Vnde relapsa] Veteres editiones: *Vnde elapsa.* Malim ergo legere:

Vnde elapsa meos agros peruenerit vnda,
Dicetur nostris in finibus aduena arator?
Aduena, ciuili qui semper crimine creuit?

Nam non *Piscetur*, vt in recentioribus, sed *Discetur* legitur in illis antiquis. Vnde, inquit, ego deduxi fluuios, & irrigaui agros meos, in illis finibus, vel intra illos fines, quos ego colui, dicetur esse aduena dominus? Simile est Virgilianum;

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes?

Pratorum crimina] Lego *raptorum.* vt malæ fidei possessores, & alieni insessores denotet.

P AG. 59. *Tuque inimica tui*] Et Virgilius:

— en quo discordia ciues
Perduxit miseros. —

Hinc ibo in siluas] Interrogatiue seu ἐρωτηματικῶς hæc omnia legenda sunt. Nec mihi, inquit, adire licebit campos; tanquam colles mihi obstent, aut montes?

— Et felix nomen agelli] Græcanice enunciatum, *nomen agelli*, hoc est, *agellus.* Æschynes, σὺ δὲ τὸ μὲν Θηβαίων ὄνομα, καὶ τὸ τῆς δυστυχεστάτης συμμαχίας ἐνοχλεῖς ἀεὶ λέγων &c. Albinouanus in Epicedio Drusi:

Fluminaque, & fontes, & nomina magna locorum.

Cæcilius Comicus:

Nomen virginis, nisi mirum est, deintegrauit.

Tuque resiste] Corruptissimus locus, & alieno loco positus: Puto primum eum post hunc versum reponendum:

Siue eris, & si non, mecum morieris, vtrunque:

Tuque eris isti par, & prima nouissima nobis.

Deinde ita interpretor: Siue eris, & si non, Græcismus: ἀμφότερον, ἢ οὖσα, ἢ μὴ οὖσα. vt illud:

Ἀμφότερον, ῥητῆρά τ' ἐπῶν πρηκτῆρά τε ἔργων.

Tuque eris isti par. Eris semper compar mihi. idem iugum trahemus, vt iam dixit, *mecum morieris. Isti*, id est, isti homini Comice dictum, pro mihi, δεικτικῶς. Exempla occurrunt apud Terentium, & Plautum. Vt, *isti homini debentur viginti minæ*: id est, mihi. Ergo, vt interpretatus sum, ita lego:

Tuque eris isti par — pro, *Tuque resiste pater.*

Et prima nouissima] Nam mecum viues, mecum morieris. Propertius:

Cynthia prima fuit: Cynthia finis erit.

Rura valete] *Salue*, & *Vale* dicebant iis, quos nunquam visuri erant. Iccirco ita & mortuos alloquebantur, Plautus, Virgilius.

Siue eris & si non] *Esse*, hic sumitur, vt apud Plutarchum, & Appianum: εἰ δεῖ καρχηδόνα εἶναι. Cætera iam supra exposui. *Fuisse*, est mori. Plautus Truc. *Pene tibi fuit Phronesium*, hoc est: pene mortua est: parum abfuit, quin moreretur.

Quanuis ignis eris] Prouerbialiter dixit ex illo:

— ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ὕδωρ, καὶ γαῖα γένοισθε.

Eadem sententia cum superioribus: *siue eris, & si non* &c.

Tacite vestrum suspirat] Veteres excusi: *tacite vestri.* Malim igitur

— *tacite vestri suspirat amore.*

Mihi quæ cantabat in aurem] ὀαρισμοί.

P. A. G. 60. *Tardabunt riui*] Lego:

Tardabunt riui labenti currere linfa.

Noua pabula fastidire] Tædulos, & *fastidiosos* veteres vocabant, quibus palatum nouis cibis reficiendum erat. Nam fastidiosi stomachi vt consueris cibis grauantur, ita nouorum gustu leuantur. Ergo eleganter dixerit in eum sensum, *fastidire noua pabula*. Ita Plautus:

Omnes homines ad suum quæstum callent, & fastidiunt.

hoc est, quod vulgo dicimus, *delicati sunt*. Putaui & aliquando legi posse:

— noua pabula sat sit adire.

vt dictum sit, sat tibi est adire, vt in comparatiuo, *satius est tibi adire*. Sed vulgatam lectionem coniecturæ meæ præfero.

Cur non & nobis] Ita hunc versum ego lego:

Cur non & nobis facilis natura fuisset:
Cur ego crudelem &c.

vt, *Verum anceps fuerat belli fortuna, fuisset:*
Quem metui moritura? —

Inque vicem excurrunt] Hæc valde deprauata sunt. Nam τὸ *Phœbe* conflatum ex *Ephebus*, quod erat in fine versus. Itaque sic lego:

Sidera per viridem redeunt quum pallida mundum,
Inque vicem excurrunt: atque aureus orbis Ephebus
Luna tibi tecum est. quur non est & mea mecum?

τὸ ΑΤΟΥΕ eandem habet significationem, quam & apud Virgilium:

Atque illum prono præceps agit alueus amni.

ἄθυς γεν. Hoc vult dicere: Statim ac surgunt sidera, tunc ephebus tuus tecum est. quur similiter & mea non est mecum? Ephebum intellige τὸ ἀστρολογούμενον ἐμφαινόμενον ἐν κύκλῳ σελήνης. De quo Agesianax poeta apud Plutarchum loquens de luna:

Πᾶσα

Πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται. ἐν δ' ἄρα μέσση
Γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται, οὔτε κοῦρος
ὄμμα, καὶ ὑγρὰ μέτωπα. οὐδ' ἐρὰ δεῖ αὐτὰ ἔοικεν.

Luna dolor] Ita lego:

Luna, dolor nosti quid sit. miserere dolentis.
Phœbe, geres in te laurus: celebrabis amorem,
Et quem pompa Deum, non siluis fama sequuta est,
Omnia, vos testes, secum sua gaudia gestat.

De Luna primum: Historia Endymionis. Deinde: o Phœbe quotiescunque lauream gestabis, celebrabis amorem tuum in Daphnen. Qui amor tuus, quum in pompa Deorum celebretur, neque tantum in siluis fama notus sit (nam non solum siluæ lauri extant, quæ sunt monimenta amoris Phœbi in Daphnen: sed etiam Deorum quoq. pompæ, & victoriæ, & agones hac arbore insigniuntur) ille, inquam, amor pro amissa potiundi spe hoc magno solatio fruitur, quum vbique locorum inspersa videt lauri nemora, & lucos. Melius in præsentia comminisci non potui, qui huic obscurissimo loco lucem adferrem. Interea eruditiorum quisque pro sua copia symbolam in illum conferat.

PAG. 61. *Conditio similis*] Doleo hæc a recentioribus editoribus interpolata fuisse; cum bene habeant veteres excusi:

Conditio similis fuerat mortalibus illis
Hac quoque. præterea notum Minoidis astrum.

Quæ durior esset] *Qui durior esset.*

Vitam tentare] Lego, *vittam.* pudorem intelligit.

Noxa soluere] *Nexa. Nexam* clientam vocat. Ausus ego meæ clientæ soluere fata; hoc est attentare pudorem, ante quam fata sinant: prius quam liceat.

Istius atque vtinam] Atque vtinam primus hoc malum exemplum posteris reliquissem, vt dicerer auctor occulti amoris. vt apud Horatium;

— culpa potare magistra.

Sic infra:

Auctor vt occulti noster foret error amoris.

Auctore errore meo alij auderent furari dulcem fructum amoris. *Auctor error*, & *magistra culpa*, idem.

Semper mendacia furti] Veteres editiones, *semper mendacia factus*. Lego:

— sempermendacia fastus.

Primum *sempermendacia* ὑφ' ἓν legendum est, vt apud Terentium *semperlenitas*, ἀειπραότης. & Lucretius

— semperflorentis Homeri

— ἀειζώοντος ὁμήρου

— ἀειθάλλοντος ὁμήρου.

Deinde *sempermendacia fastus* significat serio dissimulasse amorem suum in sororem, & fastu, vt integumento frontis semper illum celasse, cum tamen furtim aliud agerent. Et huc allusit elegans vetus Epigramma:

Et cum deprensa quis, nisi frater erat?
Frater erat. nihil est, fecit quod Iuppiter, illud
Sed quod non fecit Iuppiter, hoc facitis.

Gaudia libauit] τῶν ἀφροδισίων ἀπήρξατο. allusum ad Homeri locum, ἰλιάδος ξ.

οἷον ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι
εἰς εὐνὴν φοιτῶντε φίλους λήθοντε τοκῆας.

Et mecum tenera] Lege, *& secum*. scilicet Iuno.

Ludere in herba] Lege:

— gauisa est lidere in herba
Purpureos flores — vt supra,

Membra

Membra reclinarit, teneramque illiserit herbam.

Purpureos flores] In eadem historia, eadem descriptione vtitur Petronius:

Idæo quales fudit de vertice flores
Terra parens, quum se confesso vinxit amori
Iuppiter, & toto concepit pectore flammas:
Emicuere rosæ, violæque, & molle Cyperum;
Albaque de viridi riserunt lilia prato. &c.

Tum credo fuerat] Hæc omnia εἰρωνικῶς. Contra enim sentit. Iam puto, inquit, eo aureo seculo Martem districtum fuisse bellis: Vulcanum autem ensibus & telis fabricandis. Quasi dicat: Non. Non enim armis opus erat eo tempore, in quo voluptati tantum & otio studebant homines.

Tristi turpabatque] In hoc versiculo plus est fuliginis, quam in barba Vulcani: quæ ita abstergenda est — *& illi*

Tristi turpabat malas fuligine barba.

& hæc omnia, vt iam monui, εἰρωνικῶς. Contra enim sentit.

Nunquid minus aurea] Nunquid minus digne de illo aureo seculo loquor?

PAG. 62. *Tanta meæ vitæ cordis*] Lego:

Tanta meæ vitæ cum Dis fecere rapinam.

Sic Græci semper ζὼ θεοῖς Ennius. — *volentibu' cum magnis Dis.* Sed hic in malam partem, vt Græci non raro. *Tanta*, Græcismus est, τόσα, hæc omnia. Est ὑποφώνημα. *Cordis*, pro *cum dis*. vt apud Varronem *Cordo*, pro *condo* &c. Neque, vt puto, alia melior lectio. Putaui tamen aliquando, posse legi:

Tanta meæ vitæ excordis.

Græci in eum sensum ἀνήκεστος. vt ὄνειρος ἀνήκεστος.

Apollonio Rhodio: hoc est ἀμενηνός. Cognatum illi ex Prometheo Attij:

Sic me ipse viduus noctes excipio anxias.

Me viduus ἐγὼ κένανδρος, puto fuisse in Græco: quod inueni in commentariis Grammaticorum. Et in Tragœdia quod scriptum fuit: *Ita me destituit nudum*, est eiusdem sententiæ, alludens nimirum ad illud Homericum:

ὄφρα με γυμνωθέντα κακὸν, καὶ ἀνήνορα θείης.

& Hesiodus:

— ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ.

Nam *Me viduus*, κένανδρος, ἀνήνωρ, idem. Sed in Tragico illo κακήφατον commisit ille, qui dicit se destitutum nudum a Virgine: vtpote quod in obscœnum sensum detorqueri possit. Itaque sic illustramus locum ex Tragœdia, in erudita Ciceronis epistola ad Pætum. Sed vt ad rem redeamus, non censeo mutandam lectionem in *excordis*, sed, vt dixi, in *cum dis*. Atque hæc in Diras satis. quas qui ex correctione nostra legerit, tantum abest, vt ex illis aliquid boni expiscari possit, vt secundum illum Terentianum, incertior multo discedat, quam prius. Nihil enim aliud præstare potui. Quod tamen æquos lectores, quidquid laboris est, boni consulant, etiam atque etiam oro.

IOSE-

IOSEPHVS SCALIGER IVL. CÆS. F. SEBASTIANO SENNETONIO SVO S.

ANNVS *hic est plus minus, mi Sennetoni, cum liber iste iam Typographorum manibus teritur, neque tamen causſam mutare potuit. Semper enim eadem illum, quæ superioribus bellis ciuilibus, tempestas iactauit. Semper eandem fortunam iniquam & aduersam expertus est. Nam superiorum temporum calamitati expositus fuit, quod & id commune cum hominibus habuit: postea vero & hominum & meæ etiam iniuriæ. Parum enim abfuit, quin periculo, quod ei homines vltro creauerant, præpostero quodam iudicio, prudens sciensque subscripserim: vt indicta cauſſa pene illum damnarem. Scis enim quæ sequuntur poematia eiusmodi esſe, vt eorum omnes fere, niſi si qui penitus pudorem amiserunt, pudeat, pigeatque: flagitiosa, petulantia, obscœna. Equidem sic omnia confiteor: scelestiſsimi, qui hæc in vulgus ediderunt. Execrandum porro seculum illud, in quo turpia scribere hominibus licuerit, cum & turpia facere non prohiberentur. Nam quis hæc negare audeat? Cur ergo, inquies, hæc*

vulgas? cur interpretaris? quid minus vtile fuit, quam hoc vlcus tangere? Prius dicant velim: an possum ea supprimere, quæ tot iam editionibus publicata sunt? deinde quare non licebit mihi, quod omnibus licuit, etiam sanctissimis & doctissimis viris? Postremo quid in interpretatione nostra aut ita suspectum est, vt non tecte, aut ita aperte dictum est, quod non necessario dicendum fuerit? Oro te, mi Sennetoni, qui & vitam, & mores nostros penitus & in cute notos habes, vt causam nostram defendas, non dico apud doctissimos viros: satis enim illis perspecta & mea, & scriptorum meorum integritas, atque innocentia: sed apud genus hoc hominum, qui neque me norunt, neque scripta mea intelligunt. Hoc pro nostro inter nos amore, ac beneuolentia facies, certo scio. Cupio enim talem amicitiæ nostræ cumulum accedere, vt quem tibi suauissimis moribus tuis antehac præsentem deuinxisti, eum etiam sedalitate, & officio tuo absentem tueare. Vale. Lugduni, XI. KAL. Septemb.

IOSE-

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F. IN PRIAPEIA DIVERSORVM POETARVM.

SCRIPSERVNT huius argumenti poemata plures veterum, Catullus, Tibullus, Ouidius, Petronius Arbiter, alij. Itaque ex illorum Epigrammatis totus hic liber concinnatus est, & conflatus ab eo qui Epigramma illud libro præposuit, *Carminis incompti* &c. Et, *Audens hæc ego* &c. Nam ne adscriberent hæc Partheniæ nostro, poterat eos monere os hominis probum, vita pudica, integri mores. Sane Petronium huiusce argumenti, & nominis quædam lusisse auctor Sidonius:

Et te Massilienſium per hortos
Sacri ſtipitis, Arbiter, colonum
Helleſpontiaco patrem Priapo.

Quidam etiam ex Græcis libros singulares eiusdem materiæ scripsere. Inter quos maximi nominis Euphronius poeta. Strabo, quum de vrbe Orneis scriberet,

beret, ait templum Priapi in ea fuisse, ἀφ' ὧν, inquit, καὶ ὁ τὰ πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος ὀρθεάτην καλεῖ τὴν θεόν.

Carminis incompti] Hinc Ausonius accepit illud prooemium:

Carminis incompti tenuem lecture libellum
Pone supercilium.

PAG. 63. *Obscure poteram*] Est Ouidij hoc Epigramma, vt ex Seneca colligimus, qui illum versiculum ex eo citat:

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Cuius sensum ita quoque expressit Plautus Casina:

Illa haud verbum facit, & sepit veste id, qui estis.
Vbi illum saltum video obseptum, rogo, vt altero sinat ire.

Latine dicere etiam Martialis *Latine loqui* vocat vnam quanque rem non circuitione, sed simpliciter nominare, & Romane loqui.

Absoluis lepidos nimirum, Auguste, libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.

Quid faciam?] Τί πάθω; ἄγροικος, καὶ ἀμαθὴς εἰμι. Aristoph.

ἄγροικός εἰμι. τὴν σκάφην, σκάφην λέγω.

Vnde iocus maximi Principis, Philippi Macedonis. Quum ij, qui prodiderant Olynthum Philippo, conquestum & expostulatum ad eum venissent, quod iniuriose nimis vocarentur proditores ab aliis Macedonibus: οἱ μακεδόνες, inquit, ἀμαθεῖς, καὶ ἄγροικοί εἰσι. τὴν σκάφην, σκάφην λέγουσι.

Elephantidos] Quæ scripsit σχήματα συνουσιῶν.

Si pictas opus] In veteri Epigrammate:

Inque modos omnes, dulces imitata tabellas
Transeat: & lecto pendeat illa meo.

Quod tuus hortus] Κῆπος pro obſcœna mulierum parte apud Diogenem. quod & annotat eruditus P. Victorius. Hic vero pro puerili. Heſychius quoque, κῆπος, τὸ ἐφήβειον γυναικεῖον. & poteſt illud prouerbiale huc alludere: γλυκεῖ ὀπώρα, φύλακος ἐκλελοιπότος. Ariſtophanes quoque πεδίῳ nomine:

— νὴ δί' ὦ βοιωτία
καλόν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον. λα. καὶ νὴ δία
κομψότατα τὴν βλαχώ γε παρατετιλμένα.

Vbi ſimul alluſum ad pulegium, quo abundabant Bœotij; & ad ipſos quoque Bœotios, qui hortorum culturæ valde dediti erant. Euripides quoque Cyclope λειμῶνα vocat.

ἵν' ἔστι τουτὶ τοὐρθὸν ἐξανιστάναι.
μαστοῦ τε δραγμὸς, καὶ παρεσκευασμένου
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος —

Tormento citharaque] *Tormentum*, eſt funis tenſus, vt in Ergatarum ſuculis, & aliis eiuſcemodi. quin ſimpliciter funis. Nam *funem torquere*, eſt σχοῖνον πλέκειν. Propertius:

Dignior, obliquo funem qui torqueat Ocno.

Tormentum itaque funis. Et recte in Apuleio: *Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decoris promiſſum dixere, vides quam non ſit amœnus, ac delicatus, horrore impexus, atque impeditus, ſtuppeo tormento aſſimilis* &c. Neque quicquam mutandum. Sed pro eo, quod hodie legitur, *honore implexus*, lego, *horrore impexus*. & ſane verum eſt.

PAG. 64. *Quur obſcœna*] Puto eſſe Ouidij.

PAG. 65. *Quadam ſenior*] Claudicat verſus. Puto ita reſtituendum: *Quadam ſerior*, ὀψιαιτέρα. Quod ſane placet. Ita enim interpolatum inueni in manu-

ſcripto

ſcripto quodam, quanquam malæ notæ libro. Et Tibullus ita loquutus eſt:

Vidi ego iam iuuenem, premeret quum ſerior ætas,
Mœrentem ſtultos præteriiſſe dies.

Theſeus repperit] Eſt Hecale. Petronius:

Qualis in Actea quondam fuit hoſpita terra,
Digna ſacris Ecale: quam Muſa loquentibus annis
Battiadæ veteris viuendo tradidit æuo.

Huc huc quiſquis es] Veteres concubitu abſtinebant rem diuinam facturi. quod Latine dicebant, *Pure habere*, vt Græce ἁγνεύειν, ἁγνῶς ἔχειν. Plautus Aſinaria:

Si forte pure velle habere dixerit,
Tot reddat ſpurcas, quot puras habuerit.

Deus Κηπουρός ait, vt ad ſuum ſacellum diuertant prætereuntes, non eis opus eſſe, puras noctes habuiſſe.

Nos vappæ] *Vappas*, τοὺς ἀχρήστους ac homines nihili vocant Latini. Catullus: — *ſatiſne cum iſto*

Vappa, frigora & famem tuliſtis?

Græci quoque ὀξίνην ad eam rem vſurpant. Nam ὀξίνης *vappa*. Ariſtoph. ἱππεῦσι:

ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην, ὑπέρβολον.

vbi ſane nugatur interpres.

Nigra fornicis] Catullus quoque meretricem vocat, *Oblitum lupanar*. Ita enim melius interpretabimur, quam olim fecimus. Sic C. Cæſar *Bithynicus fornix*, & *ſtabulum Nicomedis* dictus fuit.

PAG. 66. *Magnis teſtibus*] *Teſtis*, ὁ μάρτυς ex antiqua lingua Græca θέστωρ: & μάρτυρας θέσθαι. τοὺς διδύμους vero (quos eleganter *Pares* vocat Plinius) ita nominarunt, quod & ipſi μάρτυρες τῆς ἀῤῥενότητος. Iccirco ambigue

ambigue lusit Plautus Amphitruone:

AL. *Mihi quoque assunt testes: qui illud, quod ego dicam, assentiant.*

AM. *Qui testes?* AL. *Testes.* AM. *Quid testiculare?*

Nam, vt erat mos veterum, verbum formauit ex re, quam non intelligebat: ex teste, *Testiculari*, vt Aristophanes θεσμοφοριαζούσαις.

— ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα.

κλ. τί καρδαμίζεις; —

At dedita opera *testiculari* dixit pro eo, quod Græci ὀρχιπεδῆσαι. Aristophanes:

οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσηγάγου.

οὐκ ὠρχιπέδησας. — Sicut & κλειτοριάζειν dicebant a pudendo muliebri. quod Laberius, vt ego puto, *puellitari* interpretatus est:

Quænam vos dementia suppolitores facit
Cum cano eugio puellitarier?

Nam *Eugium* (quod & Græcum ipsum quoque est, εὐδίαιον) est τὸ κλειτόριον. Vnde *Colei Cliternini* Ciceroni. quia videntur alludere non ad Cliternum oppidum Italiæ, sed ad κλειτόριον. Nam sicut ab oppido Lanuuio, Lanuuinorum Coleorum familia erat: at non ita a Cliterno Cliternini. Quin & nomen familiæ Lanuuinos fuisse ex eo colligo, quod aduersarius Terentij Lanuuinus nominabatur. Alij apud Donatum legunt, *Lauinius*. At *Lauinium*, & *Lanuuium*, idem.

Circitor] Custodem, qui hortum frequenter obit, ne fures intrent, *Circitorem* vocat. Eodem modo ex vigilibus, qui Græce dicuntur περιπολούμενοι, *Circitores* ad verbum possunt dici: quos & *Fraxatores* vocatos esse alibi annotauimus.

Hic

Hic quando] Lege: *Et quando*. Porro & hic, & in Martiale perperam scribitur *Theletusa*. Aut enim θαλέθουσα, aut τηλέθουσα. Videtur autem idem auctor illius carminis fuisse:

Nota Suburranas inter Telethusa puellas &c.

Crissabit] Proprie prurire. Verbum Tarentinum, κνισσᾶν, & κνιπᾶν. Non a κνίσσα. Sed quod alij dicunt κνίζᾶν, ipsi κνιπᾶν, vel κνισσᾶν. vt ἐπιχαεπᾶν, αὐτὶ τοῦ ἐπιχαείζειν. κνισσᾶν *Crissare*. ν, in r, vt ωρὰ, *mora*. φονία, *Furia*. φονᾶν, *furere*. κρέπας, *Crepus*, *crepusculum*: κρέπω, *Crispus*, vt λέπω. Γνῶμα, *Groma*. γνωμάτικὸς, *Gromaticus*.

PAG. 67. *De sacra nulli*] Ouidius:

Dum bene dies ager: dum rami pondere nutant:
Afferat in calatho rustica dona puer.
Rure suburbano poteris tibi dicere missa
Illa, vel in Sacra sint licet empta via.

Propter olus] Omnino mutuatum ex Leonida:

Ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι, φῶρ, ἐμβλέπε· τοῦτο δ' ἐρωτᾶς,
Τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα; πᾶν ὀλίγον.

Hoc sceptrum] Festiuissime παρῳδιάζει ex Homero:

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.

Virgilius:

Vt sceptrum hoc (dextra sceptrũ nam forte gerebat)
Nunquã fronde leui fundet virgulta, neq; vmbram,
Quum semel in siluas imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas, & bracchia ferro.

Sed & Val. quoque Flaccus idem imitatus est. quod tamen, ne in hac re nimius sim, non poham.

Ad pubem capulumque] Plautus Casina:

Gladium ne haberet, metui: occepi quarere.

Dum

Dum gladium quaro ne habeat, arripio caplum.

Caplum pro Capulum.

PAG. 68. *Porro, nam qui*] Exclamatio quiritantium, *Porro Quirites*, vt illud Laberij: *Porro Quirites, libertatem perdimus*. Et *Quiritare* verbum. Vnde vulgo dicunt *Cridar* Italice, Hispanice, & Gallice. Quare quum princeps Iuriscoss, omnique humanitatis genere præstantissimus Iac. Cuiacius id olim Turnebo indicasset ex optimo scriptore Tertulliano, vix tandem homini persuasit. At ego semper illud Laberij in illam partem interpretatus sum.

Quod totis mihi] Aut flagitiosa inequitatio mulierum: vt Mutuni Titinij apud Festum, & Arnobium: aut est id, quod alibi dicit:

Oscula dat medio siqua puella mihi.

PAG. 69. *Ad fontem*] Solent aduenæ, qui aquaturi eunt, sciscitari obuios de fonte. Vnde Cicero prouerbialiter dicit, *Digitum ad fontem intendere*: pro eo, quod est, δεικτικῶς, &, vt Æschylus loquitur δακτυλοδείκτως, & quasi manu ad aliquid ducere. Iccirco ita intelligendus insignis locus Iuuenalis:

Nec monstrare vias eadem nisi sacra colenti.
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.

Id est: Moses vetuit nisi sacra eadem colentes, hoc est ius Iudaicum, ad mysteria illa admitti: vt qui eam doctrinam quærunt, excludantur, nisi eandem legem colant. Vnde apparet Grammaticos perperam ad fabulosum fontem Corn. Taciti hæc retulisse: quum sit prouerbium, *quærere fontem*. Hic vero nō est prouerbium, sed simplex sensus. Quur autem ignotus, & ignarus viarum a custode hortorum quærit viam ad fontem, quum ipse custos intra septa horto-

rum

rum esset? Sciendum Priapos, & Hermas, vel Hermulas & Marsyas etiam in compitis, triuiis, & quadriuiis poni solitos, cum virga in manu, quæ monstraret iter ad fontem. Et quantum ad Deos viales, vt vocat Plautus, nihil intererat, Mercurij, an Priapi essent. Quin & Mercuriis ipsis & Terminis vialibus veretra longa, & immania, vt Priapis, attribuebantur. Quod & ego Romæ in ædibus Cardinalis de Cæsiis vidi, & patet ex dicto Philosophi, qui in gulosum, & libidinosum adolescentem tempestiue lusit, quod similis esset τοῖς ἑρμαῖς, qui nihil nisi caput, & penem haberet. Ergo Priapi, seu Hermæ Dij viales, qui & digitum intendebant ad fontem. In numismate argenteo ab vna parte Mercurius petasatus, ab altera viator cum pedo, & cane insculptus est. Quare hic Priapus, quem interrogat viator, non magis est custos vitium, quam viarum, vel potius vtrorunque.

Quur aliter sumas.] Eodem recidit & alia lectio, *Quas aliter sumas, hospes, habebis aquas.* Minatur illi τὸ στόματος μόλυνσιν. Quare opus ei lotione ad os. Iccirco Martialis:

Qua tibi parte opus est, Gellia, sumis aquam.

Nam & illa quoque τὸ στόμα ἐμολύνετο, καὶ ἐλεφαντίαζε. Igitur, aliter sumes aquam, quam institueras. Nam quæ tibi ad bibendum, ea ad eluendum os opus erit. Non ignoro quomodo alij interpretati sint. Ego sane ita simpliciter malo.

Sis pudicior Vesta.] Pudica matrona, quæ marito contenta est. At hic pudica, quæ omnino virum ignorat. Plautus:

Tam a me pudica est, quam si soror siet.

Et

Et *signatam virginem* in eum sensum dixit Lucillius, illæsam, inuiolatam. Terentius dixit *integram a viro.* Cui respondet contrarium, *imminuta virgo:* Imminuere virginem διαπαρθενεύειν. Apuleius: *Coram virginem imminuisset parata constantia.* & Plautus: *imminuere pudorem.* vtitur & Arnobius scriptor eruditissimus, neq. magistellorum auribus commendandus.

Vuis aridior] Etiam Græci hominem exuctum ἀσταφίδα vocant. Lucillius *passos senes* dixit, Persius *apricos.*

Buxo pallidior] Etiam Græci τοὺς ὠχροὺς πυξίνους vocant.

Nouaque Cera] Aliter Catull. *Hospes inaurata pallidior statua.*

Cuius viscera] A Plauto accepit;

Quin exta inspicere in Sole etiam viuo licet.
Ita is pellucet, quasi laterna Pœnica.

Aperta viscera intelligit, quum apertus est venter. Nam alioqui rimari exta, hoc est θυοσκοπεῖν vocabant *Fissiculare,* a fisso iecoris: vt a misso *Missiculare.* Apuleius de Dæmonio Socratis: *vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis.* Martianus: *fissiculatis extorum prosiciis.* Idem alibi: *Hæc aruspicio exta fissiculant admonentia quædam.* Dolendum autem in vtroque scriptore falso *Physiculare* scriptum esse, tanquam παρὰ τὴν φύσιν esset. Porro *Fissiculare* Græci vocarunt καρδιουλκεῖν: & καρδιουλκίαν *Fissiculationem.* Videndum tamen, an *Physiculare* sit ἀπὸ τοῦ φυσικεύεσθαι. Nam aruspicina rimans exta idem facit, quod ἡ ἀνατομική, & medicina quæ pertinet ad φυσικήν.

Vt putrisque pumex] *Putrem pumicem* dici recte non ignoro. sed τὸ QVE nihil quam tibicen est ad fultu-

ram versus. Veteres editiones, ad quas semper confugio, habent *atque putris pumex*. lego:

Quæ succo caret, atque petra pumex.

Etiam ita vulgo vocamus. Quin & petras ipsas, & tophos, *pumices* vocabant, vt patet ex lectione Poetarum, qui antra subinde describunt *topho laqueata, ac pumice viuo*. Vt autem dicimus eleganter, *amo te atque fratrem germanum*: sic hic,

Quæ succo caret, atque petræ pumex.

Est autem petita ὑπερβολὴ ex eodem Plauto:

Pumex non æque est aridus, atque hic est senex.

Larualem] Lego cum doctissimo Turnebo *laruialem*. Est enim ἐπένθεσις Poetica, vt apud Ennium:

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Nam analogia, & vsus postulat *Carthaginensis*. Quare errat Priscianus, & qui eum secuti, qui semper *Carthaginiensem*, non *Carthaginensem* ex illo Ennij versu dicendum esse colligunt.

Ductor ferreus] *Ducere* ἐλαύνειν. *Insularis*, quia in insulis multa metalla, ad quas deportabantur damnati ad opus in metallis faciundum. Igitur tanquam χαλκοῦργός τις videor mihi ferrum ducere: aut tanquam laternæ fricare cornu. Est autem Eclipsis in vtroque versu. Nam *ductor ferreus*, intellige, videor mihi fricare ferrum. &, *Laternæ videor fricare cornu*, subaudi Laternarius, aut laternæ opifex, videor mihi fricare laternæ cornu.

Fricare cornu] Nam laterna ex cornu. & Plautus de cornea laterna intelligit: *Totus pellucet, quasi laterna pœnica.*

PAG. 70. *Vena subiret*] *Vena*, ἡ ψωλή. Persius:

Quum morosa vago singultiet inguine vena.

Et in

Et in Epigrammate: — ἀλλ' ἀπὸ τηλοῦ

Φῶρ ἴθι, μὴ κλαύσῃς τὴν φλέβα δεξάμενος.

Viros peregit] Martialis: *Et quæ te facies prima puella virum.*

Frontem comatos] In veteribus editionibus: *Frontem crinitos.* Sed neque versus constat, neque Fauni criniti pingebantur: neque hic frons pro parte, sed pro tota facie: τὸ πρόσωπον. Lego:

Frontem cruentos Arcadas vides Faunos.

Id est, rubentes. vt, *mora cruenta.* Nam quod rubenti facie pingeretur Pan, aperte docet Seruius. Virgilius quoque, sed βουκολικῶς allusit:

Pan Deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.

Porro, vt dixi, Fauni, & Sileni nunquam criniti pingebantur, sed Ἀναφαλαντίαι καὶ στιλπνοί. Et quum vnicuique Deo suum habitum attribuat: quare non distinxisset Bacchi formam a Satyris, & Faunis; si verum erat Faunos, & Bacchum comosos esse? Sed Fauni semper calui. Quocirca Panes, Siluani, Satyri semper pingebantur manum obtendentes fronti pro vmbraculo ad arcendum calorem Solis. quod non facerent, si comati essent. Glossarius Hesychij id testatur his verbis: ὑπόσκοπον χεῖρα. Ἀνχύλος. ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες. οὕτω κελεύει σχηματῖσαι τὴν χεῖρα, ὥσπερ τοὺς πᾶνας ποιοῦσι. σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκῶψ. Vbi Hesychius non ἀποσκοποῦντα ἀπὸ τοῦ σκωπὸς deducit, sed innuit τὸ σχῆμα, quod vocabatur σκῶψ, fieri manibus fronti obtentis: vel, manus fronti obtendere, id dici σκῶπα. Iccirco pro σκωπὸς bene in Hesychio correximus σκῶψ. Sic alibi: σκωπευμάτων. σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. Quod &. Aristoteles

ſtoteles indicat, loquens περὶ τοῦ σκωπός. Silius Italicus de Pane:

Obtendenſque manum, Solem inferueſcere fronti
Arcet, & vmbrato perluſtrat paſcua viſu.

Inde lux affertur Plinio, qui ait Antiphilum pictorem celebratum nobiliſſimo Satyro cum pelle Pantherina, quem ἀποσκοποῦντα appellant, id eſt manum fronti apponentem.

PAG. 71. *Cuius tu pater*] Interpungendum ita:

Cuius tu, pater, ipſe par videris.

Par, συγγενής. Ennius:

Corpore Tartarino prognata paluda Virago,
Quoi par imber, & ignis ſpiritus, & graus terra.

Sidonius:

Helleſpontiaco parem Priapo.

Græcanicum eſt. Nam illi dicunt alicui rei συγγενῆ eſſe, cui maxime quis adhæret. Sic in Ariſtophanis Equitibus, δικασταὶ συγγενεῖς τριωβόλου, quod trioboli valde ſtudioſi eſſent.

Parque conſimiliſque] Lege,

compar, conſimiliſque —

Natura eſt quoniam] Etiam Græci φύσιν in eam partem accipiunt. Et in eo dicto Mimi ita accipiendum:

Hircus vetulus naturam capreis ligurit.

PAG. 72. *De cera facta*] Lego, *de cera facili.* vt Tibullus:

— de facili compoſuitque luto.

Feruenti caput] *Feruens ferrum*, Calamiſtrum. quod, vt inquit Varro, calfaciebatur in cinere, qui torqueretur capillus. Quare apud Arnobium, optimum & eruditiſſimum ſcriptorem, mendum eſt libro ſecundo, his verbis: *Nec in formas erubeſcerent maſculorum*

rum Calamistris vibrare cæsariem. Legendum enim: *Nec ij formis erubescerent Calamistris masculorum vibrare cæsariem. Formis calamistris*, vt hic, *Feruenti ferro.* Nam veteribus *Formus*, Calidus: & *Formucapes*; quæ postea *Forcipes*: quod forma, id est calida caperent: ἀπὸ τοῦ θέρμου. Qui in cinere calfaciebant calamistra, *Ciniflones*, & *Cinerarij* dicti.

Quam sunt M. quos habet] In manu scripto infimæ notæ libro legebatur, *Qua sunt*, non *quam sunt.* An prior, inquit, es puella, id est melior, ea parte, qua pili sunt? Stultus, qui ex illius partis depilatione videri vellet puella. *Prior*, melior. Horatius:

Et, nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, assumam. —

Persius etiam pro aliis pilis *Capillos* vsurpat.

— *& positis bicolor membrana capillis.*

Manes hic licet] Lege:

Mandes his licet, vt lubenter ires.

hoc sensu: Si istis Statoribus, & Circitoribus, qui latus meum tuentur, vt fures arceant, mandare vis te lubenter ituram, si illis constituere, & condicere vis, per me quidem eis clunem submittas licet. Nam mihi quidem non satis virium suppetit ad explendam libidinem tuam. *Mantes*, quod hic comminiscitur Alciatus, nequaquam mihi placet: neque illa expositio, *vt lubenter ires*, pro, me lubente ires. Non enim ita Latine loqui consueuimus. Et sane infeliciter fere omnia emendare conatus est Alciatus.

Pag. 73. *Erucis*] Non frustra accipiendum de erucis, non solum propter vim herbæ, quod notissimum est: sed quia ipsa herba ei Deo dicata erat, & propter eum serebatur. Columella:

Et quæ frugifero seritur vicina Priapo,
Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos.

Illud vero, *satis paratus*, ita accipiendum, vt in Propertio:

Nec te decipiat, quod sit satis illa parata.

Per quam significor] Et Varro ita loquitur:

Per id, quod discernitur, homo mas, an fœmina sit.

Ita Plautus Casina:

Illa haud verbum facit, & sepit veste id, qui estis.

Loquitur enim mulieri seruus, & de muliere.

Sed quod sponte] *Sponte sua*: Hesychius, αὐτομάτητα, σπέρμα ἀνδρός. Arnobius lib. v i. *Tunc sancta, & feruentia Numina vim vomuisse Lucilij.* Vbi *vim* αὐτομάτητα illam intelligit: quum voluit exprimere ad verbum Græcorum θόρον. Nam etiam θόρος est vis, & inde θουρὸς violentus. Et Nonnus Dionysiacis ita αὐτομάτητα illam disertim describit:

ὃ τόσον ἱμείρων ἀπεμαίνατο κυπρογενείῃ,
ἣν ποθέων ἀκίχητα χαμαὶ ἔσπειρεν ἀρούρῃ,
θερμὸν ἀκοντίζων αὐτόσσυτον ἀφρὸν ἐρώτων.

Lingua Africana, semen humanum in terram profusum, cuiusmodi fuit Volcani ἀκρασία, dum colluctatur cum Minerua renitente, *Bilbis*, aut *Bilbil* vocabatur; vt scribit Sex. Pompeius. Quod sane, qui sciunt Syriace, intelligunt *Bilbul* esse: hoc est, fœditatem, & confusionem.

Circa tentoria] Scribo *tectoria*: *Tectorium* κονίαμα. Nam parietibus templorum Priapi, quicunque intrabant, pro symbola quisque carbone Epigramma exarabat. vt etiam denotatur illis:

Ergo quicquid id est, quod ociosus
Templi parietibus tui notaui:

Tectorium

Tectorium ergo hic τοῖχος κεκονιαμένος.

Totam comparibus] Lege, *cum paribus*, Συν ἡλικιώταις.

PAG. 74. *Flaua non legit Crete*] Lege ex veteribus excusis, *Arete*.

Pyrumve tanto] Ad eum modum Catullus:

— quandoquidem meos amores
Cum longa voluisti amare pœna.

Quam vocant Auellanam] Nam auellanarum duo genera. alterum rotundum, alterum longum. auctores Geoponicon commentarij. Theophrastus de auellana: γένη δὲ δύο ἀμφοῖν. αἱ μὲν γὰρ στρογγύλον, αἱ δὲ πρόμακρον φέρουσι τὸ κάρυον. Sed suspecta est mihi lectio, propter veteres editiones, quarum pars habent, *quæ vocatur alua*. pars *— quæ vocatur Alana*.

An legendum *Albana*, vt eadem sit cum *Albensi* apud Plinium? Sane in veteribus Glossis legi: *Albanæ, nuces Prænestinæ*. An *— quæ vocatur & calua? caluam nucem*, βασιλικὸν κάρυον, alias ποντικὸν interpretatur vetus Glossarius noster. ea lectio mihi penitus respuenda non videtur.

Flore purpureo] Hic fit Συνίζησις. vt

— villo spectabilis aureo.

Amygdalum flore purpureo. ἀμύγδαλον πορφυρανθές.

Non brassicæ fero] Vetus editio:

Non brassicarum fero gulosior caules.

Ego meliorem in præsentia comminisci nõ possum.

Alliumque furatum] Quin & hic quoque locus corruptus sit, puto satis persuasum habere, qui elegantioris ingenij sunt. Sed minima labes hic omnem auctoris sensum obscurabat. *Furatum* pro *fiuratum*. hoc est, *fibratum*. Veteres editiones huic suspicioni suffragantur, habent enim:

— allumque phullatum.

quod scilicet scriptum fuisset *Phibratum. allium fibratum* eleganter dici satisdabo ex loco Moreti

— cum spissis allia fibris
Quatuor educit.

Quæ cuncta quanuis] Corruptum hunc locum esse satis conuicerit vetus lectio, aliter in excusis cõcepta:

Quæ cuncta nostro vt habeamus in septo.

Minima licentia legerim:

Quæ cuncta nostro vt ambiamur in septo.

Quæ quanquam ambiantur in nostro septo, inclusa sint in nostro septo.

Stator] Quem supra *Circitorem* vocauit. *Statores* proprie sunt carcerum, aut ædium custodes. Nam *Stare* est verbum eius rei. Manilius lib. v.

— inmitis veniet, pœnæque minister,
Carceris & duri custos, quo sæuior ante
Prostratæ iaceant miserorum in limine matres.

Ergo optiones, & mancipes carceris designat, qui & vltimis temporibus *Commentariensis* dicebantur. Hic vero tantum sunt custodes, quos, vt & admonui, supra *Circitores* vocauerat. Quod sequitur: *Accedent duo, qui latus tuentur.* nihil aliud quam *Latrones* eo designantur: qui prius *Laterones*, quod latus tegerent. Hi & *Statores* quoque ipsi sunt. Petronius: *Quadam enim fœmina sordibus calent: nec libidinem concitant, nisi aut seruos viderint, aut Statores altius cinctos.* Ita enim habet manu scriptus codex: non, vt ille, quem citat Turnebus, *diutius cinctos.* Qui tamen codex, quo vsus est Turnebus, ex eo ipso exemplari vetere, quod hodie est in manibus Clariss. Iurisconsulti Dn. Iac. Cuiacij, descriptus fuerit.

PAG. 75. *Pensilibus peculiati*] *Peculium* etiam ad eam rem vsurpatur a Plauto in Pseudolo:

Quid domino? quid somniatis? mea quidem hercle habeo omnia.

Meo peculio emta. BA. *Nempe quod femina summa sustinent.*

Petronius Arbiter: *prolatoque peculio stuprum rogare capit.* In vita Heliogabali: *Homines bene vasatos & maioris peculij.* Vasa quoque in eam partem dicebant. vnde *vasati* Lampridio, qui hic *bene peculiati.* Plautus alluſu in Pœnolo:

Facio, quod manifesto haud mœchi solent.

MI. *Quid est?* SY. *Refero vasa salua.*

Græcorum imitatio. Nam apud Medicos ea pars τὸ σκεῦος vocatur. Dicebant & *Res.* Arnobius lib. v. *Artificij curas tum rebus adhibuisse periturus:* id est genitalibus. In eodem: *Ocriculam imperauisse captiuæ, vt intelligeret, & cognosceret, quid sibi res vellent.* Loquitur de illis veretris, quæ in foco a Tanaquile, aut Tanaquilis ancilla inuenta fuerant. Idem in versione Orphei carminum:

Obiecitque oculis formatas inguinibus res.

Etiam in Gallia vulgo ita loquimur, honeste rem fœdam circunloquentes.

Nihil deterius] Scribe, *Nihilo deterius:* vt Horatius: *Nihilo deterius dominæ ius esse.* Postremus versus παροιμιάζει ex Catullo:

Quam tantum scier esse basiorum.

Gallus ero] Martialis:

Gallo turpius est nihil Priapo.

Vetusque bustum] Ita etiam Græci τυμβογέροντας.

PAG. 76. *Effœminato*] *Effœminatos* vocabant, quos

Sallustius *muliebria patientes*. Deinde lego vltimum versiculum: *Puella nulli vaneat*. Ne quæstum faciat apud vllum. Ne stupro lucrum mereat. Ouidius:

Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære.

Potes & legere:

Puella nullum inuenerit &c.

Sed prior lectio magis arridet.

Impudicus ibis] *Impudicum* vocat, quem paulo antea *effœminatum*. Festus: *Impudicatus*, *stupratus*, *impudicus factus*. Alio nomine dicebatur *flagitatus*. Apuleius: *nudatum*, *supinatumque in ventrem execrandis vredinibus flagitabant*. Cato, *intercutibus stupris flagitati*. Dicebantur & *Intercutiti*: item *internuculi*. Omne enim medium, *nucleum* vocabant Veteres: vt apud Vitruuium. Cætera dicere vetat pudor.

Aquosus anser] *Aquosus*, φίλυδρος. vt *mulierosus* φιλογύναιος, γυναιμανής. *vinosus*, οἰνόφλυξ. Ouidius de Thetide:

— per numina matris aquosæ.

Alioqui *aquosus*, est ὑδατώδης. Mirum autem hoc Epigramma, quod Priapeium non est, huc alieno loco immissum esse: vt & illud:

Securi dormite canes. Custodiat hortum &c.

Nam tametsi est κυπουρικὸν, tamen non κυπουρῶ θεῶ, hoc est πριήπου.

PAG. 77. *Parum est*] Puto legendum:

Parum est, amici, fixerim quod hic sedem.

Parum quod imi] Repono ex antiquitus excusis:

Parumne, quod superfluunt sinus imbres.

Quod me terribilem] Puto prius fuisse, *fuste terribilem*. Corrigo igitur, *— fuste de rudi vilem*. hoc est αὐτόξυλον τέχνημα φαυλούργου χερός, iambico senario.

Quot

Quot Philænis] Scripsit hæc libros περὶ ποικίλων σχημάτων ἀφροδισίων. sicut & Elephantis, & Cyrene, quæ δωδεκαμήχανος dicta fuit. item Astyanassa quædam, vt ait Hesychius. De Philænidis libris Athenæus lib. VIII.

Quædam mollior] Ex Catullo:

Cinæde Thalle mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imula oricilla.

PAG. 78. *Hæc pœna*] Pœna hic αὐτὶ λύτρων. ποινή. vnde ἄποινα. sic in Ciri: *Et dictam Veneri votorum auertere pœnam.* Λύτρα veteres Latini vocabant *lustra.* Nam Tragœdiam ἕκτορος λύτρα quum verteret Ennius, inscripsit, *Ectoris lustra.* Ita enim habent omnes Nonij Marcelli tam scripti, quam antiquitus excusi codices. Ergo λύτρα, *lustra.* & sane ratio est apud Varronem, qui ait *lustrum* dictum a luendo: & proprie *lustrum*, quod pendebatur quinto quoque anno. *lustrum* a luendo: vt a fluendo *flustrum.* ἡ θαλάσσης μαλακία. *& frustrum* a frio. & *transtrum* a transeo. *monstrum* a moneo. *rostrum* a rodo. *plostrum* a plodenda terra &c.

Rusticus] *Rusticum* vocant Veteres τὴν ἀφυῆ. Martialis: — *si nescis, Rustice, redde pilam.*
& Græci: ἄγροικός εἰμι, τὴν σκάφην, σκάφην λέγω. Suspicor Ouidij esse hoc Epigramma.

Constiti mericas] Lego, *Institi*, *Homeriacas edidicique notas. Institi*, Catullus:

Et qui principio sub terra frangere venas
Institit, & ferri frangere duritiem.

Afranius:

Iccirco hæc agere tecum secreto institi.

Græcum est. Aristophanes, ὅσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐνεστή-

σαντο

σωτο. Dicitur & in alium sensum, vt *instare merces.* Nonius Atellana:

Instat mercaturam. credo rem faciat. frugi est homo.

Inde *Institores.* Nec longe ab hac mente Virgilius:

Parte alia Marti currumque, rotasque volantes
Instabant.—

Psoleon] Nam ψωλεὸς, & ψωλὸς verpus. & ψωλὴ verpa. παρὰ τὸ ψᾶν. Cui ἀιδοῖον ἀποψώμενον, ἢ ἐσκολυμμένον. Inueniò & δρύλλον vocari.

Culeon] κωλεὸς vagina. Et sane pars illa in nobis, quæ honestè nominari non potest, & quæ hic intelligitur, inde dicta est. Et videtur Plautus alludere in Pseudolo:

Conueniebatne in vaginam tuam machara militis?

Smerdaleos] σμερδαλέος dictum censeo παρὰ τὸ σμέρδειν. Quod idem est cum ἀμέρδειν, & μέρδειν. Itaque plus erit σμερδαλέος, quam φοβερὸς, quum tamen cathedræ Grammaticorum fere omnes φοβερὸν tantum interpretentur. Non obscurum, quid ipse velit. Vt autem suis, bouis, muris stercus *sucerda, bucerda, mucerda*, sic hominis prius *Homerda* dicta fuit. Porro rotundiora stercora vulgo *struntos* vocamus. Idque in peroptimo Glossario inueni Latinè dictum, *Struntus*, σκίβαλος. quod verbum in idiotismo Gallico & Teutonico remansit.

Error fallentis] Fallentis, δολοῦντος. Nisi mauis *palántis.* πλανωμένης, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη.

PAG. 79. *De quâ flos aureus*] Poterat dixisse *lacteus* cum Homero:

ῥίζῃ μὲ μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' εἴκελον ἄνθος,
μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί.—

Sed *aureum* dixit *florem*, quomodo χρυσῆ ἀφροδίτη dicitur.

citur. & non aliter *purpureum*, & *aureum* Poetæ vsurpant pro pulchro. vt *nix purpurea* Albinouano, & *Cycni purpurei* Horatio: vt alibi me annotare memini.

Ad me respice fur] Sic & Græcanicus Priapus in Epigrammate:

ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι φῶρ ἔμβλεπε. —

Molaque fusa] Scribe, *molamque fusam*. expressit ἀλοχύτας. quæ sunt ordea tosta. Quod autem *mola* ordeum significet, docet & Varro: *Grunnit lepido lacte satur, mola mactatus porcus. Mola mactatus*, est auctus ordeo. hoc est κριθιῶν.

Quare partibus] *Partes* vocat in libo, quæ proprie in victima *prosecta*, & *prosicia* dicerentur.

PAG. 80. *Tutelam pomarij*] Hæc verba nihili esse, neq. vllum in eis versuum ordinem apparere, etiam mediocriter docto patet. Quare ita digerantur:

Pomarij tutela diligens, rubro
Priape furibus minare mutino.

Mutinum enim secundam producere contra, quam huius ætatis literatores putarunt, probatur ex his Lucillij versibus:

Nam quid mœtino, subiectoque est huic opu' signo,
Vt lurcaretur lardum, & carnaria fartim
Patrum conficeret? — *Mutinum* enim in Lucillio, seu *Mœtinum*, est σφραγὶς, vel φυλακτήριον. Nam pudenda pro amuletis suspēdi e collo pueris, auctor Varro. Ex Lucillio vero cognoscimus etiam signis notam veretri apponi, velut προβασκάντιον quoddam. In veteri Glossario legitur *Mutonium*, προβασκάντιον, ὡς λουκίλλιος. vt manifeste appareat eum in animo hunc locum Lucillij habuisse. In Lucillio tamen non est *Mutonium*, sed *Mutinum*.

Per

Per medios ibit] Hoc distichon est Epigramma singulare. Itaque a superioribus est distinguendum.

Quod mouear non est] Hoc Epigramma ego sane non intelligo. Nam quod nonnulli legendum censent, *μακρὰ βραχεῖα dabo*: quis mediocriter Græce doctus *βραχεῖα* pro *βραχέα* probet? Itaque potius legendum erat *Μακρὰ dabo βραχέα*. verum esto: at quomodo *grandis* opponitur *τῷ βραχεῖ*? Nam sane *Grande* hic constituit argutiam Epigrammatis, quæcunque illa est. Quare non solet Deus salax interminari furibus hoc modo: quos potius libidine aliqua, quam malo cruciatu accipere solet. Itaque aliud nescio quid hic potius innuitur. *Sane grandia* poma Rustici vocabant *τὰ εὐαυξῆ*, vt Virgilius *grandes fruges*, hoc est *εὐδηδεῖς* Æschylo. & *ἁδρὸν σῖτον*. Contra *vegrandes messes*: quæ, vt inquit Ouidius, male creuerunt. Rusticus apud Plautum Casina manifesto docet, quid sit *grande*. —*profecto hercle non fuit*

Quicquam olerum: nisi quicquid erat, calamitas
Profecto attigerat nūquā: ita quicquid erat, grāde erat.

Ergo *grandia mala*, *τὰ εὐαυξῆ*. vt contra *macra γλιχρὰ*. Inde ergo captanda fuit argutia. Sed quid dicam, nescio. Nam quid oppones *grandi*, nisi *vegrande*, & *macrum*? In multis veteribus editionibus disertim excusum est, *braccica macra*. An ita genus agrestium malorum ridicule vocatum est *braccicum*, a braccis Gallorum: sub quibus nescio quid *αἰσχρὸν* subintelligatur? An legendū *Bacchica macra dabo*? Nam *mala Bacchi*, vel *μῆλα διονύσου* vidētur esse genus minutorum malorū: fortassis quas nos vulgo in Aquitania *Auarcas* dicimus. Ea in amoribus tantū valere putabant, vt iis ad concubitum pellicere posse sperarent. & co-

ronæ

ronæ ex illis ſtatuæ Bacchi imponebantur. Philetas:

μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἵ ποτε κύπρις ἑλοῖσα
δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Et Theocritus: μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων.
Et quum ſcribat Arnobius Nanam Nympham mala tenentem in manibus concepiſſe: videntur fuiſſe Bacchi mala hæc. De qua re puto accipiendum illum verſiculum ex Annalibus Attij poetæ:

Mala manu retinens grauida concepit in aluo.

Citant Nonius, & Priſcianus. Quin etiam malorum nomine aliquid αἰσχρὸν ſubintelligi apud Veteres ſolitum, auctor Seruius in illud,

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.

Hic igitur ſtuprum interminatur cinædo Deus hortorum. quia ſub illorum malorum nomine, vt dixi, tale quid intelligeretur. Multa dixi, nihil tamen dixi. Quare verbum non amplius addam.

PAG. 81. *Perforare poſſim*] Τὸ τετραίνειν. Nam flagitioſum verbum fuiſſe docemur ex Plauto: *Me quidem hercle non inforabis.* Tarentini, & Syracuſani, vt alibi annotauimus, hoc μυλλεῖν vocabant. hoc eſt *ſuere.* Vnde *Mullare,* τὸ καττύειν. & *Mullei,* calcei.

Salaxque quondam] Græciſmus eſt. hoc eſt: non perago eſſe ſalax. Ariſtophanes ζωὴν. οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρθείς. hoc eſt, φησὶν οὐ τελέως ἐπαρθῆναι. Ergo ſalax quondam non vitam perago, eſt, πάλαι διὰ παντὸς λαγνευόμενος οὐ νῦν διατελῶ. ὁ πάλαι πάνυ ζωνναστικὸς, οὐ διὰ παντὸς τοῦτο ποιῶν τελῶ. Et ita Perſius:

Varro reguſtatum digito terebrare ſalillum
Contentus perages.

Vt luſu Citharœdus] Videtur prouerbium fuiſſe. *Abſtinerem* autem melius, quam *abſtineret.* Elegantius enim,

enim, si in se transferat prouerbium.

PAG. 82. *Misella Landace*] Lego, *Labdace*. λαβδάκη. De industria finxit nomen de ea, quæ λεσβιάζει, hoc est, μολύνει τὸ στόμα. Dictum a Labda litera, quæ prima est in λείχειν, vel λεσβιάζειν. Quia Lesbij ea infamia flagrarunt. Ausonius quoque allusit:

Cui ipse linguam quum dedit suam, Labda est.

Huiuscemodi quoque detestandæ libidinis homines *Labdas* vocat Varro Margopoli περὶ ἀρχῆς:

Depsistis, dicite Labdæ?
Victos contemnite viui: anticipate, atque addite calcar.
Stultos contemnite docti.

Vt Lesbij, ita Campani quoque male de hac re audiebant. Ausonius:

Et quam Nolanis capitalis luxus inussit.

Iccirco ita locus Horatij exponendus:

Campanum in morbum, in faciem permulta locutus.

Id veteres Latini vocabant, *offendere buccam*. Varro Marcipore: *Deinde mittit virile veretrum in frumen: offendit buccam Volumnio.* hoc est, μολύνει τὸ στόμα. *Illudere ori* dixit Suetonius.

Ambulare præ fossis] Vt supra,

Fossas inguinis vt teram.

& in Iambo:

Voret profunda fossa lubricum caput.

laxam significat, & Iuuenalis:

Inter Socraticos notissima fossa Cinædos.

τὴν λακκόπρωκτον expressit. Nam λάκκος fossa. Pluraliter dixit *fossas*: quod, vt loquitur Ausonius, per vtranque cauernam moleretur. Lysias Orator: ἀντίστη πόρνη ἡ ἀμφοῖν τὴν ὀπαῖς τῇ μίξει χρωμένη. Sed quod Ausonius

sonius addidit, non contentam duabus illis fossis, etiam ore abusam; hoc mordaciter ἐν τῷ χῃ' παίγνιας obiicitur: ἀπὸ τελῶν ὅπων ἐργαζομένη τὴν ἐργασίαν. At de viro, qui, vt de Heliogabalo dixit Lampridius, libidinem per omnia caua corporis exceptaret, dictum apud Ciceronem: *Si tu & aduersus, & auersus impudicus es.* Quod de Agathocle Siculo iactatum fuit: hoc enim voluit, quisquis in eum dixit: πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν γινόμενος.

Non est poeta] Scribo: *non es poeta fascinosior nostro.* Quam coniecturam meam veteres editiones confirmant.

At non longa] Antiquæ editiones melius: *Vt non longa satis bene, non stat m. t.* Cui persimile Erycij poetæ in Epigrammate ad Priapum:

ὡς βαρὺ τοῦτο πρίηπι, καὶ εὖ τετυλωμένον ὅπλον &c.

Dum viuis] Hoc distichon est singulare Epigramma, & seorsim separandum est. Neque dubito, quin ex Satyrico Menippeo Petronij acceptum fuerit. Nam alia ad huius intelligentiam opus sunt, quæ, vt verisimile est, in prosa sua tractabat Petronius.

Villicus ærari] Quidam nomine *Perspectus*, qui ærarij dominici primum custos, hoc est dispensator, postea rusticationi operam dabat, hoc Epigramma fecit Priapo. Quod nomine Tibulli in antiquis Tibulli codicibus inueniri, & alij in editionibus suis admonuerunt, & nos inter opera Tibulliana in optima scheda reperimus. Dicunt tamen nonnulli repertum in agro Patauino, literis vetustate pene consumptis. Quod tamen non impedit, quin Tibulli esse possit. Primus versus diuerse concipitur in editionibus. nam aliæ,

Ærari quondam custos, nunc cultor agelli. aliæ,
Rusticus ærarij quondam, nunc rusticus horti. aliæ,
Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli.

Et hæc vltima vera lectio. *villicus* enim est custos: Iuuenalis:

Pegasus attonita positus modo villicus vrbi.

Hunc tu sed tento] Veteres excusi, item & optima scheda Tibulli habent, *Hunc tu, sed taceo.* & melius sane.

Quid hoc noui est?] In veteribus excusis Tibulli nomine editur hoc poliussimum poematium: itemque in veteri membrana Tibulliana, quæ est penes te Iacobe Cuiaci, vir eruditissime. Totumque ex puris Iambis constat. & sane multum spirat illam venustatem, quæ hodie percipitur in Elegiis illius suauissimi Poetæ. Quod ne cui mirum videatur, Tibullum Priapeia conscripsisse, iam puto satis confirmari superiore Epigrammate. Sed & clarius Martialis:

Quam qui compositos metro Tibulli
In Stella recitat domo libellos.

PAG. 83. *Placet Priape?*] Itane Priape? Elegans loquendi modus: vt in illa expostulatione, *Placet hoc ergo? & leges diligentissimæ pudoris custodes decumas vxoribus dari, quantas meretricibus, iubent?* Græcis est, ἔλυδες; Aristophanes, ἔλυδες ὦ πονηρέ; Martialis:

Hoc Labulle verum est?

Reuinctus pampino] Claudicat versus. Legendum vocandi casu: *—reuincte pampino caput.* Et ita non raro veteres loquuntur. Tibullus ad Bacchum:

Huc venias hodierne, tibi dum turis honores,
Libaque Mopsopio dulcia melle feram.

hodiernus

hodiernus enim dicendum erat. Albinouanus in Epicedio Mecœnatis:

Impiger Alcide, multo defuncte labore
Te memorant curas sic posuisse tuas.

Nam dicendũ erat *defunctum*. Plautus Curculione:

Haud male meditate male locutus es. — Theocritus: ὄλβιε κῶρε γένοιο — Debuit enim ὄλβιος. Persius:

Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis,
Censoremque tuum vel quod trabeate salutas.

Ausonius:

Distinctas interne vias mirere domorum.

hoc est, *internus*. Propertius: *Sic mihi te referas leuis.* Nam *leuem* dicere debuit.

At o Priape] In illa optima scheda liquido exaratum erat: *At o Tripalle.* hoc est, τρίφαλος. Nam τρίφαλος, & ἰθύφαλος, cognomina Priapi. Quin & *Triphallus* περὶ ἀῤῥενότητος inscripta fuit Menippea Varronis. de generatione scilicet. licet aliter vir doctissimus interpretatus sit. Ergo *At o Triphalle* reponendum est. In veteri Glossario: *Trepallos*, πείαπος.

Abegimusque] Ille Horatianus Priapus, si sciens fallit, imprecatur sibi hæc

— merdisque coinquiner albis Coruorum —

Iccirco μηνίσκοι imponebantur statuis, ne ab auibus conspurcarentur. Aristophanes Auibus:

ἢν δὲ μὴ κείνητε. χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν
ὥσπερ ἀνδριάντας. ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μήνην ἔχοι,
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκὴν, τότε μάλιστ' οὕτω δίκην
δώσεθ' ἡμῖν πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

Hi μηνίσκοι adhuc, hodieque in templis Christianorum imponuntur capitibus statuarum. Cuius tamen rei caussam ignorantes Pictores, dum putant

honoris caussa imponi debere, non solum non omnibus statuis imponunt: sed & imaginibus quoque pictis adhibuerunt: quæ tamen illis opus non habent, vt statuæ.

Iacebis inter arua] In Græcia proiectis simulacris ita insultabant, vt ea scillis herbis impeterent. Theocritus Thalysiis:

κὴν μὲ ταῦθ' ἕρδοις ὦ πὰν φίλε, μήτι τυ παῖδες
ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε, καὶ ὤμους
τανίκα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθα παρείη.

Ita enim solebant exigere καθάρματα, καὶ φαρμακούς. Hipponax:

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
Κράδῃσι, καὶ σκίλλαισιν, ὥστε φαρμακόν.

Squallidus situ] In membrana — *Pallidus situ*. Nam etiam *pallor* pro squallore, vel carie. Lucillius:

— pallor, tineæ omnia cædunt.

Canis aut tibi] In quibusdam schedis mediæ vetustatis, quas nobis amicus noster P. Pithœus commodauit, quæque habebant hoc solum Epigramma exaratum, ita legebatur iste, & alter versiculus:

Canisve sæuus vsque imminget, aut tibi
Fricabit oblitum latus aper lutosus.

Ex quibus deprauatis hanc lectionem eruimus:

Canisve sæuus vsque minget, aut tibi
Aper fricabit oblitum latus luto.

Sed in alia longe melioris notæ scheda aliter concepta erat lectio:

Canisque sæuas vsque ligneo tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.

Non magni negotij erit illa corrigere:

Canisque sæua, susque ligneo tibi &c.

Hora-

Horatianus ille Priapus sibi imprecatur:

— in me veniat mictum, atque cacatum
Quicquid coruorum est. —

Et apud Aristophanem de statua Lyci Herois, iudiciorum præsidis, loquitur φιλόδικος quidam. κ' ἤ μήποτε ζῶ παρὰ τὰς κόννας ἐρίσω, μήδ' ἀποπαρδῶ. In contemptum enim immingebant in statuas vel Deorum, vel Magnatum. Iuuenalis:

Effigiemque Dea longis siphonibus implent. Item:

Cuius ad effigiem tantum non meiere fas est.

Vbi *tantum non* est μονονχί.

O cui meum malum] In scheda Pithœi nostri:

— o meum malum graue
Licet querare — Theocritus:
ἔξω ἀπώχεο δαῖμον ἐμὸν κακόν, ἤ τυ ἀρύσκω.

Sed in illa altera optima scheda interiiciebatur versiculus, qui & in quibusdam excusis reperitur:

Graui, piaque lege noxiam lues.

Noxiam & *noxam* idem esse vult Seruius in Virgilium. Et annotandum, quod hodie in Gallia iurgium vocatur *noise*, id a *noxia* detortum esse: quod aliquando notat iurgium, ac dissidium. Petronius: *in mediam noxam perfertur.* Ausonius:

Sæpe in coniugiis fit noxia, si nimia est dos.

Lucidum femur] In iisdem schedis P. Pithœi:

— lubricum femur. hoc est λεῖον. Martialis:

Dum puer es, redeas: dum vultus lubricus. —

Horatius:

Et vultus nimium lubricus aspici.

Vacuaque pelle] Lego, *vagaque pelle.* Persius:

Quum morosa vago singultiet &c.

Error inde natus, quod illi imperiti librarij scripse-

rant, *vaguaque pelle.* In altera peroptima membrana præcedebat hunc versiculus iste:

— inter atra cuius inguina,

Latet iacente pancie abditus specu &c.

Ego nullo labore lego:

Latet iacente pantice abditus specus.

De panticibus vide quid in Catalectis annotauimus. A pantice, vulgo ventrem vocamus *panciam.* Nisi sit a pane, quasi *paniciam*: quod facile credo.

Tectus inguinum] In optima membrana

— tectus annuo gelu.

Persistit in metaphora. vt de locis Septentrionalibus, aut montibus editissimis dicimus eos annua niue damnatos esse. Vt sane horum versuum lepor, & elegantia, satis commendari a me non possit.

Aut languentior] Legeram olim iamdudum, *angue lentior.* quam coniecturam meam gaudeo confirmari manu scripta lectione, quæ extat in scheda illa optima. *Lentus* flexibilis, vt *lentum vimen*, & *lentare remum* Virgilio, κάμπτειν. & *lenta membra*, γναπτοῖς μελέεσσι. & pulchre *angue lentiorem.* Talis enim anguis gradiens, & prius Aristophanes accepit ὄφιν pro pudendo remisso in Concionatricibus:

ἐμπέσοι ζεῦ τὸ τρῆμα

Τό, τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις

βουλομένου ποδεῖσθαι.

κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὕροις.

Nam nisi ἀλληγορικῶς accipias, refrixerit omnis lepos huius sententiæ.

PAG. 84. *Neruos excitet*] *Neruos* ἀρχαϊκῶς, pro *neruus* recto casu. *Excitet* vero παθητικῶς. vt Varro, *mutat mare.* & Catullus,

— tantum abhorret, ac mutat.

non *nutat*, vt in vulgatis. Item Gellius lib.2.cap.23. *quantum stupere, ac frigere, quantumque mutare a Menandro Cæcilius visus est.* At editiones hodiernæ perperam habent *nutare*. Hic vero *neruus excitet*, est στύοιτο. At membrana illa fidelissima habebat: *Rigente neruus excubet lubidine.* quæ vera est lectio. in excubiis sit. Sic vulgo Galli, *soit aux aguets*. Non potuit elegantius dici.

Neque mutare] Non constat versus. Vetus illa bona membrana, & nonnullæ editiones habent: *Neque incitare cesset*. Quod & imitatum est in Iambis puris Græcis, quibus fere ad verbum hoc poematium redditum est.

PRIAPEIVM
ALBII TIBVLLI
EQVITIS ROMANI,
Totidem Iambis puris redditum.

ἔα, τί χρῆμα; τί χρέος θεόσυτον;
ἐμοὶ μὲν ἄρτι πρῶτα παιδικῶν κόρος
ἀωρὶ νυκτὸς ἀγκὰς ἀμφεθάλπετο.
φάλητος ἦν μὲν ἔργον οὐδέν. οὐδ' ἅμα
ἄκικις αὐτάειρε Σύντονον κάρα.
ἄληθες ὦ πρίηφ' ὃς ἐν δρυὸς σκιᾷ
ἐρυθρὸς ἐξέρυθρον εὐτρεπὴς πέος
κάθῃ, πυκαστὸς ἀμπελοστεφὲς κάρα;
τρίφαλλε, σοὶ δὲ πῇ μὲν αὐθέμῳ φόβῃ
ἔδησα δυσκτένιστα βοστρύχων πλέκη.

τόδ᾽ αὖ στιβῶν ἔκυρον, εἴτε σοι πάλαι
πρόχνυς κολοιὸς, εἴτε πεμπτήγηρος κόραξ
κάρα κόλαπτε χείλεσ᾽ ἀγκυλοστόμοις.
ἄπερρε· καὶ γὰρ οὐδὲν εὖ πεπόνθαμεν.
ἄπερρ᾽, ἄπερρέ μοι τὰ τῆς πέους σποδούς.
χαμαιρριφὴς γὰρ, δυσπινής τε κείσεται.
κύων δ᾽ ὀπισθίκερος, ἢ βορβόρου
ἐθὰς καθυβριεῖ σε σῦς ὀρεινόμος.
ἄπιστ᾽ ἄπιστε φάλλ᾽ ἐμὸς μέγας φθόρος,
κακῶς, σάφ᾽ ἴσθι, τίσεαι νόμῳ δίκην.
κλάοις ἄν. οὐ δέ σοι φίλη κόρη ποτὲ
χάρις γένοιτ᾽ ἄν, ὃς λυγισμὸν εὖ μάλα
στροφοῖτο λυσίπυγον ἐμμελέστατα.
σὲ δ᾽ οὔτε χρυσὶν οὐ φιλοσόβος κόρη
τεθάλψετ᾽ οὐ γὰρ χερῶν τὰ συμπλακήσεται.
χαμαιτύπη γὰρ ναδὸς, ἡ παλαιγενὴς
παρές, ἐφ᾽ ἧς γε δυσθερεῦς διασφαγὸς
παλιστρόφοις ἑλικτὰ ῥυτίδων ἀπ᾽ αὖς
ἀραχνίων πέφλιδε τειπλυχῶν ῥάκη.
ἰδοὺ παρὲς ἵν᾽ αὖς σε τετράκις μάλα
ἄθυμον αὖ βέρεθρον ἐγκάπτῃ κάρα.
καμηβαφὴς γένοι᾽ ἄν, ἔκτονος τ᾽ ὄφις.
ἀτὰρ παλιντεθνής γε φεῦ τάλαν τάλαν.
ὀπιστεφὲς τέταρτα πληθυνεῖς κύτος.
ὑπέρφορος δ᾽ αὖ ἐκ ὄνου λήματος
τότ᾽ οὖν, ἐς ἰλυὼ, ἢ ἀχανὲς βύθος πεσών.
τί δ᾽; οὐ φρένας σ᾽ ἐφίκετ᾽ ἀθυμίας;
τονῶ ἀθῷα μου κατασφρίξεο.
ὅταν γὰρ κεῖνος ὧδε παῖς ἀφίξεται,
ψόφος δέ σ᾽ αὖτ᾽ ἀπαρτὶ ποδὸς βάλει,
στύοιτ᾽ ἂν ὀρθόπρεμνος ὀρχέων τόνος,
τά, τ᾽ ἄρθρα τυμπανισμὸς ἐμμενοῦς σπόρου

λάβοι

λάβοι αὖ ἀσφάδας Θ. ὥστε μὴ κομεῖν,
φρινῆ σε τέρμιξ λωδίῳ δάμη κόπῳ.

Hæc Græca expressa sunt ex priore editione, quæ correcta est ex scheda Pithœi nostri. Quod quam difficile, & arduum sit, neminem puto scire, nisi eum, qui scit primum, quid sit iambis puris scribere, deinde, qui Græce Latina reddere. dico Latina. Nam non omnium est Latine loqui.

Vere rosa] Non hinc incipiunt Catalecta Virgilij, sed hoc cum duobus sequentibus Epigrammatis inter Priapeia ponendum.

Æstate frequentor] Priapo quoque, vt Cereri, corona e spicis imponebatur. Quare & Columella *frugiferum* nominat:

Et qua frugifero seritur vicina Priapo.

Ne ligneus ignem] Lego *igne*, pro *igni*. Sic Ouidius:

Nocte Dea Noctis cristatus caditur alas. Propert.
Dum temere anguineo creditur ore manus.

Lucillius:

Esuriente Leoni ex ore exculpere predam.

Quod autem veretur Priapus, idem ei minatur & Martialis:

Et siluam domini focis reserues.
Si defecerit hæc, & ipse lignum es.

Ego hæc] Catulli esse hoc, itemque sequens poematium & doctissimi iam viri admonuerunt, & mihi non inuito persuadent. Cuius eo elegantia maior est, quo difficilius fuit eam in iambis putis consequi posse, totidem Iambis puris.

CATVLLI PRIAPEIVM,

Totidem Iambis puris Græce redditum.

ἐγὼ τέχνημα φαυλοτέκτονος χερὸς,
ἐγὼ δὲ φιτρὸς ἀζαλὴς, ὁδοιπόρε,
ἰδὺ τὸ γήδιον τόδ' ἐξ ἀριστερᾶς,
ἔπαυλιν ἀνδρὸς, ὄρχατον τ' ἐπισκοπῶ
πένητος, ἐκ δὲ φωρὸς ἁρπαγὰς τρέπω.
ἐμοὶ μὲν ἦρ' ἄρηρεν ἄνθεμος πλόκος,
ἐμοὶ δὲ πυρσόφλοιος ἄσταχις θέρει,
ὀπωρινῷ τε λαφὸς ἀμπέλου βότρις,
κακῷ τε χείματ' ὠμὸν ὄμφακος στέφος.
χίμαιρ' ἐμοῖσιν ἴξαλος νομεύμασι
πόλιν δ' ἀμολγὰς οὔθατ' εὐγλαγῆ φέρει.
ἐμοῦ ἄπ' ἀμνὸς εὐθαλὴς ἐπαύλεων
δόμονδε βριθυκέρματον χέρ' εἰσάγει.
τέρεινα πόρτις αἰνομήτορος βοὸς
χέει πρόναος αἱματοσφαγὲς λίβος
θεοῖσι. Τόνδε τὴν θεὸν σέβου ξένε,
χέρας δὲ χωρὶς ἴσχε. σοὶ τόδ' ἀσφαλές.
ἕτοιμος ἀσκέπαρνον αἰκία πέος.
λέγοις, θέλοιμ' ἄν. ἀλλ' ἰδὺ προσέρχεται
ἀγροῖκος οὗτος. ὦγ' ἀποσπαδὲς τόδε
πέος τυλωτὸν ὅπλον ἐμπρέπει χερί.

Hoc tibi expedit] Attici dicunt: καὶ γὰρ ἄξιον. Vnde Euripides Telepho, — ἄξιον γὰρ ἐλλάδι. Quod in legationibus semper apponi, & concludi solebat. Sallustius in Iugurthino: *censere eos ab armis discedere. ita seque*

ſeque illiſque dignum eſſe. vt in principiis edictorum dicebant, *Bonum factu' eſt.*

PAG. 85. *Parata nanque*] Secuti ſumus lectionem Mureti noſtri: *crux ſine arte.* Proinde Græce eſt redditum ἀσκέπαρνον. Ita enim vocant Græci nõ quidem quod omnino ſine aſcia factum eſt, ſed rude, & impolitum. Columella in eandem ſententiam:

— ſed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

truncum forte dolatum, αὐτοῦργον, αὐτοσχεδιαστόν.

Hunc ego] Hoc quoque Ithyphallicum Catulli eſſe, placet doctis hominibus, tum propter ſtili affinitatem, tum quod eum tali carmine luſiſſe in Priapum auctor eſt Maurus Terentianus. Ithyphallicum quoque metrum a magiſtris Priapeium vocari, idem politiſſimus, & eruditiſſimus Grammaticus docet nos. quemadmodum & φαλλικὰ ᾄσματα (nam differunt ab Ithyphallicis) Priapo quoque canebantur. Scholiaſtes Ariſtophanis: ᾄσματα λέγεται φαλλικὰ τὰ ὀπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενα μέλη: ἔστι δὲ εἰς διόνυσον, ἢ εἰς ἄλλο καρπόν. Lege, ἢ ἄλλοτε εἰς πρίαπον.

Nutriui magis] Hæc non ſunt nauci. Lego, *Nunc tuor magis.* Deinde ſequentem verſum puto ita explendum: *Pauperis tuguri pater, filiuſque coloni.*

IN CATALECTA
PVB. VIRGIL. MARONIS.

PAG. 86. HINC potius incipiunt Catalecta Maronis: quum tria ſuperiora Epigrammata, inter Priapeia, vt dixi, cenſenda ſint. Quæ qui collegit, κατάλεκτα vocauit, quæ putauit citra controuerſiam

uersiam Virgilij esse, a delectu scilicet. Nam est vox castrensis κατάλογος, & καταλέγειν. Sic & opusculum panegyricum Lucani ad Pisonem, in veteri codice manu scripto, Catalecton Lucani inscribitur.

De qua Tucca] Corruptissimum Epigramma. quod ita nobis legendum videtur:

Delia sæpe tibi venit, sed, Tucca, videre
Non licet: occlusit limine clausa viri.
Delia sæpe tibi venit, neque adhuc mihi nanque
Si occlusit, longe est, tangere quod nequeas.
Venerit aut iam iam tibi: sed mihi nuncius iste
Quid prodest? illi dicito, quæ rediit.

Salsissimum, & argutissimũ epigrammatium. Nam quam non videbat, vtpote quæ dura mariti custodia asseruaretur, frustra eam venisse dicebat, tanquam rem factam haberet, & iamiam complexibus eius fruituram esset. Venit quidem, quantum tu dicis: sed non ego credulus. nam longe est, quod tangere non potes. Esto. venerit. credo. At quid mihi prodest hæc scire? ipsi potius Deliæ gratulare præsenti ob reditum. Hic est totum sal Epigrammatis. Nam si exagitat eum, quod, quam rediisse gaudebat, eam videre non poterat, quomodo remittit ad eam, quam non videbat? Quasi dicat insultans: I nunc, alloquere eam. importune sane, quæ diligenter a marito asseruaretur.

Corinthiorum] Non solum Virgilij esse hoc Epigramma, sed & in Tullium Cimbrum Rhetorem factum esse, auctor Fab. Quintilianus. Iste Cimber fratrem veneno sustulit. vnde salsus locus Ciceronis: *Cimber Germanum occidit*. Deque ea nece hic intelligitur in hoc Epigrammate multis mendis de-

formato. Quod non prius assequeris, quam ab iisdem mendis purgatum fuerit. Primum tam in antiquitus excusis Catalectis, quam in omnibus Quintiliani exemplaribus illud *Corinthiorum* non habetur. Sed in Catalectis quidem *Hormetiorum* legitur, in Quintiliani vero libris, *Ethormetiorum*. Ex quibus deprauatissimis verbis duas lectiones eruimus. quarum priori non confido. alteram, quam apponam suo loco, puto veram esse. Prior igitur:

Rhetor metrorum amator iste verborum,
Iste iste Rhetor. —

Iste, inquit, est Rhetor ille, qui poetica verba in suis Declamationibus tam auide consectatur. Nam eo citasse hoc Epigramma Quintilianum, facile locum legenti patere potest. vbi ait non affectanda esse ea verba, quæ magis poetica sunt, quam forensia. Quæ quia affectabat Cimber iste, eo nomine a Virgilio deridetur. *Metra verba*, vt *pallium peristroma* Vlpiano, *aruus ager*, *laniena taberna* Varroni apud Nonium, *ancile scutum*, *rete iaculum*, *lapidem silicem*, *tibicini modi* apud Ciceronem, *pœna mulcta*, apud eundem. *Phlegra tellus* in Culice. *fidicinæ fides* apud Plautum, *ventus turbo* apud eundem, *manubia machæra* eidem Truculento:

Nisi si te mea manubia machæra, & hunc vis emori.

Ita enim legendum in Plauto. *manubia machæra* vel ex manubiis comparata: vel potius fulminatrix, a manubiis Iouis. Altera coniectura propius a vero abesse mihi videtur. ea hæc est:

Rhetor meiorum amator iste verborum.

Meiorum, est μειούρων. μείουρα verba vocat decurtata. *al*, *tau*, *min*. pro *allio*, *tauro*, *minio*. Quod ex sequentibus patebit.

patebit. Primam in μείωρον corripuit etiam Maurus Terentianus. vt in *chiragra* fecerunt Persius, & Martialis: & in *Phidia* Ausonius, φιδίας: & in Solœcismo. dixit enim Solicismum, non Solœcismum:

Dic rectum casum, iam Solicismus eris.

σολικισμὸς inquam, non σολοικισμός.

Thucydides tyrannus] In Quintiliano legitur: *Thucydides Britannus.* Ergo Britannum, aut Gallum eum fuisse necesse est. Poterat & legi *Thucydidis tyrannus.* vt vocet eum ita, quod dum ineptus Thucydidis imitator est, ipsum totum στρεβλῶν, & membratim discindere videtur. Eadem figura *Atticæ febrim* vocat, quod ψυχρὸς ἀττικιστὴς esset. Sed melius *Thucydides Britannus.* Nam *totus Thucydides*, est totus in Thucydidis imitatione.

Atticæ febris] Quod, vt iam monuimus, frigidus ἀττικιστὴς esset. Ita Theognin quendam poetam *frigidum*, χιόνα cognominabant vulgo Athenienses. In cuius frigiditatem ita ludit Aristophan. ἀχαρνεῦσι.

εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν θρόκην ὅλην,
καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον,
ὅτ' ἐνθαδὶ θέογνις ἠγωνίζετο.

Cui consentaneum & illud Horatij in Furium & ipsum etiam frigidum poetam.

Furius hibernas cana niue conspuit Alpes.

Quod παρῳδίασθαι ex ipso Furio. *Iuppiter hibernas* &c. Nam leuissima mutatione mos est παρῳδιάζειν.

Tau Gallicum] In veteribus excusis ita conceptus est hic versiculus, etiam in Fabij codicibus:

Tau Gallicum minæ ipsemet male illisit.

Sequemur apices illius corruptæ editionis, & a vestigiis minimum discedemus:

Tau

Tau Gallicum, min ipſum, & al ei illiſit.

Quod Auſonio duce inueſtiganimus. qui ita Grammaticum interrogat in Monoſyllabis ſuis, ingenioſiſſimo opuſculo:

Dic quid ſignificent Catalecta Maronis in hîs, al,
Et quod Celtarum poſuit non lucidius tau,
Et quod Germano miſſum male letiferum min?

Ita enim & legendus ex correctione noſtra, & ſupplendus ex veteri libro Auſonius noſtras, poeta poſt tempora Domitiani omnium eruditiſſimus, & in cuius lectione nemo operam ſuam luſerit. Vides, vt Auſonius diſertim in animo hunc locum habuerit, vt quaſi manu ad ipſum fontē nos ducat? Sed quod ipſe ignorat, aut, quod verius puto, ſciſcitabundus quærit tanquam ænigma proponens, non tanquam ænigmatis ignarus, illud nos explicemus. Quatenus, inquit, ille magnus Rhetoricorum verborum volutator, verba, quæ more gentis ſuæ decurtata pronunciat, quaſi illidit Rhetoricæ, quemadmodum & in Gallia vulgo ludimus in ſermone communi de eo, qui ſolœciſmos committit, eum nempe rhapiſmate, & alapa ferire Priſcianum: quatenus, inquam, illis truncis verbis tanquam talitro quodam ferit Atticam, hoc eſt Græcos Rhetoras: quod inepte & more gentis ſuæ, vt dixi, declamans verba ipſa decurtaret, vt pro allio, *al*: pro tauro, *tau*: pro minio, *min* efferat: quia in argumentis Scholaſticorū de veneno trito ſæpe tractatur: illa, inquam, omnia venena, quæ in illis Declamationibus quotidie iactat, miſcuit fratri, & eum potione ſuſtulit. *Tau Gallicum* dixit, quia Gallus dimidiatas tantum voculas proferebat (quanuis non Gallus, ſed Britannus, vt

ſupra

ſupra dixi, fuerit, ſed propter vtriuſque gentis vicinitatem ita vocat, vt Perſam pro Medo, & contra.) Sic hodieque omnes, qui veterem linguam Gallicam matricem, aut eius dialectorum propagines loquuntur, Britanni, Germani, & Flandri ita verba ſolent decurtare, vt Germani quidem, & Britanni multa non ſolum ſuæ linguæ monoſyllaba habeant, ſed & quæ a Latinis acceperunt, & aliis linguis, monoſyllaba faciant, quanuis non omnia: & quæ ſæpe in vocalem terminant ſcribendo, ſine eâ proferant. Britanni vero ridiculi, quos, quum Latina pronunciant, non Latina, ſed Britannica loqui putes, *aqs, pups:* pro *aquas, & puppis.* Quum igitur Cimber iſte in ſcholis declamaret de morte Themiſtoclis, qui epoto taurino ſanguine extinctus eſt, pro tauro dicebat *tau.* Quum tractaret argumentum de illo, qui, quum patri in mortario alliatum tereret, a nouerca minium iniectum imprudens triuit, vt veneficij mox accuſaretur a nouerca, aut neſcio quid tale: pro allio, *al:* pro minio, *min* dicebat. Minium enim, vt & Aſclepiadæ ſciunt, præſentaneum venenum. Sane non mediocriter gaudeo me tam eleganti Epigrammati lucem tuliſſe, pulſis iis, quas librariorum incuria offuderat, tenebris.

Tuque nunc] Lege:

Tuone nunc puella talis, heu tuo
Stupore preſſarus abibit? hei mihi,
Vt ille verſus vſquequaque conuenit.

Stuporem vocat Noctuinum, vt & Catullus ipſe.

Talis hic meus ſtupor. nil videt, nihil audit.

Sic *ſtolonem* pro ſtolido dixit Auſonius. Vnde *ſtolidus & ſtolitus,* qui poſtea *Stoltus, ſtultus.*

Rus

Rus abibit] Quia ære alieno obruti. Iccirco illud Catullianum subiunxit:

Gener, socerque perdidistis omnia.

Significat Noctuinum inquilinum cogi emigrare rus ex ædibus conductitiis, quod, vnde pro pensione solueret, non haberet. quæ migratio fiebat Cal. Quintilib. quia is erat conductionũ dies. Martialis:

O Iuliarum dedecus Calendarum.
Vidi, Vacerra, sarcinas tuas, vidi.
Quas non retentas pensione pro bima
Portabat vxor —

Gener, socerq;] Notissimus versiculus Catullianus:

*Eone nomine Vrbis **
Gener, socerque perdidistis omnia?

Hirneam] Non solum hic, sed & in multis aliorum auctorum manu scriptis exemplaribus ita exaratum perperam pro *hernia* vidi. Lasciuia quadam *hernia* nomen παρὰ τὸ ἔρνος formarunt, vt & *Ramicis*. Vtrunque enim, quod cum intestinum incipit in scrotum decidere, videtur ramum facere. Dicitur autem in hoc Iambo duas habere filias Atillius: nempe filiam, sponsam Noctuini, & herniam. Ergo vterque alendus Noctuino, socer hernioſus, & filia, vxor ipsius Noctuini. Et videtur tritum in communi sermonis lasciuia fuisse. Nam & Atellanæ Pomponij inscripta fuit, *Hernia sponsa Pappi.* Si retines *Hirneam*, vt vulgo excusum est, intellige de ebriosa filia Atillij: quæ, vt est simile in Epigrammate Græco, nunquam a se amphoram semouebat, adeo vt ipsam sororem suam vocaret. Ergo duæ filiæ, ipsa, & eius soror, *Hirnea.* Est autem *Hirnea*, vel potius *Irnea*, vt apud Plautum Amphitruone, genus vasis

vinarij. Antiquitus *Erneum*, vnde & ita genus libi ei simile, aut ad eius formam fictum, vocabatur: παρὰ τὸ ὄρνεον, quod auis figuram haberet; vt quod Musculi formam, μυόβαρβον. vnde *Myobarbum* Ausonij. Nam βάρβος, vasis genus. Sic quod scarabæo similis, κάνθαρος, & similia. *Erneum* potius, quam *Orneum* dixisse non mirabitur, qui meminerit & *Apellinem*, *Elera*, *hemonem* quoque vsurpasse.

Iacere me] In Lucium quendam cinædum scribitur hoc poematium, maledicentiæ, & probrorum plenissimum. Quod non ausim Virgilio attribuere, licet elegans, & eruditum. Videtur enim secundum ætatem Augusti scriptum fuisse.

PAG. 87. *Iacere*] Eadem mente, qua & in Epigrammatio Petronij:

Rebus in aduersis quæ iacuere, iuuant.

Et nescio quis dixit *iacentem gustum*. Et Gellius: *Oppido quam iacere, ac sordere incipiunt, quæ Latina sunt.* Est, quod Græci, ἀτονεῖν.

Et lingua qua] Lego, *& lingua, qua sat sim tibi.* hoc est, qua tibi sufficiam, qua tibi supersim.

Et helluato] Allusum ad Hesiodium

— δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

Et inscio repente] Vt de liberto impuro impuri Neronis, quem in fœminæ naturam mutare volebat herus: & ei Epithalamium accini iussit. Forsan ille versus Anacreontis apud Ammonium de talibus nuptiis accipiendus est: καὶ θάλαμος, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Nisi sensit Anacreon de vxorio homine. Nam qui sub vxoris imperio viuebant, eos *nubere* dicebant. Pomponius Atellanus:

Herus meus nupsit quoidam vetulæ varicosæ Afræ.

Tha-

Thalaßio hic bis repetitum est, vt in quodam Epigrammate Iambico ter repetiſſe Virgilium auctor Marius Victorinus: *Thalaßio, Thalaßio, Thalaßio.*

Pulchra per Cotyttia] Corintho Romam inuecta hæc. Eiſque ſolæ fœminæ intererant, adeo vt conqueratur Canidia Horatium ea in vulgus extuliſſe.

Inultus vt tu riſeris Cotyttia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis.

Eorum præſes erat *Cotytto* Dea impudicitiæ. Cuius & non abſimilis alia nomine *Cinnia*, quæ in veteri Gloſſario exponitur θεὰ κιναίδων. ab eo, puto, quia cinædi cincinnati. Vnde prouerbium: οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται. Apud Horatium tamen vetus interpres Porphyrio legit *Cocytia*, accipitque pro infernis ſacris; quæ ſolebant facere maleficæ mulieres ad amorem conciliandum. Quæ nos in Ciri *Stygialia* dici annotamus.

Ad feriatos] Etiam vetuſtioribus temporibus Romæ Mutuno Titinio inequitabant fœminæ. Vide Feſtum, Arnobium, Auguſtinum: quorum ſane me pudet, pigetque.

Nec dein mouere] Tranſpoſita, & corrupta. Puto ita:

Mouere lumbos nec dein, crocotula
Prenſis videbo alaribus.

Alaria veſtis exemplo Græcorum, πτερύγια: quæ & *ala* dicuntur. Sane qui talarem veſtem haberet, in ſaltando ei ſubducenda erat, vt expeditius moueret corpus. Notat eum θηλυδρίαν, καὶ καταπύγωνα, qui veſte muliebri, hoc eſt, crocota ſaltaret. Et ſatis morbum notauit, cum ait:

Quid palluiſti fœmina? —

Flauum prope] Deſperatus locus, cui opem ferre

non possum. an potest: *Flauumque ripa Tibrim olentis nauticum Vocare?* — *Tibrim flauum ripa olentis nauticum*: quæ olet nauticum: vt litora portuum, & ostia fluuiorum, quæ olent picem, sentinam, & nauteam: vel, vt ludit Aristophanes, λιμένος ὄζῃ ἀγορανδῆς νεῶν. Nec videbo te vocare me ad Tibrim flauum ripæ olentis, ad festum Fortis Fortunæ, aut ad diem Annæ Perannæ: vbi pleraque licentia ἀνέδην vagabatur. Vide Ouid. in Fastis. An vero?

Fallum ad Priapi turbulenti neutiquam
Vocare? —

Turbulenti: explicat Iuuenalis de eadem re:

— *Cum tibia lumbos*
Incitat, & cornu pariter vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant vlulante Priapo.

Non amplius te videbo hæc & hæc facere? neque vocaris amplius ad Phallum, hoc est ad feriatos fascinos Priapi? Hæc mihi inter scribendum exciderunt. Nam melius comminisci non potui.

Neque in culinam] Quem in sensum accipienda sit culina hoc loco, docet Sex. Pompeius: *Culina*, inquit, *vocatur locus, in quo epulæ in funere comburuntur.* Aggenus Vrbicus de agrorum controuersiis: *Culinæ vocantur in suburbiis loca inopum funeribus destinata.* Vnde *inquilini*. eæ, nisi fallor, sunt, quas εὔστρας Aristophanes ἰπνῶσι vocat. Puto & ναυστεῖα ab Artemidoro dici: γυναιξὶ δὲ ἑταίραις τὸ ἐπὶ ναυστείοις ἑστάναι μίγνυσθαι, μικρὸν αἰσχύνην, καὶ βραχὺ ἀνάλωμα σημαίνει. Nimirum sentit Artemidorus eas, quas Catullus ait in sepulcretis, aut in vstrinis ipso rapere e rogo cænam. Nihil autem intelligitur per culinam, quam εὔστρα. Erant & in ædiculis Herculis culinæ, ad quas

peregre

peregre profecturi sacrificabant, vt patet hac inscriptione:

HERCVLI SAXANO SACRVM SER. SVLPITIVS TROPHIMVS ÆDEM, ZOTHECAM, CVLINAM PECVNIA SVA A SOLO RESTITVIT. IDEMQ. DEDICAVIT K. DECEM. L. TVRPILIO DEXTRO M. MÆCIO RVFO COSS. EVTVCHIVS SER. PEREGRINANTIB. CVRAVIT.

Certum est enim peregre profecturos Herculi sacrificare solitos: quod dicebant *propter viam sacrificare*: hoc est, quod Græcis Historicis subinde dicitur, τὰ ἐξιτήρια θύειν. Et inde iocus Catonis apud Macrobium, deco, qui, postquam bona comederat, domum suam incenderat. Nam in culinis Herculis quicquid ex pollucta dape reliquum erat, igne absumebatur.

Et vncta compitalia] In Compitalibus enim culinæ illæ erant, ad quas epulum Laribus ponebatur, quod a pauperibus diripiebatur. Talis ἑκάτης δεῖπνον apud Græcos.

Quibus repletus] Dimeter, qui sequitur, alieno loco irrepsit. sequenti enim subiiciendus. vt sequens huic, ita:

Quibus repletus vt saliuosis aquis
Os vsque lambis sauiis.

Saliuosas aquas dicit, vt *Saliuatum* apud Columellam, quicquid ἀναγομοῖ, hoc est, quicquid gustum reficit. *Saliuam mouere* dixit Seneca, hoc est gustum facere. Vnde etiam Persius

— *turdorum noſſe ſaliuam.*

Facete *os vsque lambis sauiis*, tanquam si aliqua adiiciali cæna acceptus esses, *os lambis sauiis*, hoc est, more canum, qui aliquid ligurierunt, labra cum linguis lambis. Hoc enim canes facere, cum sapidum aliquid gustarunt, videmus. *Sauia* enim sunt labra, vt Plauto:

— valgis ductans sauiis.

Valga sauia, labra distorta. Ita enim labris conformatis, ridebant militem. Nam ibi *sauia*, labra. ne, si oscula interpretaris, sit, quod Græci στρεπτὸν φίλημα vocant. Hesych. στρεπτὸν, φίλημά τι ποιὸν σκολιόν.

Et æstuantes] Iam admonuimus præcedentem Dimetrum huic Trimetro subiiciendum: sed & Trimeter ipse mendis non caret, quæ ita tolli possunt:

Et æstuantes nocte solui pantices
Obesam ad vxorem redis.

Et redis ad obesam vxorem solui æstuantes pantices: vt soluas pantices. figura Horatio familiaris. *Pantices* sunt, quod vulgo vocamus *farcin*, corrupte a farcimine. Nam ita vocat Vegetius. Plautus Pseudolo:

— improbæ vino modo cupidæ estis.
Et vos, vostrosque pantices madefacitis.

Et Martialis:

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi
Et rubro pulmone vetus. —

Vbi pulmonum φθίσις hominem laborantem intelligere, nihil vetat. Sed ego puto *pulmonem* ibi, & *pantices* idem esse, quemadmodum & *pulmunculum* apud Vegetium de re Veterinaria. quod pantices pulmonum ruborem referant. Itaq. sic locus Plauti in Epidico accipiendus est:

— pedibus

— pedibus pulmoneis
Qui perhibetur, prius venisset, quam tu aduenisti mihi.

Vt pedes pulmoneos intelligat, qui panticibus vlcerosi sunt. nisi referatur ad prouerbium πλεύμων, de stupido. vel potius dixerit pedes pulmoneos, tumidos. sicuti Plinius pulmonea quædam poma vocata ait, id est, vt ipse interpretatur, stolide tumentia. In veteri Glossario *Pantices* ἕλκη ἐπὶ τραχήλου τῶν κτηνῶν exponuntur.

PAG. 88. *Nunc læde*] Manifesto hæc ostendunt superiora per insultationem dicta esse, quasi ab exprobrante, & per interrogationem efferenda esse ita:

Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos?
Mouere lumbos nec dein, crocotulæ
Prensis videbo alaribus?
Fallum ad Priapi turbulenti neutiquam
Vocare, vbi adpulsæ rates
Stant in vadis cæno retentæ sordido,
Macraque luctantes aqua?
Neque in culinam, & vncta compitalia
Dapesque ducis sordidas?

Et nomen adscribo] Legendum sine vlla controuersia:

Et nomen adserito tuum.

Improbe enim appellauit, cum cinædum dixit.

Fameque genuini] Vt famelicis canibus crepare solent. Plautus Milite:

Venter creat omnes has ærumnas: auribus
Peraudienda sunt, ne dentes dentiant.

Græci id dicunt μυλιαῖ. vt Hesiodus: δεινὸν μυλιόωντες. In eadem significatione *Dentire* Varroni ἕως ποτὲ περὶ ὡρῶν, vt & Plauto:

Teges ruina, ne iacentem sub Deo
Ambesset algus dentientem frigore.

Hipponax, βαμβακίζειν.

δὸς χλαῖναν ἱππώνακτι. κάρτα γὰρ ῥιγῶ,
καὶ βαμβακίζω —

Ad quos versus Hipponactis allusit Aristoph. ὄρνισι.

ἔστι, σὺ μέν τοι σπολάδα, καὶ χιτῶν' ἔχεις.
ἀπόδυθι, καὶ δὸς τῷ ποιητῇ τῷ σοφῷ.
ἔχε τὴν σπολάδα. πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς.

Quod tamen Scholiastes assequutus non est.

Scissumque ventrem] *Scindere ventrem* ἐπ' αἰσχρῷ dictum est. Laberius:

Puero nostro hillas cadit.

Idem intellexit Plautus Casina:

Effodere hic volt, credo, vesicam villico.

Sic accipiendus iocus Martialis:

Aluum dixit habere se solutam.

In quem enim sensum Martialis dixit *aluum solutam*, in eundem noster poeta *scissum ventrem*.

Hirneosi] Repone *herniosi*. Idem error, qui supra.

Pedes inedia] Cur inferiores partes famelicis tumeant, vide Aristotelem Problematis. Hesiodus Fragmento μεγάλων ἠοίων per γυνοπαχῆ idem αἰνιγματικῶς intelligit:

πὰρ δ' ἀχλὺς ἑστήκει ἐπισμυγερή τε, καὶ αἰνὴ,
χλωρὴ, ἀϋσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα,
γυνοπαχής. —

eodem ænigmate:

— λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.

Hoc

Hoc est, ne fame pereas. Sed τὸ γυνοπαχὲς in Fame eleganter Ouidius describit:

—genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

Si mihi susceptum] Votum Maronis pro suscepto Æneidis opere suspensum pro templo Veneris Surrentinæ. Est autem elegantissimum poemation & Virgilio dignissimum.

Et maxima taurus] Idem ἀκροτελεύτιον inuenitur & in Georgicis:

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima.—

Vides doctissimum poetam, *victimam* de magnis dixisse, certus veteribus illis, qui pure loquebantur, ita obseruatum fuisse. Quod verum esse, manifesto Plautus docet in Pseudolo, ex verbis lenonis;

Nolo victimas: minimis med extis placari volo.

Nam *minima exta* opposuit *victimis*. Sed lusit Comice in voce *minimis*, respiciens ad minas viginti, quibus sibi litari volebat. Adolescens vero iocum non percipiens, iubet arcessi agnos. quia eæ sunt minimæ hostiæ, & quæ vere victimæ dici non possunt, quum ait:

Propera: quid stas? arcesse agnos. audin' quid ait
Iuppiter?

Itaque apud Plautum male hodie legitur *agninis extis*. quum pleræque calamo exaratæ membranæ habeant, *minimis extis*. vbi sane vere Plautinus latet iocus. At non ita in vulgata lectione.

Tinget honore] Scio *instaurare aris honores* dictum a Virgilio, sed πληθυντικῶς. Itaq. hic lego, *tanget odore*. Græci δεύσει τῇ κνίσσῃ. *Tanget*, vt Varro, *tangere tectorio*.

Marmoreusque] Lego:

Marmoreusque tibi diuersicoloribus alis &c.

Alas Amori attribuere recentiores poetæ, vt aiunt Græci, quum vetustissimi nihil tale de eo prodiderint. At fuit, quum non solum alatum, sed etiam barbatum pinxerunt: quod minus vulgare est. Ita enim eum de se loquentem inducit Theocritus: aut quisquis is poeta fuit, qui scripsit πτερύγιον.

μὴ δὲ τρέσῃς; ἀι τυσὸς ὢν δάσκια βέβριθα λάχνᾳ γένεα.

Ita enim legendũ in Theocrito. vbi τυσὸς Dorice pro τυτθὸς. Sed malo legere hic in nostro Epigrammate:

Marmoreusque tibi, Diua, ignicoloribus alis &c.

Ite hinc inanes] Transposita sunt:

Ite hinc inanes Rhetorum manipli, ite hinc.

Scripsit hoc Epigramma, quùm Athenas proficisceretur, vt Philosophiæ Epicuri operam daret. Quod alibi notamus.

Inflata] Lege: *Inflata rore non Achaico turba.*

Sic enim olim adolescentes emendabamus. Significat loquaces, quales sunt cicadæ, quæ rore victitant. Prouerbium, τέττιγος λαμπρότερος. Etiam rore victitare dicebatur in macilentos. Callimachus:

ᾧ κενεῷ κενεαὶ πρωῒ πρῶκες ἔραζε πεσοῖσαι
ἐνδυκέως ἀιεὶ προίκιον εἶδαρ ἔδων.

Ita correximus. Elegantissimum distichum.

Et vos] Potest legi:

Et vos Stilo Æli, Tarquitique, Varroque.

Sed aliter excusus est antiquitus versiculus iste:

Et vos seliquir, arquitique. an,

Et vos Seli, Curi, Arquitique, Varroque? an potius?

Et vos Seli, Irri, Tarquitique &c.

Tarquitius est ille qui scripsit Ostentarium librum, hoc

hoc est, τερατοκριτικόν. vt nuper docuit eruditissimus P. Pithœus noster. valde placet prior coniectura, *Stilo Æli.* de quo Grammatico vide Suetonium.

Madens pingui] *Madens* hic, non tinctus, sed penitus imbutus. Martialis:

Iure madens, varioque togæ limatus in vsu.

δεύσοποιός. Græci item dicunt purpuram bene imbutam, περιδιηργόν. Metaphorice dixit Aristophanes περιδιηργὸς κακοῖς, vt hic dicitur *madens pingui.* Sic Cicero poetas Cordubenses ætatis suæ pingue nescio quid redolere dixit.

Cymbalum] Videtur prouerbialiter tritum. Nam & Tiberius Cæsar Cymbalum mundi vocauit Appionem Grammaticum. Apud Gellium vbi bis Appion polyhistor appellatur, in manu scripta membrana *Appion plistonices* exaratum est.

Nos ad beatos] Vel portus dixit simpliciter Athenas ipsas, quas petebat Philosophiæ Epicureæ discendæ studio: vel potius ἀλληγορικῶς e fluctibus vitæ, & Reipublicæ, & religionis se ad id studium, tanquam ad portum recipi, vbi ab omnibus vitæ tempestatibus æterna quies est. propterea subiicit ἐπεξηγηματικῶς, *vitamq; ab omni vindicauimus cura.* Nihil enim, nisi ἀμέριμνον βίον, καὶ ἡδυπαθῆ promittit Epicurus.

PAG. 89. *Ite hinc Camœnæ*] Olim legebamus:

Ite hinc Camœnæ vos quoque, ite lasciuæ.

Neque eius me coniecturæ pœnitet. Sed propius ad vestigia veterum excusorum accedit:

Ite hinc Camœnæ vos quoque, ite Misenæ

Dulces Camœnæ —

Vt Misenas Camœnas intelligat, propter secessum Neapolitanum, & Surrentinum.

Dulces

Dulces Camœnæ] In veteribus editionibus excusum fuit:

Dulces Camœnæ. animum fatebimur verum.

Lego sane:

Dulces Camœnæ, (an infitebimur verum?
Dulces fuistis) —

Sabinus ille] Parodia est, ex Phaselo Catulli, quem nos olim adolescentes totidem Iambis puris Græce vertimus. Veterum ludicra exercitatio fuit παρῳδία, vt Archestrati versus ex Homero, & innominati auctoris ex Bucolicis Virgilij:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Item:

Dic mihi Damœta, cuium pecus? anne Latinum?
Nam verum Ægonis, nostri sic rure loquuntur.

Quod quia ex vita Virgilij desumptum est, & nihil nocet de tanto auctore scire, imo necesse est scire: corrigam locum insigniter deprauatũ ex deprauata tamen manu scripta lectione, sed quæ propius absit a veritate. Igitur ita lego: *Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt. Nec mirum. Nam nec Homero quidem. Prolatis Bucolicis, innominatus quidam rescripsit Antibucolica, duas modo Eclogas, sed insulsissime παρῳδήσας. quarum prioris initium est:*

Tityre si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

sequentis:

Dic mihi Damœta &c.

In quibus nullum vulgatæ lectionis vestigium agnoscas. adeo omnia perturbata sunt. Vt etiam *Pato* quidam pro poeta (si diis placet) acceptus sit. Conferant ergo nostram ex veteri manu scripta correctam cum vulgata lectione: ac quamtum interfit, videbunt.

videbunt. Scripta est hæc festiuissima parodia in Ventidium Bassum: qui ex mulione post aliquot stipendia, Prætor, mox Consul factus est, vt hæc in illum famosa ostendunt:

Concurrite omnes Augures, Aruspices.
Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Et contumelioſe dixit Plancus ad Ciceronem: *Ventidij mulionis castra prospicio.* Sed amplius de eo Gellius, Val. Maximus, & Plinius.

Neque hoc negat] Lege: *Et hoc negat*, vt in Catullo.

Insulamue Caruli] An per Cærulum intelligit Benacum, qui assurgit fluctu marino? per insulam vero, Sirmionem eius lacus peninsulam venustissimam, quondam Catulli poetæ, & aliquando etiam, dum fata manebant, SCALIGERORVM PRINCIPVM amœnissimum secessum? An verò est id, quod narrat Strabo lib. VI? Fuisse quendam Typhonem cognomine διδύμου, qui Apameam nobilem Seleuciæ Syriæ vrbem occupauit, seseque regem totius Pieriæ declarauit. Qui postea cum duabus legionibus Romanis a Basso quodam obsessus, tandem in deditionem venire coactus est. Hæc omnia conueniunt Basso nostro, qui & ad illas partes Syriæ, & ad Parthos, & Euphraten sæpius missus fuit ab Antonio. Ac insulæ formam habuisse Apameam vrbem, auctor idem Strabo. De Tryphone vero ex præcedentibus satis conuenit. Sed non potest esse. Nam quid faciemus illa voce *Caruli*? Deinde istum Bassum non ἐσχατίδιον, sed χιλίαρχον vocat Strabo. An *insula Caruli* erit Britannia magna? Nam seu mare interius, siue Oceanus *Cærulum* κατ' ἐξοχὴν vocatur.

tur. Varro Marcipore:

Proponis vnda, quam liquante Cærulo
Aqua natantem nempe perfundat, cape.

Ad insulam vero Britanniam secutus est Cæsarem Bassus. Nam & Gellius ait ad vltimas vsque Gallias cum Cæsare veniſſe eum etiam tum, quum mulio esset. *Domus ergo Tryphonis* erit, domus Mamurræ. Mamurra enim habuit prædium nobiliſſimum in agro Firmano, vt ait Catullus. Bassus vero fuit ex eo agro, hoc est Picentinus. auctor Gellius. Quare in eo veriſimile est mulioniam exercuiſſe Bassum. Fuit enim illi natale solum. Iam *Tryphonis* nomen meruiſſe Mamurrã, quem hic noluit nominare Virgilius, quod Caio Cæsari amicus fuerit, non mirabitur, quiſquis eius luxum cognoſcet ex Catullo. Sic Ptolemæus vnus ex Regibus Ægypti propter luxum τρύφων vulgo cognominatus. auctor Ælianus. Quare hic intelligeretur Ventidium & in Galliis, & in natalibus Picentinis exercuiſſe mulioniam. An superiora illa omnia falsa sunt; illud vero, quod sequetur, certiſſimum? Tryphonem pro nomine mulionis accipiendum: quem iccirco æmulum Ventidij dicit, hoc est, eiusdem quæstus exercitorem. sicut & *Cærulum* nomen proprium esse, Latinum quidem illud, sed non Romanarum gentium. Est enim nomen serui insularij, hoc est custodis insulæ cuiuspiam in vrbe. Ergo *insulam cæruli*, cuius Cærulus custos fuit. *Insularium* vocat Vlpianus seruum insulæ custodem. Salse ergo hominem notat: vtpote quem dicat notum fuiſſe Tryphoni mulioni, & Cærulo insulario: ac cum eis quæstum de mulionia feciſſe. Hæc sine vllo dubio firmiſſima est coniectura.

Quinctio] Mulas Quinctij mulionis ait totondisse: cuius Bassus fuerit submulio: aut cuius perpetuarium mulum conduxerit. Itaque propterea vocauit eum Cicero *Subfarraneum mulionem*, vt est apud Plinium. Nam Quinctius, vt & alij serui, ab hero far, & demensum suum accipiebat, a quo rursus & Bassus acciperet, tanquam eius submulio. vt omnino Quinctius fuerit ordinarius mulio: Ventidius vicarius. Sic in Factionibus *Succonditor* appellabatur, qui Conditori parebat. Siquidem *Conditor* ἀλείπτης ἵππων optimus Glossarius exponit. De quo & ita in veteribus inscriptionibus. M. VIPSANIO QVARTIN. SVCCONDITORI. Quanquam ego puto conditores factionum esse eos, qui factionem ederent, & missus suppeditarent. vt Factionum dicerentur Conditores, quemadmodum munerum, hoc est gladiatorum editores in vita D. Antonini Pij. legendumque in optimo Glossario, *Conditor* ἀλείπτης πίσσης. vel, ἀλείπτης, πισσῶν. qui pice illinit cados, quos postea condat, & infodiat terræ. Horat.

— Graca quod ego ipse testa
Conditum leui — Sed ad Ventidium, hoc est ad rem. Fuit igitur subfarraneus, & submulio Quinctij: & forsan quartarius: quod trientem caperet de toto asse quæstus, & dodrantem redderet Quinctio, a quo mulas conducebat.

Bidente dicit] Claudicat versus. Fortasse legendum:

Bidente dicit attodisse forcipe.

vt sit *attodisse*, vt *attigo*, *pago*. Nisi sit,

Ait bidente tonsitasse forcipe.

Comata colla.] Iubara. *Recutita colla mulæ* contra Martiali, τὰ ἀπεκεκαμένα.

Vulnus

Vulnus ederet] Hoc nos *Panticem* vocari inuenimus in illo optimo Glossario toties a nobis laudato, vt supra admonuimus. In eo enim ita scriptum fuit: *Pantex*, ἕλκος ἐπὶ τραχήλου κτηνῶν.

In voragine] Et Catullus: *Ferream vt soleam tenaci in voragine mula.* *Vorago* igitur τὸ τέναγος.

Deposuisse sarcinas] ἀρχαϊκῶς legendum, *deposisse.* integrum *deposiuisse*. Catullus: *Quam mater prope Deliam Deposiuit oliuam.*

Strigere mulas] Hæc non sunt vnius assis. Lego: *Strigare mula. læua, dextera mula*, vt in quandrigis, *læuus, dexter equus*: *Strigare* dicuntur equi quoties interquiescunt. Dictum a *Striga*, quod erat μεταίχμιον, & spatium turmarum, in quo equi stringebantur. a quo nomen habet, vt docet Charisius. Hinc factum, vt, quoties interquiescunt equi, & iumenta, dicantur *Strigare*. Sicut in vulgari sermone Thusco, & Germanico *stallare* equos dicunt perorigæ, quum ad vrinam emittendam quiescunt. Quia quum recenter veniunt in stabulum, quod nunc *stallam* vocant, tunc fere vrinam solent emittere: Ergo *strigare* a *striga*: quod est castrense vocabulum. Nam etiam Rustici *Strigam* vocant in arando sulcum, qui vno ductu prorsus peragitur in longitudinem. Atque vt *strigare* equi dicuntur in actu intermittendo: sic cum continuant actum, hoc dicitur *protelo ducere.* Lucillius:

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis ceruicibu' possent.

Protelum enim est continuatio, & tenor. Lucret.

Vndique protelo telorum continuato.

In vetere illo Glossario: *Protelum*, ἔκλαμπρον. Lego,

ζάγλαμ-

ζεύγλαμπρον, vel ἔξαμπρον. hoc est, ζεύγλης ἄμπρευμα. *Cohum* vocari ait Festus. Et quod Lucillius dicit *protelo ducere*, est ἐξαμπρεύειν Aristophani Lysistrata. Sed omittendum nō est, eodem modo *strigosum* dictum a Lucillio, non ἰσχρὸν, vt vulgo accipimus, sed in hanc significationem, hoc est, morabundum, & tergiuersatorem. postea vero iumenta macilenta ita dicta: quasi strigare cogantur præ macie, & quia male curata. Eius verba sunt:

Hice strigosu' bouinatorque, ore improbu' duro.

Bouinator enim ibi est tergiuersator, vt interpretatur ille apud Gellium: nimirum a bubus, qui in medio actu strigare solent, neque vno protelo continuare. Atque hæc de verbo Strigare. Porro & *Striga* in veteri Glossario exponitur ἡ κιμωλία, hoc est creta. ab eo, puto, quod stringuntur ea vestimenta apud Fullonem. In eodem Glossario *Striga*, λαιστρυγών, καὶ γυνὴ φαρμακίς. Etiam hodie in multis locis Italiæ *Striglam* vocant veneficam mulierē, a Strigibus auibus. quas Plinius ait in diris, & imprecationibus Græcorum esse: intelligens, puto, versus, quibus eas deuouebant. στρίγγ' * ἀποπέμπειν νυκτιβόαν, τὰν στρίγγ' ἀγελαίαν ὄρνιν ἀνώνυμον ἐνθένδ' ᾠκυπόρους ἐπὶ νῆας. Et ita verba Hesychij deprauata restitue: στριγγὸς, τοῦ νυκτικόρακος, νυκτιφοίτου. καλεῖται δὲ καὶ νυκτιβόα. οἱ δὲ καὶ νυκτικόρακα. Quod Strigas νυκτιφοίτους vocari solitas ait, propterea etiam Latini volaticas vocabant: In Glossis Isidori: *Harpyiæ, virgines volaticæ.* quod non intelligit, quia eis essent alæ, sed ab ea significatione.

Semitalibus Deis.] ἐνοδίῳ, καὶ ἐνοδίᾳ. hoc est, ἑρμῇ, καὶ ἑκάτῃ. Iulianus ὁ παραβάτης in Epistolis: ἄξις δέ σε ὁ δημόσιος δρόμος ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ, καὶ παρίππῳ. εἰ δὲ

χρή τι καὶ ἐπιδέξασθαι τ. ἐνοδίαν δαίμονί σοι, καὶ τ. ἐνόδιον ἀποκεκλήκαμεν. Sed & alij Dij peculiares ſemitales: quos *Lares Viales* vocat Plautus. Eſt & *Biuia Dea* Arnobio. Nam in ambiuiis, & triuiis olim carri, & ciſia conducebantur. Varro Marcipore: *Hic in ambiuio nauim conſcendimus paluſtrem: quam nautici equiſones per viam quum ducerent, loco.* Hinc igitur *Semitales Dij.* Sed & *Dij Vij* poſſunt intelligi: ad quos decumæ lucri omnes deferebantur, vt patet ex Epigrammate Fortunæ Prænestinæ: vbi de mercatore decumas Fortunæ perſoluente, hæc, & de Deo Vio habentur:

Omnibus hic annis votorum more ſuorum
Centenas adicit numero creſcente coronas,
Fortunæ ſimulacra colens, & Apollinis aras,
Arcanumque Vij. —

Seruius commento VII. Æneidos, de Præneſte loquens: *Ibi*, inquit, *erant Pontifices, & Di indigetes, ſicut etiam Romæ.* Lege, *Dij Vij.* Apud Solinum quoque perperam legitur *fratrum Digitiorum.* Lege, *Fratrum Indigetum Viorum.* In duobus tamen Solini calamo exaratis codicibus, qui ſunt penes Pithœum noſtrum, eandem ſcripturam corruptam vidi.

Paterna lora] *Lora τὰ ἐύληρα*, quæ vocat Homerus. *Paterna*, vt oſtendat Baſſum πατρόθεν, καὶ ἀνέκαθεν a mulionibus genus ducere. Subintelligendum autem, *dedicat*: vt in illo, *Æneas hæc de Danais victoribus arma.* Semper enim fere in eum ſenſum reticetur verbum. In quo creberrimi ſunt poetæ Græci. Adponam etiam Epigramma, quod Romæ aliquando in peruetuſto, ac pene corroſo marmore vix me legere poſſe memini; in ædibus Maffæorum:

φλαβιανῷ ἥρωϊ πατὴρ Δῶρος τόδε σῆμα

ἐξ ὅτι τοῖς δέκ᾽ ἔτη μῶνα βιωσαμένῳ.
μοῖρα γὰρ Ἀργολίδος πάτρης ἀπάνευθε Μυκήνης
θάψε τε, καὶ μοιρῶν τοῦνον ἔθηκ᾽ ἄρετης.

Reticetur enim verbum ἔκτισεν, aut ἀνέθετο. & in hoc genere, vt dixi, frequentissimi Græci.

Proximumque pectinem] Quid pectine mulioni opus, cuius mularũ colla recutita, vt est apud Martialem: manni vero detonsi, vt apud Propertium:

Huc mea detonsis auecta est Cynthia mannis.

Puto *pectinem* hic non κτένα, sed τὴν μάστιγα esse. Cui simile plectrum Citharœdorum. vt — *& pectine pulsat eburno.* In veteri Glossario, *Pecten*, πλῆκτρον. Lucanus — *eburno verbere:* — & *Pectere verberibus* Plauto. Posset & legi *ploximum*, non *proximum*. Nam *Ploximum*, ait Festus, quo vsus Catullus, Capsum in Cisio. hoc est vulgo, *Tumberellum*. Estque transpadanum vocabulum. Iste vero Bassus & Cisia duxit, & a transpadano poeta incessitur. *Cisium* vero proprium fuit Galliæ Cisalpinæ: vt *petoritum* Oscorum. quod ita dictum, quod quatuor rotas haberet. Nam πέτορα pro τέσσαρα Tarentini dicebãt. *Pilentum* vero Thuscorum. Apud Nonium Dictione *Carrum*, ita legito: *Varro ἀεὶ λιβύη: Gallica petorita, carros, acerras, Tusca pilenta.* Gallorum etiam fuit *Reda*: sicut Britannorum *Couinnus*. vetus Glossarius: *Couinus*, κάῤῥιον καθιδρωτόν. Belgarum vero *Benna*, qua etiamdum hodie vtuntur. Festus ait, qui vna in eo curru veherentur, *Combennones* dictos. Etiam in eodem Lexico Latinogræco scriptum fuit: *Conuennit*, συμβιβάζει. perperam, pro *Combennit*. In eodem: *Bennarius*, σκηνάρχης.

Nunc eburnea] Nam Prætor, & postea Consul fuit.

PAG. 90. *Perdidit iste potus*] Ait se amore incensum pueri, quem nequiuscule volebat appellare, sed legibus carminis prohiberi. Nam ad nequitiam intererat *potum*, non *puerum* appellare. Siquidem *potus*, seu *putus* ὑποκόρισμα nutricum. In veteri Glossario: *Putus*, μικρός. *Puti*, μικροί. Etiam puerum hodie ita vocant in Italia. & Galli pusillum vocant, *petitum*, detorta voce a *putito*. Lasciuia inest, vt in vsu vocis, ita & in etymo. *Puta* enim ποσθή. Argumento *præputium*, quasi προπόσθιον, non a præputando. Nam & syllabæ modulus refragatur, & prius ei parti id nomen imposuerunt Romani, quam scirent a Iudæis eam præsecari solitam. Sed sigma inde extritum est, vt a πυστὸς, *putus* prima correpta: *aurum putum*. πεύθειν enim seu πεύθεσθαι est aurum explorare. — χρυσὸν πεύθοντ' ἀμοιβοί. Theocritus. Ergo πόσθη *puta*, προπόσθιον *præputium*, vt πυστὸς *putus*. *putum aurum*. Ergo lasciuia in Græcis nutricibus παρὰ τὴν πόσθην pueros πόσθωνας vocare, eadem & in Romanis a *puta putos*, seu *potos*. vnde & hodie pars in muliere, quæ honeste nominari non potest, vulgo in Italia eo nomine nota est. Sic ὑποκόρισμα nutricum imitatus est Catullus, cum Caluum *salaputium* vocarit. plus est enim, quam si pusillum, aut puerum. erat enim breuis staturæ. Cum igitur omnia tam Catulli antiquitus, quam etiam Senecæ excusa exemplaria fideliter retineant *salaputium*, multum negotij exhibuit primæ huius temporis notæ Grammaticis. Sed Seneca ipse manifesto demonstrat nihil quam in eius staturam exiguam allusum fuisse: non autem, quod Cippum ascendisset. Sicut & Augustus, vt ait Suetonius, Horatium inter alia blandimenta *purissimum*

penem

penem vocat, hoc est, vt ipsemet interpretatur, *homuncionẽ lepidissimum*. quod Græce nihil aliud esset, quam πόσθων. ergo similiter Catullus Caluum *salaputium*, hoc est πόσθωνα, ficto a *puta*, hoc est ποσθὴ, & salacitate nomine. Apud Plautum quoque Asinaria blandimenta mulierum sunt. — *dic me tuam*

Hirundinem, monedulam, passerculum, putillum.

Putillus ποσθάλιον, πόσθων. non *pusillum*, vt perperã immutarunt. Apud Horatiũ vetus lectio asserenda est:

Putam, & putillam appellat.

Nam *puta*, & *putilla*, ὑποκόρισμα in puellas, a parte scilicet, qua puellæ fœminæ sunt: quæ, vt dixi, ab Italis ita hodieq. vocatur. *Putillam* Græcæ nutrices dicebant χοιρίον. Nam χοῖρος ea pars in puellis, de qua iam dixi, & annotauerat M. Varro. Aristophanes:

ἐγὼ δ' ἐπιδεῖν ὑμᾶς ἐθέλω θάνω

χυτρόπους ἔχω παιδίσκην, ὦ χοιρίον.

χοιρίον putilla. Non igitur mirum, si Catullus, quem exiguum voluit vocare, eum salaputij nomine insigniat, more nutricum, salse nimis, & nequiter, quasi nondum ἀνδρὸς, sed παιδαρίου esset. Non enim (pace doctissimorum virorum dixerim) *salaippidin*, neque κολαβώτιον, sed *salaputium*, vt habent vetera exemplaria, legendum. quanquam *salicippium* esset, vt *Crucisalus* Plauto Bacchidibus. Sed quia multis eruditis viris extorqueri non potest, quin Catullus alluserit in cippum, quem ascenderat Caluus, non in breuem eius modulum corporis: audi verba Senecæ: *Erat paruulus statura: propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat eum salaputium disertum.* Vides nullam allusionem ad cippum. Sed melius Catulli verba fidem facient:

Di magni ſalaputium diſertum.

Orbonij caput oppido puſillum.

Etrij ruſtica ſemiplota crura.

Subtile, & leue peditum Libonis.

Nam cum Orbonis cuiuſdam inſigniter exigui caput habere dixit: crura vero breuia, ſed obeſiuſcula (hoc enim eſt *ſemiplota*) Etrij cuiuſdam tum ob ſuarum craſſitiem vulgo notiſſimi: vocem vero ſimilem ei ſono, quem edebat a poſtica parte Libo, qui eo vitio facile laborabat. Quare *ſalaputium*, quæ germana eſt lectio, iterum in ſedes ſuas vindicandum eſt. Quod, vt dixi, more nutricum luſum eſt, a *ſalapuca*, quæ caudam falacem (honor ſit auribus) ſignificat. Aliud vero eſt *ſalapitta* in veteri Gloſſario: *Salapitta* φόμος. Quam vocem ego in Arnobio offendi, ſed valde diſſimulatam. eius hæc verba ex lib. VII. cum loquitur de Mimis: *Delectantur (Dij) vt res eſt, ſtupidorum capitibus raſis: ſalpictarum ſonitu, atque plauſu: factis, & dictis turpibus: faſcinorum ingentium rubore.* Non enim ibi σφηνίσκων intelligendum eſt, ſed *ſalapittarum*. hoc eſt, φομοπλήκτων. Nam ad excitandum riſum Hiſtriones ſibi os percidi, & batui alapis patiebantur. Martialis:

Os tibi perciſum eſt, quanto non ipſe Latinus
Vilia Panniculi percutit ora ſono. Idem:

O quam dignus eras alapa, Mariane, Latini.
Te ſucceſſurum credo ego Panniculo.

Tertullianus libro de ſpectaculis: *Inſuper contumeliis alaparum ſic os obiicit, quaſi de præcepto Domini ludat.* Cyprianus item de ſpectaculis idem innuit: *Ictibus infelix facies lacerat.* Inde fluxit prouerbialis loquendi mos, *os præbere alicui*: hoc eſt morigerum eſſe, Terentio,

rentio, & Liuio. Hoc igitur ἐν παρέργῳ monuimus, ne *salaputa* & *salapista* idem crederes. Quod vocabulum vtrunq. nos nunc primum e tenebris eruimus.

Villula] Puto hoc Epigramma scripsisse, quum ex agro Mantuano propter assignationem agrorum secederet Romam. Non dubitandum autem eundem Scitonem esse, cuius mentio aliquando fit apud Ciceronem.

Pauca mihi] Scribit hoc elegans poematium ad Val. Messalam, virum toga, & sago clarissimum. Eum celebrat ob res gestas. Præterea & quædam de eius siue amasia, siue sperata. Hoc enim nescimus. Quod Virgilij sit hæc elegia, facile probatur istis:

Mœris pastores, & Melibœus erant. Item:

Qualia Trinacria doctus amat iuuenis.

Nam Theocritum studiose imitatus est. Præterea:

Non nostrum est, inquam, tantas attingere laudes:

est effictum ex illo:

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Victor adest] Innuit, vt puto, de triumpho Gallico Messalæ. De quo hæc extat vetus inscriptio:

M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALA A. DCCXXVI. CORVINVS PROCOS. EX GALLIA VII. K. APR.

De eodem Tibullus:

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina non vlli dissoluenda Deo:
Hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes:
Quem tremeret forti milite victus Atax.
Euenere. nouos pubes Romana triumfos
Vidit, & euinctos brachia capta Duces.
At te victrices Lauru, Messala, gerentem

Portabit nitidis currus eburnus equis.

Non sine me est tibi partus honos. Tarbella Pyrene

Testis, & Oceani litora Sanctonici.

Testis Arar, Rodanusque celer, magnusq; Garumna,

Carnuti & flaui carula linfa Liger.

In quibus versibus correximus *Tarbella Pyrene*, pro *tua bella Pyrene.* Ait Tibullus non sine se partum honorem Messalæ, vt qui eo bello Aquitanico militauerit, & donatus fit a Messala militaribus donis: vt in eius vita manu scripta me legere memini.

Horrida barbarica] *Barbaricos* vocat Cantabros, de quibus ipse triumfauit. Poterat & legi, *Horrida Cantabrica.* Ac fortasse non inanis est ea coniectura.

Magnus vt Æneides] Lege, *Ὀ Eneides.* Diomedes. Non enim ἐκ τοῦ ἀινείου fit ἀινείδης, sed ἀινεάδης.

Maximus] *Maximi* enim in gente Valeria. Primus Maximus vocatus fuit in ea gente L. Val. Potitus, qui de Volscis triumfauit. Ex eadem videtur fuisse Val. Maximus historicus, ineptus affectator sententiarum, quanquam non inutilis propter exempla.

Carmina cum lingua] *Carmina sale Cecropio* dixit, vt

— domus sanie, dapibusque cruentis.

Molliter hic viridi] Ergo & Bucolica scripsit Messala.

PAG. 91. *Qualia Trinacriæ*] ἀμοιβαίοις enim delectatur Theocritus:

— amant alterna Camœnæ.

Iuuenem eum vocat Virgilius, at Statius senem:

— quantumque pios ditarit agrestes

Ascræus, Siculusque senex.—

Sed de his non est putanda ratio cum poetis.

Heroida] Amasiam Messalæ. Cuius tamen nomen

ad

ad nos non peruenit: nisi, quod facile credo, fuerit Sulpitia Serui filia. eam enim deperiit Messala: id quod ex appendice Tibulli colligitur. Vbi illa ita amantem Messalam alloquitur:

Iam nimium Messala mei studiose quiescas,
Non tempestiua sæpe propinque pia.
Hic animum sensusque meos abducit relinquo,
Arbitrio quamuis non sinis esse meo.

De ea poematia scripsisse Messalam innuit eo versu

Fœlicem ante alias tanto scriptore puellam.

Alter non] Lego:

Altera non fama, dixerit ipse, prior.

Vt præcedens versus Meliboeo dictus sit, huic autem ἀμοιβαίως succinerit Mœris. Ipse Mœris dixerit: Non vlla alia famæ celebritate, aut nomine prior est. Quin ita loquitur Propertius:

Sæpe imprudenti Fortuna occurrit amanti
Crudelis Minyis dixerit Ascanius.

Ita enim legimus, non: *dux erit*. quod est ineptissimum. Ascanius crudelis Minyis testis esse poterit huius sententiæ, quænam illa est?

Sæpe imprudenti Fortuna occurrit amanti.

vel sæpe Fortuna crudelis occurrit amanti, vt testis Minyis esse potest Ascanius.

Immitti expectans] Lege:

Immiti expertæ fulmine & imbre Iouem. hoc est, ὄμβρῳ, καὶ βροντῇ δίᾳ δεξάμενα.

Donauit præmia] Veteres excusi, *donauit mater*. hoc est Roma. & ita reponendum.

Tam procul hoc nato] Lego, *natos*. hoc, scilicet *solo*. Quanquam & legi posset, *Tam procul hinc*, fortasse melius.

Nunc frigora] Repone ex veteribus, *iam sidera, iam-que calores.*

PAG. 92. *Non nostrum est*] Tibullus idem ad eundem Messalam:

Non ego sim satis ad tanta praeconia laudis.

Si laudes aspirem] Desperaui omnino me huic loco remedium afferre posse. Quin & omnem prorsus spem sanandi tollit monstrosa lectio antiquitus excusa:

Si laudem aspirem humilis sed adire sirenas.

Fortasse:

Si laudem Ascræ humilis, si doridas eroinas.

Optima sane sententia. Nam qui non ausit gesta heroica tractare, vnum optat, posse imitari Hesiodum Ascræum, & eius poema, Doridas Heroinas, hoc est μεγάλας ἠοίας. cuius hodie fragmentum extat argumento Clipei Herculis. & hoc opus sibi proponit, vt, quemadmodum Hesiodus exemplis omnibus præstantissimarum Græciæ Heroidum vndique historiarum conquisitis Dominam suam celebrauit: ita etiam Virgilius desideret eius operis imitatione dominam Messalæ ornare. & sane μεγάλας ἠοίας imitatur cum ait: *Non illa, Hesperidum* &c. *non edita Tyndaris* &c. *Non supero fulgens* &c. *Non defensa diu* &c. *Regia non Semele* &c. Hesiodus vero semper exempla sua incipiebat, ἢ οἵη. vt & noster Auratus docuit. vnde ἠοῖαι vocatur illud poema. Quod vero præcedit, *Nos ea* &c. subintelligitur, *tantum conabimur.* Tantum ea, quæ tu in Heroida tuam lusisti, conabimur.

Aspice, quem valide] An de Pompeio dictum? de quo & Petronius:

Ille tremor Ponti: saui quoque terror Hidaspis,

Et

Et piratarum scopulus, modo quem ter ouantem
Iuppiter horruerat, quem fracto gurgite Pontus,
Et veneratus erat submissa Bosphorus vnda,
Pro pudor, imperij deserto nomine fugit,
Vt Fortuna leuis Magni quoque terga videret.

Item & Pedo Albinouanus rerũ Romanarum lib. I.

Ille, cui ternis Capitolia celsa triumfis
Sponte Deum patuere: cui freta nulla repostos
Abscondere sinus: non tutæ mœnibus vrbes.

An hæc non conueniunt Pompeio, quum ipse Romam seruitio opprimere nunquam voluerit, & potius de Mithridate hæc accipienda? Sane non video, cui magis hæc accommodem.

Tale Dea numen] Et Ennius VIII. Annali:

— multa dies in bello conficit vnus,
Et rursus multæ fortunæ forte procumbunt.
Haudquaquam quenquam semper Fortuna secuta est.
Quin & mortalem summum Fortuna repente
Reddidit, e summo vt regno famul optumus esset.

Est autem *esset*, pro *sit*. vt in lege XII. Tab. *Si morbus, æuitasve vitium esset.*

Quocunque ire] Ad Antonium Musam medicum Augusti scribit hoc epistolium. Fuisse autem elegantissimi, & politissimi ingenij tum his versibus ostenditur:

Cui Venus ante alias, Diui, Diuumque sorores
Cuncta neque indigno, Musa, dedere bona.

Tum etiam cognomen ipsum *Musa*: quod ob elegantiam ingenij patronus ei imposuisse videtur. Hoc enim nomen quibusdam libertis impositũ fuisse fidem facit illa inscriptio Romæ ante portã Latinam:

MVSA HOSPITIS LICINIANI.
VIX. ANN. XXXV.

Ita etiam Palamedem vocauit Euripides, ob solers & politum ingenium: vt in hac monodia chorus ex Nauplio Tragœdia canit:

ἐκάνετ' ἐκάνετε
τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν
ἀηδόνα μουσᾶν.

Meminere Antonij Musæ Horatius, Plinius, Dio.

Cuncta quibus] Concinnius puto sic:

Cuncta quibus gaudet Phœbi chorus, ipseq́ue Phœbus.

PAG. 93. O *quis te in terris loquitur*] Propterea & Musam, non tantum ob solers ingenium, vocatum putem. Nam & Xenophon, *ἀττικὴ μοῦσα.*

Quis Deus, Octaui,] Inuersum est hoc Epigramma: & ita, ni fallor, ordini suo restituendum:

Quis Deus, Octaui, te nobis abstulit? an quæ
Dicunt, a! nimio pocula dura mero?
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
Raptum, & Romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris. peruersi dicite Manes,
Hunc superesse patri quod fuit inuidia
Vobis: si culpa est bilis, sua quenque sequantur
Fata: quid immeriti crimen habent cyathi?

Age peruersi Manes, si inuidistis Octauio superesse patri suo, & ita amicum vobis fuit, vt bile inter pocula illi spiritus interceptus fuerit: sane quenque sequuntur sua fata: hoc est, esto, non querimur mortuum esse: sed hoc tantum immeritis cyathis adscribi. Nam quid illi, qui in vsum lætitiæ nati sunt, meruere, vt tanto crimine male audiant? Apparet

A. 2 V M hunc

hunc Octauium inter pocula subito excanduisse: vnde expirauerit. Hoc nonnulli in deterius interpretati sunt; & non bile, sed nimio vini haustu perisse iactitabant. Quare non iniuria hic poeta quærit, vel potius dubitat, merone, an bile extinctus fuerit. τὸ QVOD vsum supra in Cirin explicauimus.

Sed tu nullus eris] Persius

—iam fies fabula, Manes.

Et *nullus est*, mortuus est. Plautus:

Anima est amica amanti: si abest, nullus est.

Et illa tritissima in Comœdiis, *Nullus sum.*

IN COPAM.

NE hoc quidem opusculum ausim ad Virgilium auctorem referre, quanquam Priscianus eius auctorem laudat Virgilium. Sed quid ad nos Grammatici in hoc præsertim negotio, in quo tam nulla sunt eorum iudicia, vt verendum sit, ne parum fidei illi generi hominum, qui se Criticos profitentur, habeatur, ob hoc vnum, quod Grammaticorum numero censeantur. Sed non hoc nunc agimus. Copæ autem nomen videtur Calderinus ἐκ τῆς κωπαΐδος λίμνης expiscari. Sed ignoscant mihi amabo manes iuuenis eruditi: cuius etiam nunc memoriam propter VERONAM nostram amo. Non enim hic de Bœotiis anguillis agimus. Minus ferendus stupor eius, qui nuper in noua editione sua ausus est admonere, Copam proprium nomen esse libertæ Mæcenatis. Quid illum mouit, vt etiam crederet hoc poema ad Mæcenatem potius, quam ad alium quenuis scriptum esse? Nos in nostris in Varronem Coniectaneis

iectaneis monuimus *Copam* esse καπηλίδα. siue a Græco dictum est, vt ibi disputabamus, siue a copibus rebus. Illi veteres, vt *cludam, claudam*: sic & *copam, caupam*, & *cupam* dicebant. Sic in Pisoniana quod est, *Panis, & vinum de propola, & de cupa*: ibi cupam admonuimus esse τὴν καπηλίδα, vt & propolam, τὴν μεταβολέα. Neque recte sentiunt, qui pro cuppa ingenti vase vinario accipiunt. Est enim omnino hoc ex eorum animis euellendum. Porro, vt illud admoneam, *Syrisca* potius, quam, quomodo multi codices habent, *Syrissa*, mihi legendum videtur. Sic Ausonio *Syriscus*. Sic Iulio Capitolino, *Threciscus*: θρηκίσκος.

Graia redimita] Per hoc significat anum esse. Nam propria vetularum erat mitra. Antipater Sidonius:

ταὶ μὲν ἀεὶ πολύμυθον ἀειλάλος, ὦ ξένε, κίσσα
φάσει. ταὶ δὲ μέθας σύντροφον ἅδε κύλιξ.
ταὶ κρῆσσαν δὲ τὰ τίξα. τὰ δ' εἰρία ταὶ φιλόβρον
ἄνδεμα δ' αὖ μίτρας ταὶ πολιοκρόταφον.

Propertius in anum:

Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Vincula, & immundo pallida mitra situ.

Ouidius:

— Simularat anum, mitraque capillos Presserat.

Alibi:

Illa modo mitra canos incincta capillos
Fingebat tremula rustica liba manu.

Crispum sub crotalo] *Crotalum* quid sit, disce ex Apuleio. Nam pauci animaduertere: *Nam dextra*, inquit, *ferebat æneum crepitaculum: cuius per angustam laminam in modum balthei recuruatam traiectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum sonum.* Sed & ex arundine scissa fiebat:

vt,

vt, quum quateretur digitis, sonus ederetur. Itaque legitur in Commentariis Græcorum: κρόταλον κυρίως ὁ σειζόμενος κάλαμος, ὁ κατασκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὥστε ἠχεῖν, εἴ τις αὐτὸν δονοίη τῇ χρῇ, καθάπερ κρότον ἀποτελῶν. Sed non de hoc nunc accipiendum. Testulæ quoque, & ossicula vsum crotali præstabant, quæ vocabantur *Crumata*. Martialis:

Edere lasciuos ad Bætica crumata gestus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

Quod & apud ipsos Gaditanos, & Cantabros hodie in vsu est. Meminit & Iuuenalis:

— audiat ille
Testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
Fornice mancipium quibus abstinet. —

Aristophanes βατράχοις:

— πεῦστιν ἡ τοῖς ὀστράκοις Αὕτη κροτοῦσα;

Neque aliud intellexit Arnobius per *scabillorum* crepitus. Quam vocem hodie Hispani & Aquitani retinent pro similibus crepitaculis. Dicunt enim paulo deprauatiore inflexu, *cascabillos*. Apud Lutatium in Thebaida Statij lib. VII. ad illum locum,

— Et ad insperata rotari Buxa. —

Buxa, inquit, *tibia vel scabellum, quod in sacris tibicines pede sonare consueuerunt*. Extat quoque ea vox apud Suetonium, sed vulgo non intelligitur.

Ad cubitum raucos] Intelligit vtrem inflare. *Vtricularij* erant ἀσκαῦλαι. Qui igitur inflat vtrem, & retinet manu calamos, per quorum foramina moduli distinguuntur, ille pressum vtrem, & instigatũ exanimat, quatiens cubito, ita vt calami vibrentur ex vexatione assidua. Vide quæ περὶ ἀσκαυλῶν, & πιθαυλῶν in Ætnam annotamus. Non enim iniucunda,

neque

neque inutilia esse spero. Porro Copa nostra, quum Syra sit, id quod nomen Syriscæ satis conuincit, non male *Ambubaia* dici potest. Nam Syriace *ambubaia*, ἡ αὐλητρὶς. ne interea doctissimo viro credamus, qui putat a Baiis dictam. At ego nolo illi credi, linguæ Syriacæ ignaro: sed illis, qui eius peritissimi sunt. Nam quod illi persuadere non potui, quum id in Commentarios meos in Varronem retulissem, non tam me mouet quam quod adeo illi mirum videretur, nos ex vltima vsque Syria id nomen petere. Non enim illis, qui Syriace sciunt, mirum videri debet: quod ille eius linguæ nescius, adeo eludere voluit.

Quid iuuat.] Campestrem exercitationem intelligit, & *assum Solem*, vt vocat Cicero: qui nihil aliud est, quam ille torridus Solis feruor in meridie: ad quem exercebant in campo. *Assare*, est σταθέειν, & *assus* σταθερός. Vt igitur *assus Sol* Ciceroni, ita etiam σταθερὸς Platoni in Phædone, si bene memini, οὐχ ὁρᾷς, inquit, ὡς σχεδὸν ἡ μεσημβρία ἵσταται ἡ καλουμένη σταθερά; Sed & *assum* quoque *Solem* potuit vocare in campestribus exercitationibus, pro eo, quod dixit idem Plato ἱδρῶτας ξηροὺς in Phædro, quum ait πόνων ἀνδρείων καὶ ἱδρώτων ξηρῶν ἄπειρον. In Dialogo Epicteti, & Adriani imp. id est *assa perferentaria*. Quid igitur, inquit Copa, vos iuuat potius fessos ad Solem exercere, quam huic diuersorio succedere? Ita etiam loquuntur temulenti iuuenes in oratione C. Titij apud Macrobium. *Eunti in consilium hæc est oratio: Quid mihi negotij est cum istis nugatoribus, quam potius potamus mulsum mistum vino Græco?*

Quam potius] *Quam potius* veteres Latini dicebant pro potius quam: vt in exemplo C. Titij paulo ante

a nobis

a nobis citato. item & Propertius.

Illum sæpe suis decedens fouit in vlnis,
Quam prius abiunctos sedula lauit equos.

Atticum est, ἢ πρὶν, pro πρινή.

Aristophanes:

ἢ πρίν γε τὴν μυττωτὸν ὑμῖν ἔγχεαι,

Et sane apud Plautum Trinummo omnino legendum *quam prius*, non, *quin prius*, vt vulgò legitur.

— lacrumas hæc mihi, quum video,
Eliciunt: quia ego ad hoc genus hominum duraui,
quam prius
Me ad plures penetraui. —

Tolerabilis quidem vulgata lectio, *quin prius*: non tamen, vt veram putem.

Bibulo] *Bibulum torum* vocat, in quo plurimum biberetur. At contra Aristophanes πότιον λύχνον, qui multum oliui consumeret.

Sunt cupæ] Cuppæ quidem vasa vinaria: sed quæ mustum e torculari excipiunt, non quibus ad bibendum vtimur: quanquam hodie in vulgari sermone nomen cupparum in generibus poculorum vsurpamus. Quo factum, vt iam olim hanc lectionem suspectam semper habuerim, donec incidi in quasdam schedas, quarum copiam nobis fecit P. Pithœus noster. In illis exaratum fuit:

Sunt tophi, calibes. —

In alia scheda, quam nobis videre contigit: *Sunt topia, & calibes.* Quæ sane ego amplector, & lubenter probo. Nam *topia* vel *topos* vocat, nisi fallor, non topiarium opus, sed Syrorum tympana. quæ ita eorum lingua vocantur: *Tup* enim vocant. Vnde Græcum τύπανον, & verbum τύπτω. Non mirum est mulierem

Syrissam patrium tympanũ pulsare. Quo ne verum quidem ipsum verius est, ne cui videatur mirum, vt de *Ambubaia*. Certissimum est vestium, eduliorum, instrumentorum musicorũ genera simul cum ipso nomine in alias nationes inuecta esse. Sic Hispani tympanum crotalisticum, quod ab Arabibus, vel Mauris acceperint, Mauritana voce *Atabal* vocant. Sic & ab Arabibus magnum item tympanum *Altambor* simul cum ipsa Arabica appellatione acceperunt. *Chalibes* sunt æra ad crotala, & crepitacula: quorum quam fuerint studiosi orientales illi populi, satis nouit, qui in veterum lectione diligenter versatus sit. Ea sunt, quæ Hebræi, nisi fallor, vocant *zilzalim* צלצלים: hoc est, vt ego interpretor, σεῖστρα, quæ & πλαταγὰς vocabant. Sine tibicine autem, & crotalis nunquam fere tabernæ erant: vt apud Propertium in taberna *Niletus tibicen erat, crotalistria Phyllis.* Sed in membrana Contij legitur. *Sunt topia & calyba.* Recte. *calyba* siue καλύβη, est sonus, siue crepitus crumatum, de quibus alibi diximus, ex Aristophane, Iuuenale, aliis. In libro III. Ἀνθολογίας capite εἰς Γυναῖκας. ἡ καλύβη καὶ δῖπτος ἀνέτρεπεν. Καλύβη, τὰ κρύματα vel κρούσματα. Et in sequẽti Epigrammate,

ἢ κροτάλοις ὀρχηστεὶς ἀείστον, ἢ παρὰ θώκαις
καὶ καλύβῃ πλοκάμους ῥῖψαι ἐπισταμένη.

Nam in istis legitur vulgo κυβέλη pro καλύβη. Hoc nomen penitus in Gallia retinemus. Nam *Calybarium* in omni Gallico idiomate est crepitus æris, aut vasorum æreorum rudi ænea, aut radio pulsatorum.

Et trichila] Trichilæ nomine intelligit pergulas, quæ & *vmbella*, & *vmbracula* vocabantur. σκιάδες Theocrito Syracusiis. Columella:

At qui sub trichila manantem repit ad vndam.

Apud Cæsarem III. de bello Ciuili idem vocabulum inueniri in vetustis exemplaribus indicauit mihi Obertus Gifanius, vir eruditissimus, mihique ob raras excellentissimi ingenij dotes carissimus. Vbi enim hodie legitur, *trichinia mensis instrata*, quæ absurdissimam sententiam efficiunt, ibi liquido, & disertim in omnibus exemplaribus manu scripta lectio exaratum habet: *trichilæ mensis instratæ*. Quin & Cælius Rhodiginus eandem lectionem agnoscit: sed perperam stragulum subtilissimum interpretatur, Egnatius vero Thericleum poculum. Est ergo *trichila*, vitium, aut cucurbitarum iugamentum, aut cucumerum compluuiata pergula. Quam vocem nos, quanquam aliquantum detorta pronunciatione, hodie in Gallia retinemus. *Trillas* enim dicimus. Apud eundem Columellam quod vulgo legitur:

Tum modo dependens trichili, modo more chelydri
Intortus cucumis — non intelligitur de trichila.

Sed legendũ *trochili*. Ita enim vocatur torulus in apophysibus columnarũ. Itaq. longum, & teretem cucumerem dixit similem torulo columnarũ, & colubro serpenti. *Trichilam* autẽ Græcam esse vocem si nihil aliud, certe *ch* aspiratũ demonstrat. dictũ a densitate foliorum, quasi *trichina*, *n* in *l*. vt *nympha linfa*. τρίχινον Tarentini dicebant pro spisso, a pilis. Varro, *Quod trichinus quæstus erat, nunc etiã vberrimus. Trichinum quæstum* vocat spissum. *Spissum* enim veteribus erat tardum. Vnde *spissigradissimi* senes; & *spisse venire*, hoc est, βραδέως Plauto. & multa præterea talia. Significat iis Varro quæstum tardum, & sero venisse. Ergo τρίχινος spissus, & *Trichina*, postea *Trichila*, ἡ δασύφυλλος.

Non est dubium, quin ea sit ἐτυμολογία.

Est & vappa] *Vappa* non solum οἶνος ἐξεστηκὼς, sed & quoduis ἀτελὲς vinum dicebatur. siquidem hic ita accipiendum. Apud Suidam, ὀξύτης, κηκίς. Corrige, ὀξίνης, κηκίς. ὀξίνης est vappa, κηκὶς, Galla atramentaria. Nam *Galla* etiam pro atro, & aspero vino. Lucillius:

Quæ Gallam bibere, ac rugas conducere ventri
Farre aceroso, oleo decumano, pane coegit
Cumano. —

Ergo vinum asperum, quod Gallæ, ex qua fit atramentum, similitudinem referat, *Gallam* vocauit Lucillius. Talia hodie in Longobardia, & Hetruria bibuntur, quæ vere sunt, quæ *Crucia* vocauit idem Lucillius. *Vappa* igitur οἶνος ἐξεστηκώς. At languidum, καὶ ἐκλελυμένον vinum *sublestum* vocabant. *Sublesta pictura*, est tantum primis lineamentis deformata, ac nullis coloribus adumbrata. Eaque Græce dicitur μονόγραμμος. *Lista* est γραμμὴ, teste illo vetere Glossario. Sic & hodie lineam vulgo vocamus, in Gallia. Dicta *lista*, a λίσσω, *p*, in *t*: vt στάδιον, σπάδιον, *spatium*. σπουδὴ, *studium*. hinc ὑπόλισσοι picturæ primum, hoc est ad verbum, *sublesta*. Inde ad alia translatum sumitur pro euanido, tenui, languido. Vt *vinum*, de quo iam satis diximus, *sublestum*. Erat & κατηνίας οἶνος, *improbum vinum*. Vnde, puto, Martialis pessima vina Massiliæ, *fumos Massilitanos* vocauit. nisi intellexerit de vinis, quæ, vt vitium exuerent, ebibere instituebantur fumum, in loco quem vocat *Nebularium* Columella. At non sane nostratia, quæ nascuntur in Biturigibus Vibiscis, alium fumum ebibunt, quam temperatissimam illius cæli

coctu-

cocturam. Ex qua potius ipsa fumum bonum emittunt, quam malum desiderant. Inuenio & Græcis infimæ vetustatis *fugiens vinum* ἐκφαντίδην dictum. hoc est, ἐξίτηλον, & euanidum. Tale igitur vocarunt *vappam* Latini, Æolica voce. Nam vt Æoles pro ὄμμα dicebant, ὄππα: sic, vt ego puto, pro βάμμα, βάππα. quod ita vocarent, quicquid non merum, sed dilutum esset. Vnde vinum spurcum & fugiens eo nomine Latinis dicitur. Quod autem vappam fœminino genere dixerunt, est eadem ratio, qua & *schemam* eodem genere declinarunt. Plautus

— Cum seruili schema.

Sic *syrma* fœminino genere apud Turpilium. *Schema* vero, vt Plautus vsurpat, est penulæ seruilis genus. Id & in Syracusana lingua inuenitur. Theocritus:

τὼς ἀυλὼς μὲ ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύγε μᾶλον.
σχῆμα δ' ἐγὼ, καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.

Diffusa] Lego *Defusa*: quemadmodum etiam habet membrana Contij. Vinum defusum pateris. Sed & tibi de hac re satisfaciet doctissimus Lambinus noster in commentariis suis in Horatium.

PAG. 94. *Huc Alibida*] In membrana Contij, *Huc Calybita veni*. Recte *Calybita* qui edit crumata testulis, æra, aut alia quauis re; ex iis quæ paulo ante explicauimus.

Vestrum delicium] Vetus mēbrana, *nostri delitium*.

Nunc vere in gelida] Vetus membrana,

Nunc vero in gelida sede locusta sedet.

Sed prima syllaba *locusta* repugnat.

Nunc prolue] Correximus *— te prolue*: hoc etiam confirmat scripta lectio. item illud

— toto se proluit auro.

Formosus] Legit manu scripta membrana,

Formosum teneræ decerpens ora puellæ.

Anne coronato] Lapides inscriptos qui tumulis imponebantur, item & cippos coronis honorari adeo notum est, vt exemplis opus non sit.

IN ELEGIAM

DE OBITV MÆCENATIS.

Hoc opus Epicedium scripsit idem, qui & de morte Drusi ad Liuiam, hoc est C. Albinouanus Pedo. Nam sane nimium sinistre quidam iudicarunt, qui id non ab vllo illius felicissimi seculi poeta, sed ab alio potius, qui multo posterior ætate fuerit, exercitationis gratia scriptum esse contendunt. Extiterunt &, qui Lactantio propter stili, si illis placet, affinitatem attribuerent. Primum ego neque Lactantij esse dicebam: neque verum esse, quod ipsi adstruunt, stilum similem esse Lactantiano. Aliter enim, vt ille ait, catuli longe olent, aliter sues. Deinde scriptam esse bono illo seculo non obstare humilem, ϗ λιτὴν λέξιν. Non enim propterea non pure Latinam esse consequens est. Deinde in hac elegia multa sunt cognitu digna, quæ illis Scholasticis poetis in mentem venire non potuissent, certo scio. Præterea de præsenti re loquitur, tanquam testis. Nam de Lollio, qui fuit amicus Horatij, mentionem facit, vt & propter sermones, quos de Mæcenate cum Pedone Albinouano ille faciebat, propterea excitatum se ad hanc elegiam scribendam testetur, cum alioqui Mæce-

Mæcenati ipsi de facie notus nõ fuisset. Sic enim ait:

Nec mihi, Mæcenas, tecum fuit vsus amici.
Lollius hoc ergo conciliauit opus.
Fidus erat vobis nam propter Cæsaris arma,
Cæsaris & similem propter in arma fidem.

Quid quod huiusmodi tam exacte ἐν μελέτῃ fingi non possunt? Quare eo seculo scriptam esse dubitare nullo modo possumus.

Defleram iuuenu] Epicedium suum de morte Drusi non intelligit, qui iuuenis in Germania periit, vt ibi annotamus. Non enim potest esse, cum post Agrippam mortuus sit. Quare puto Marcelli Octauiæ filij Epicedium intelligi.

Vt iuuenis] Lege ex manu scripta membrana:

Vt iuuenis deflendus enim tam candidus, & iam
Longius annoso viuere dignus auo.

Nam Mæcenas non minus, inquit, deflendus, quam quiuis acerba morte iuuenis præuentus: vtpote qui quouis sene dignior erat longius viuere.

Pag. 95. *Non oblita*] Vetus membrana:

Non oblita tamen sed repetitque senes.

putarem:

Non oblita tamen subripit atque senes.

Nam *subrepet* scriptum fuisse facile mihi persuadeo, quæ fuit illorum librariorum oscitantia.

Lollius hoc] *Maximus Lollius.* Horatius:

Troiani belli scriptorem Maxime Lolli.

In vetustioribus excusis non *Lollius*, sed *Ilius* legitur. Posset, *Ailius.* Nam *Ailius*, & *Aimilius* scribebant pro *Ælius*, *Æmilius.* Hic & amicus Horatij fuit, estque *Ælius Lamia.*

Æli vetusto nobilis ab Lamo.

Sed vetus codex calamo exaratus retinet *Lollius*. Quare nihil mutandum.

Fidus eras] Lege ex veteri manuscripto:

Fidus erat vobis nam propter Cæsaris arma.

Nam vobis amicissimus fuit Lollius, tibi, & Cæsari. quo magis illi de te narranti fides haberi potuit.

Regis eras] Reponendum ex veteri membrana:

Regis eras, Etrusce genus tu Cæsaris almi
Dextera. —

Tu Etrusce, genus regium, eras Cæsaris dextera, hoc est, primus secundum Imperatorem. Statius:

— vidi omnis te pridem in flore iuuentæ
Te magnæ propius, propiusque accedere dextræ.

Habebant enim gradus quosdam amicorum illi summates viri, vt & vina primæ, aut secundæ notæ. Seneca lib. v. de Beneficiis: *Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos, nunquam veros.* Sed sine dubio significat assiduum comitem Cæsaris. Martialis de cane Lydia:

Lydia dicebat domino fidissima dextra.

Regium genus Mæcenati fuisse qui nescit, Horatium non legit. filius enim Menodori fuit, qui Cæsari contra Pompeium affuit. Illi vero Menippus pater, filius siue, vt alij, nepos Cæcinnæ Regis Etruscorum. Horatius: *Mæcenas atauis edite Regibus.* Nam Cæcinna Rex Etruriæ, atauus Mæcenatis.

Vincit vulgares] Occurrit hic duabus obiectionibus; quæ in Mæcenatis cum studium lapillorum, tum luxum, & delitias iactabantur. Nam de studio lapillorum respondet hoc versiculo:

Vincit vulgares, vincit Beryllus auenas.

de luxu & animi mollitie, illo: *Quod discinctus eras* &c.

Ac

Ac quum lapillorum studiosissimus fuerat Mæcenas, videtur habuisse in delitiis beryllos. Ergo ita diluit obiectionem poeta. cum gestasse beryllum, non immerito, quum scilicet illa gemma omnibus præcellat. Quare enim obiiciant illi quod rem preciosissimam, nec vulgatam in precio habuerit? Nam sane studium suum in lapillos ipsemet hoc Epigrammatio de morte Horatij Flacci ita profitetur:

Lugent, o mea vita, te smaragdus,
Beryllus quoque: nec nitentes
Nuper, candida margarita, quæro,
Nec quos Thynica lima perpoliuit
Anellos, nec Iaspios lapillos.

Quod discinctus] In alteram obiectionem. Iam diluebat, quod illi obiiciebatur luxus in vestitu, & lapillis. Nunc; quod & animo quoque, nedum corporis cultu discinctus dicebatur; defendit ab eius simplicitate. Seneca, postquam produxit in medium Mæcenatis versiculum: mox, *alte cinctum*: inquit; *putes dixisse*. Neque solum cultum eius mollem, & dissolutum, sed & orationem quoq. τρυφῶσαν fuisse annotat idem Seneca: vt etiam eius μυροβρεχεῖς, καὶ βοστρύχους orationis cauilletur Augustus. Sed melius ex hominis oratione noueris: vt illa; *Amne, siluisque ripa comantibus vide vt alueum lintribus arant, versosq; vado remigant hortos.* Voluit enim dicere, quod Virgilius:

Viridesque secant placido æquore siluas.

Sane non minus ambitiose hic de aqua, quam de aere apud Aristophanem ὄρνισιν:

ἀλίμενον αἰθέρος αὔλακα τέμνων.

Item, *Fœmina cirrocrispata labris columbatur: incipitq; suspirans, vti ceruice laxa ferantur.* Tamen *columbiatim*

ſerere baſia dixit Cn. Martius: & περιστερὰ εἶδος φιλήματος apud Græcos. Item de domo, quæ diriperetur: *Tyranni irremediabilis factio rimantur epulis, lagœnaque tentant domos, & ſæpe mortem exigunt.* Nam *Tyranni irremediabilis*, Græciſſat ambitioſe, τυράννου ἀνηκέστου. pro quo optimus Poeta, *implacabilis, implacatus.* *Rimari* autem *domos lagœna*, aut *epulis* in direptione, quum milites omnia ἄνω κάτω ferunt, aguntque: vt quicquid eſculenti, aut poculenti inuenerint, diripiant. Illud vero, *mortem exigunt*: cum etiam interficiunt, nec, vti alij, pecuniam exigunt. Item tenuitatem familiæ quum deſcribit; *Genium feſto vix ſuo teſtem, tenuiſque Cereris fila, & crepacem molam. Focum mater, aut vxor inueſtiunt.* Magna ſane hyperbole, vt Genius a tã tenui familia abſit in ſuo feſto, ſine quo feſtum eſſe non poteſt. & farinam in molendino per fiſtulam manantem vocauit *fila tenuis Cereris*, quod tenuis eius ductus, vt fili. Deinde *inueſtire focum*, pro fouere, & calfacere, ambitioſe nimis a Veſta vocauit: & melius legeretur, *inueſtant*, quam *inueſtiunt*. Hæc vix intellecta a multis, itemque valde corrupta apud Anneum Senecam, & ſimul cum ipſius Senecæ verbis conturbata. ideo adduxi, & expoſui, vt lectori de Mæcenatis oratione guſtũ darem: quantum ex eius his pauculis reliquiis, & analectis colligere potui: & vt apud Senecam emendatiora legerentur.

Inuide] Vetus membrana, *Liuide.*

Num tibi non tutas] Vetus ſcriptura, *Nunc tibi.* Corrigo, *Nuncubi.* Interrogat vero quaſi de nocturno inſeſſore, & præmiatore. Pro *Cæſaris hoſpes*, calamo exarata membrana habebat, *Cæſaris obſes*, item & antiquitus excuſi. Ea verior eſt lectio. Reliquerat enim

Mæce-

Mæcenatem in vrbe Augustus tanquam obsidem, & pignus sui, cum in Orientem proficisceretur. Quocirca subiungitur

— Romanæ tu vigil vrbis eras.

Corn. Tacitus lib. v. *Cæterum Augustus bellis ciuilibus Cilnium Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam, atque Italiam præposuit.*

Spoliauit amantem] Κωμάζοντα ad amicam.

Quis tetigit] *Tangere latus ferro* prouerbialiter dixit. & Plautus Bacchidibus:

Perij hercle: lembus ille mihi lædit latus.

In latere enim sunt partes χαίριαι. A quo dicitur *tegere latus* alicui, τὸ δορυφορεῖν.

Maius erat] Semper enim contentus fuit manere priuatus. Seneca. Item Propertius:

Mæcenas Eques Etrusco de sanguine Regum,
Intra fortunam qui cupis esse tuam.

Paucaque pomosi] Intelligit hortos Mæcenatianos ad Esquilias. Subiungit enim:

Pieridas Phœbumque colens in mollibus hortis.

PAG. 96. *Marmora Mæonij*] Legebam, *Marmorea Aonij.* Sed manu scripta lectio aliter docet legendum. Ea habet *Marmora Minæi*. Lego, *Marmora Smyrnæi.* Nam sane prius scriptum puto *mirnei. Marmora monumenta* dictum, vt, *rete iaculum*, *lapide silice* &c. vt in Catalectis annotamus.

Illum piscosi.] De pugna nauali, quæ commissa est in freto Siculo cum Sex. Pompeio Cn. F. Propertius lib. 11. Eleg. 1. & Appianus.

Ignibus] Lego,

Ignibus hostilis tradere ligna ratis.

Quam tener] Melius vetus membrana:

Iam

Iam nunc ille tener, tum grauis hostis erat.

Ille, qui nunc tener, & fluxi animi incessitur. Græcis melius exprimitur, ὁ θηλυδρίας, ὁ ἡδυπαθής.

Actius] Apollo. De Actiaca victoria constat agere.

Argentata.] Vt aurata. Sed, ne quid dissimulem, malo *amentata*. *Amentati calcei* veteribus dicebantur, & *Obstrigilli*.

Sandalia talos] Semper suspecta mihi fuit hæc lectio, cum *sandalium* secundam a prima correptam habeat. Sed recte vetus membrana habebat *talaria*. Ita repone.

Mollius es solito] Vetus membrana, *Albus es solito*. Lego, *Balbius es solito*. Balbutientem ex ebrietate intelligit, vt,

ἀνὴρ πιὼν τὸν οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
σκυθιστὶ φωνεῖ, κοὐδὲ κόππα γινώσκων.

Verba fuere noua] Insolita, ἄτοπα, καὶ ξένα, tanquam allucinantis ex crapula. Atque ita Maro in Ciri:

— *Plurimus ergo*
Virginis insolitæ sermo nouus errat in ore.

PAG. 97. *Leniſti morsu*] Idem voluit Catullus:

Atque ita decerpens æquabat semper opus dens,
Quæ prius in senui fuerant extantia filo.

Hoc Atticis erit κρονοδίζειν. Philetærus Comicus:

— κρονοδίζουσαν αὐτὴν κατέλαβον.

Pollux exponit, ἐκλέγουσαν τὸ τραχύ.

Percuſſit] *Percutere*, σπαθᾶν. Verbum textorium. Et σπαθητὰ ἱμάτια, densæ, contrariæ rallis. vide, quid in Ciri de hoc annotamus.

Premeret cum iam impiger] Vetus membrana, & antiquitus excusi:

—*cum iam premit impiger.*

puto

puto legendum —*cum rumperet impiger infans.*

Fudit Aloidas] Vetus scriptura multum discrepat: *Fudit OEnidas.*

Dicitur in nitidum p. bouem] Inepta lectio. Vetus membrana, & antiquitus excusi: *Dicitur in nitidum percubuisse diem.* pernox stertuit ad clarum mane.

Vina referre] *Vina*, οἰνοφόρος. Postea inueni in antiqua membrana: *signa referre.* id est, signifer Iouis esse. Et mallem:

Posset amaturo signifer esse Ioui.

Quod signifer Iouis sit Ganymedes, docet doctissimus Mythologus Fulgentius lib. 1.

Formose sacerdos] Ganymedes, ab ea imitatione veterum Latinorum, qui pueros sacrorum ministros *Camillos* vocabant. Sacerdotem igitur, & Camillum, hoc est ministrum Iouis vocat, vtpote & quem iam signiferum Iouis dixit. Ganymedes veteribus Latinis *Catamitus* dicebatur. Plautus Menæchmis:

Vbi aquila Catamitum raperet, aut vbi Venus Adoneum.

Nam videtur a γαδαμείδης, quod idem est cum γανυμήδης, detortum esse. γάδεος enim, & γάνυος, idem. Vt prius diceretur *Gadamidus*, inde *Catamitus*. Sic *Laumedo*, pro *Laomedon*. quanquam Festus legit *Alumento*, sed minum ni in corrupta exemplaria Liuij Andronici inciderit. Nam *Laumento*, non *Alumento* dictus Laomedon videtur. Sic Petronius dixit, *Laoconte nati*, pro Laocoonte. Sic in epistolis Cæcilij Plinij *Laudiceni*, pro *Laodiceni*, vt alludatur ad Laidem. & *Laotomia*, *Lautumiæ* Senecæ.

Et pressо] Martialis:

Illæsum timidis vnguibus hæsit onus.

Victor

Victor potiatur] Vetus membrana, *patiatur*. Lego *ſpatietur*.

Victorem victus] Vetus tam ſcriptura, quam editio:

Victor amet, victuſque metat.

Quod ſane poſtulat ſententia.

PAG. 98. *Verberat egelidos*] Virgilius:

Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo.

Suſpicor tamen legendum eſſe:

Verberat egelido garrula vere lacus.

Vt intelligat lacunaria domorum. Lucillius,

— reſultantes ædeſque, lacuſque.

Id eſt, ædes laqueatas, ἐν διὰ δυοῖν.

Indulſit merito] Melius, *Indulſit: merito.*

Viſcera diſſecti] Legeram olim:

Viſcera diſſecti mutauit Aetias agno
Arietis: & ſuccis &c.

Quam quur reiiciam, cauſſæ non eſt. Tamen alia eſt in membranis ſcriptura:

Viſcera directi mutauerat arietis agni
Aetes facis omne perita ſuis.

Quæ cum aliquot maculis aſperſa ſit, ita eluenda mihi videtur:

Viſcera directi mutauerat arietis agno
Aetis fucis omne perita ſuis.

Aetis, eſt αἰητής, & Euenis, εὐλυὶς Propertio. *Fucis*, θρόνοις. τὰ θρόνα, ſunt φάρμακα. Nam ita vocat Theocritus, qui hic fuci dicuntur. *Omne perita* ὑφ' ἓν legendum. Eſt enim Græcorum πολυΐδρις. *Directi*, id eſt, diſſecti, vt *Elephantum dirigere* Plauto, *Gallinam dirigere* Nigidio, id eſt diſſecare.

Redditur arboribus] Hanc ipſam ſententiã Moſchus in Epicedio Bionis poetæ Bucolici extulit:

αἶ αἶ, ταὶ μαλάχαι μ̃ ἐπὰν κ̃τ̃ κᾶπον ὄλωνται,
ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό, τ' ἀθαλὲς ὖλον ἄνηθον,
ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι.
ἄμμες δ' αὖ μεγάλοι, καὶ καρτεροὶ, οἱ σοφοὶ ἄνδρες,
ὁπποτε πρῶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ.
εὔδομες ἓν μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

Idem & Horatius: *Diffugere niues* &c.

Ergo non homini] τὸ *Ergo* habet hic eum locum, quem apud Propertium:

Ergo Musarum, & Sileni patris imago &c.

Plautus Casina:

— nempe tute dixeras
Tuam arcessituram hinc esse vxorem meam.
ST. *Ergo arcessiuisse ait: sed dixisse te*
Eam non missurum. —

In Bacchidibus:

Non hic placet mihi ornatus. PI. *Nemo ergo tibi*
Hac apparauit. mihi paratu'st, quoi placet.

Viuere cornices] Hoc primum dixisse Theophrastum morientem, & ea de re ad naturam conquestum, memoriæ proditum est.

Pascitur auroræ] Melius vetus scheda, *Nascitur*, hoc est reficitur, renascitur.

Vt tibi vita foret] Scilicet, perpetua. Malo tamen

Vt tibi victa foret —

nempe senectus.

Et modo puniceo] Restitue ex veteri scriptura:

Et modo pœniceum rore lauante torum.

Respicientis equi] Ad versuram scilicet. Nam peracto actu suo; quod veteres vocabant *protelum*, equus ad versuram respicit. & hoc est finitum spatium. Putaui & aliquando legi posse, *respatiantis equi.*

hoc

hoc est, qui finiuit curriculum, & spatium suum. *Spatiari* proprie est in stadio currere. Nam τὸ στάδιον, Æoles vocabant σπάδιον, vnde Latini, qui multum Æoles imitantur, fecerunt *Spatium* suum. Statius: *iam satis longo spatiata campo.* Nam perperam vulgo legitur, *satiata.*

Quæsiuere tori] Vetus scriptura, *Quæsiuere chori.* Nempe stellarum chori. Nam & ita Varro dixit, *cæli choreas astricas.* Totum Distichon ita legimus:

Quæsiuere chori iuuenem sic Hesperon olim,
Quem necdum medio soluit in igne Venus.

Quem, inquit, necdum medio curriculo soluit, & dimittit Venus. Nam Vesperum citissime conficere cursum suum, id est, occidere cum vix alia astra apparuerint, notissimum est. Iccirco Venus eius amore capta citissime soluit eum in medio cursu: cum interim chorus astrorum ipsum, qui princeps chori est, & primus apparet, desiderent.

Quem nunc] Est ἀποστροφὴ ad Mæcenatem cælo iam receptum. Quem tu cælo receptus contrario cursu vides ire alio nomine, nempe Luciferi.

PAG. 99. *Nunc ego quid possum?*] Scribe:

Nunc ego quod possum, Tellus leuis ossa teneto.

Nihil aliud in præsentia tibi possum, quam vt precer hoc, Terram tibi leuē esse. Ille erat semper εὐφημισμὸς in mortuos. a qua superstitione Euripides Elena:

— εἰ γάρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοὶ
ἔυψυχον ἄνδρα πολεμίων θανόνθ' ὕπο
κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί.
κακοὺς δ' ἐφ' ἕρμα στερεὸν ἐμβάλλουσι γῆς.

Sic est Mæcenas] Sine dubio est alia Elegia a superiore diuersa. & inscribenda mihi videtur: VERBA

SVPRE-

SVPREMA MÆCENATIS. quod enim eiusdem auctoris sit, & de eadem re, propterea cum superiore coniuncta.

Primaui turpiter] Non *turpiter*, sed *Iuppiter* habet membrana. Id quod verum puto, estque διὰ μέσου dictum. Catullus:

Doctis, Iuppiter, & laboriosis. Idem:

Iuppiter, vt tristi lumina sæpe manu.

Et magnum magni] Educauit enim, & sustulit Brutum C. Cæsar, quem etiam in bonis suis hæredem scripserat, habuitque filij loco. adeo, vt quum in Senatu trucidaretur ab homine ingrato, ad eum dixerit καὶ σὺ τέκνον; Videtur autem ex Tragœdia quadam, dictum ex persona Clytemnestræ ad Orestem, quum ab ipso interficeretur: aut Eriphylæ ad Alcmæonem.

Discedo vellemque] Melius vetus tam scriptura, quam editio: *Dissidio vellemque prius.* est διαστάσεως. Quare subiungit, *— non omnia dixit.* Vtinam, inquit, prius decessissem, quam illud dissidium gliscere inciperet. *Vellem mori*, ἐλλειπῶς dixit pro, vtinam mortuus fuissem. ὡς ὤφελον θανεῖν.

Sed manifestus erat] Purus putus Hellenismus. ἀλλὰ δῆλος ἦν λευκοψυχῶν, λευκοδυμῶν.

Quærebat amatæ] Terentiæ ei nomen erat. Ea fuit mulier morosissima, & importunis moribus. Cum ea sæpe lites habuit, sæpe redit in gratiam Mæcenas. Itaque falsè dixit Seneca, eum millies vnam duxisse vxorem. vt ex hac historia interpretanda sit lex LXIIII. de don. inter virum & vxor.

Dum morior que, satis] Τὸ *satis*, conclamatum est. Plautus Captiuis:

Liber captiuos auis fera censimilis est.
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est: nunquam postilla possis prendere.

Fuisse tibi] Hoc est tuus fuisse. Val. Cato in Diris,

Et vobis nūc est, mea quæ fuit ante voluptas. Item,

— mea quod formosa puella
Est vobis.—

Me potuisse velim.] Vetus scriptura *—te potuisse.* Hoc est, nec vltra aliud a te peto, quam vt per te liceat mihi iacere sub terra æqua. Legendum vero, & sententia, & eadem veteri scriptura, postulante: *Hoc mihi contingat.*

PAG. 100. *Exemplum vixi*] Putarem legendū esse:

Exemplum vixi te propter nobile, & ob te
Vnus Mæcenas, teque ego propter eram.

Pete sidera fero] Ouidius:

Optauit peteres cælestia sidera tarde. Horatius:

Serus in cælum redeas.

Et tibi succrescant] Tibullus ita loquitur:

At tibi succrescat proles, quæ facta parentis
Augeat, & circum stet veneranda senem.

Metaphora a stolonibus, seu pullis arborum, earum stipitibus adnascentium. Hoc enim est subcrescere, & suboleſcere. vnde *Soboles*, ἔκφυάδες.

Et tradant porro] Sane si lego, *Et trudant porro.* Vt persistat in metaphora subcrescendi. Nam porro trudi dicuntur gemmæ arborum, & stolones, cum incipiunt existere e cortice.

Sic secura tibi] Vetus editio:

Et tibi securo cumprimum Liuia coniunx. Puto:

Sit tibi securo supremum Liuia coniunx.

Supremum εἰς τέλος.

Iuuenes bis] C. & L. Agrippæ. Hi adoptati fuerunt

ab

ab Augusto. Bis Cæsare dignos dicit, primum quod Agrippæ generi Augusti filij: deinde, quod ab ipso Augusto adoptati.

Expleat amissi] Expleat defectum amissi Marcelli Agrippa, cuius filios tu adoptasti. Manifesto ergo intelligit filios Agrippæ, qui adoptati fuerunt ab Augusto; & Cæsares declarati, vt ait Tacitus. Et Ouidius de iisdem intellexit:

Cæsare victuro, Cæsaribusque precor.

Quare errat bonus Domitius, qui de Tiberio, & Germanico intelligendum putat.

IN ELEGIAM C. PEDONIS ALBINOVANI DE MORTE CL. DRVSI GERMANICI AD LIVIAM AVGVSTAM.

HVIVS quoque Elegiæ idem auctor, qui & superioris. Quanquam enim superius mollem virum Mæcenatem, & discinctum pari, ac ipse vixit, licentia, hoc est molli, ac remisso stilo prosecutus est: hic vero principem matronam accuratiore, ac graviore dicendi genere alloquitur: non tamen in omnibus sui dissimilis est. Quod enim hic legitur:

Nec nocuisse vlli, & fortunam habuisse nocendi:

quid aliud est, quam id, quod supra dixerat?

Omnia quum posses tanto tam carta amico:
Te sensit nemo posse nocere tamen.

Item, quod hic de Fortuna:

Illa rapit iuuenes, sustulit illa senes.

Idem extulerat de morte:

Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta:
Non oblita tamen & rapit illa senes.

Quanquam hic pro *sustulit*, quidam veteres codices habent, *sustinet*. Videtur autem Neronum vel potius Drusorum familiæ cliens fuisse C. Albinouanus. Nam & is eiusdem Drusi Germanici nauigationem in Oceano carmine conscripsit. cuius hodieque fragmentum extat. Deinde Tiberij fratris Drusi comes, & scriba fuit, vt ex Horatio odorati sumus. Quod enim Ouidio hanc Elegiam attribuerunt, frustrati sunt. Nihil enim dissimilius. Quanquam versiculum, qui hic legitur,

Altius & vitiis exeruisse caput:

Inuenias in Fastis:

Altius humanis exeruisse caput.

Sed hæc non mirabitur, qui scit & Tibullianum versiculum in Ouidio reperiri:

Cum cecidit fato Consul vterque pari.

Et multa talia. Quare quum hanc opinionem ex hominum mente sustulerimus, extorquenda & alia quoque iis, qui putant hæc scripta esse de morte Drusi eius, qui in Germania periit, filij. Quum contra sit is Drusus, qui in Germania occidit. Nam quum Liuia conuenit in manum mariti Augusti erepta priori viro Tiberio Neroni, non multo post eum enixa est, iam grauida ex priore viro, ex quo & antea Tiberium Claudium Neronem, qui postea rerum potitus est, primo partu ediderat: postea in domo Augusti hunc Drusum, nulla postea sobole. Est ergo is Drusus frater Tiberij, qui postea, vt dixi,

rerum

rerum potitus est. Is, quum post partam de Sueuis, ac Sicambris victoriam Consul absens factus esset, morte præuentus nec triumphum, nec honorem inire potuit. Vide Epitomen Liuij, & Dionem. Sunt quædam pauca admodum hic animaduertenda. In cæteris, diutius nobis immorandum esse non duximus.

Hei mihi quam facile est] Eam sententiam prius extulerat Æschylus Prometheo:

ἐλαφρόν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
ἔχει, παραινεῖν, νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς
πράσσοντας. —

Dio historicus: ὅθεν που πάνυ καλῶς εἴρηται, ὅτι ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρους ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι.
Terentius:

Facile, quum valemus, recta consilia ægrotis damus.

PAG. 101. *Perceptaque mente*] Lego, *præceptaque mente.* Virgilius:

— Si lac præceperit æstas.

Cæsaris illud opus] Ita vocat institutum, & formatum a Cæsare. In Mæcenatis Epicedio:

Et magnum magni Cæsaris illud opus.

Ergo se ipse imitatur.

PAG. 103. *Et incassum tua nomina*] Incassum, & frustra Consul inscriberis. infra:

Nunc primum aspiceris Consul, victorque parenti?
Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?

Nec tu tot verba bonorum] Lege:

Multi in te amissi. Nam cui tot turba bonorum,
Omnis cui virtus contigit, vnus eras.

PAG. 104. *Congelat interdum*] Homerus de lacryma, ὥστε κέρα ἵστατο.

PAG. 105. *Et vidi euersos*] Vt

— Et versis Arcades armis.

PAG. 106. *Consuluit fractis*] Lege,

Consul init fractis &c.

PAG. 108. *Et dux pro patria*] Lege:

Et lux prob patriæ funere clausa latet.

PAG. 109. *Cur adeo fratres*] Ego lego:

Cur adeo, frater, heu sine fratre tuo es?

Sic infra:

Cur sine me, cur sic incomitatus abis?

PAG. 110. *Nec minor*] Lego:

Nec minor & magni coniuge visa Iouis.

PAG. 111. *Ecce necem in tantam*] Alij, *intentam.* Lego ergo:

Ecce necem intentam cælo, terraque, fretoque
Causſarum triplex vaticinatur opus.

Opus Lucretij. Ouidius:

Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis,
Causſarumque triplex vaticinatur opus.

Multa enim alia scripsit Lucretius: ex cuius XXI. lib. citat Varro: *Aetheris, & terræ genitabile quærere tempus.*

PAG. 112. *Vita data est vtenda*] Sine dubio imitatione Lucretij dixit:

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.

Testis Iturgus] Dicitur & *Visurgus* pro varietate idiomatum linguæ Germanicæ. Nam Saxones, & omnes Oceani accolæ T vsurpant: alij duplex β, θάλασσα, θάλαατ. Sic, *Wasser*, *Water*, aqua.

Danubiusque capax] Bene. Sed & *rapax* legi potest.

Appulus] Valde deprauatus locus. Lego:

Danubiusque rapax, & Dacius orbe remoto

Angu-

Angulus: hinc hosti perbreue pontis iter.

Veteres scribebant *aggulus*. Vnde *appulus* fecerunt. Dacia tunc finis imperij Ro. Danubio terminata. Itaque pons iungens Danubium fuisset perbreue iter hosti ad fines imperij Romani.

PAG. 113. *Et mergi St. nob. numen*] Lege, *lumen*. Nam sidus supra vocauit.

PAG. 114. *Acta senem faciunt*] Martialis:

Dum palmas numerat, credidit esse senem.

IN ECLOGAM M. ANNEI LVCANI AD C. PISONEM.

PAG. 116. HANC Lucani Eclogam esse, fidem fecerit & scheda calamo exarata, in qua ita scriptum inueni: LVCANI CATALECTON DE LAVDE PISONIS: tum & Piso iste, ad quem scribitur. Qui cum primoribus nobilitatis Romanæ iuuenibus conspiratione in Neronem facta significrum eius consilij delegit Lucanum, multis iam sibi beneficiis deuinctum. Scripsit & alia Lucanus, vt Orpheum: quod testatur Statius. Et ex eo poemate citant Grammatici:

—gaudent a luce relictam
Eurydicen, iterum sperantes Orphea Manes.

Item Hectoris Lytra. Statius:

Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Thessalosque currus,
Ac supplex Priami potentis aurum.

Item Catacausmon Iliacum. Ita enim legendum apud Placiadem, ex quo hæc proferuntur analecta:

Haud aliter raptum transuerso limite anheli
Flammatum Phaethonta poli.

Nam Nero, quum τροίας ἅλωσιν ageretur, Romam incendit. Ad quod poema alluſit Statius:

Dices culminibus Remi vagantes
Infandos domini potentis ignes.

Item ſcripſit Catalogum Heroidum inſtar Heſiodi, qui ſcripſit ἠοίας & κατάλογον. Ex eo Lutatius hæc citat:

Thebais Alcmene quam cum frueretur Olympi
Rector Luciferum ter iuſſerat Heſperon ire.

Atque de his hactenus.

PAG. 117. *Humida*] Magis placeret *Fumida*. Nam prius torrebantur: deinde ſaxo frangebantur.

Cum tua mœſtos] Corn. Tacitus, de Piſone: *Nanque facundiam tuendis ciuibus exercebat: largitionem aduerſus amicos: & ignotis quoque comi ſermone, & congreſſu.*

PAG. 118. *Sic auriga*] Hic *auriga* tantum eques. Nam *Aurea τὰ ἡνία*. In veteri Gloſſario, *Aurex, ſolitarius, ἡνιοχεύς*. Videtur autem initium huic poematio deeſſe. Nam ita in manu ſcripto incipit:

— nihil eſt, quod texas ordine, longum.
Vnde prius cæpti ſurgat mihi carminis orda.

Et ſane non dubito hic principium deeſſe, quemadmodum diu finis quoque abfuit, quem ego inueni in illo codice, & non omiſit Antuerpenſis editio. Videtur autem prouerbiale fuiſſe

— nihil eſt, quod texas ordine, longum.

nam in Ciri quoque reperitur. Solitarium vocat, qui equo ſingulari vehit: hoc eſt, ἡ κέλητα, qui & *Singulator* in eodem Lexico dicitur.

Turbida

Turbida prolatis] Apud Ciceronem pro Murena, & Plautum Captiuis.

Festis Acidalia] Statius:

Tu ductor populi longe emigrantis Apollo.
Cuius adhuc volucrem longa ceruice sedentem
Respiciens blande felix Eumetis adorat. Item:
Nostra quoque & propriis tenuis, nec rara colonis
Parthenope. cui mite solum trans æquora vectæ
Ipse Dionea monstrauit Apollo columba.

Quare ait Pisonis eloquentiæ testem esse Neapolim? Intelligit de quinquennali ludicro Neapolitano. in quo Poetæ, Oratores, & Musici, aliique certabant. De eo sæpe Statius in Siluis.

PAG. 119. *Et digna suis*] Corn. Tacitus: *Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies* &c.

Iuuat indulgentia] Cor. Tacitus: *Lenitati, ac magnificentiæ, aliquando luxui indulgebat.*

PAG. 122. *Calculus*] Calculorum ludus, & latrunculorum, idem est. Ouidius:

Siue latrocinij sub imagine calculus ibit.

Lucillius lib. XIIII.

Naumachiam licet hæc, inquam, alueolumque putare, &
Calces: delectes te, hilo non rectius uiuas.

Nam *calces* sunt calculi, vt alicubi notat Festus. Hodie alludunt ad vetus nomen Itali, & Galli. *Scalculum* enim vocant. Puto artis verbum fuisse *Excalculari*, de eo, qui vinceretur: vt *excuriari*, & *excuneari* Varroni: vnde & eadem etymi licentia videntur dicti *Axedres*, vt Hispani vocant, quasi *exquadri*. Nam *squadrones* quadras Phalanges vocant. Calculorum vero ludus, nihil aliud, quam castra, & instructa

acies. Sed caue, ne duodecim ſcriptorum ludum cum latrunculis confundas. Alius enim eſt. Cuius inuentorem tradiderunt Palamedem. Ouidius de arte lib. III.

Eſt genus in totidem tenui ratione redactum
Scripula, quot menſes lubricus annus habet.

Ita enim legendum; non, vt vulgo, *ſpicula*. Mox noſtrum hunc ita deſcribit:

Parua tabella capit ternos vtrinque lapillos:
E quibus hic labor eſt, continuare ſuos.

Qui manifeſto luſus hodie a pueris obſeruatur. Nam qui lapillos in linea continuat, is vincit. Vulgus Aquitanum *Madrellum* vocat: Galli *Madrellas*. a materulis. *Materes* veteri lingua Gallica, virgæ, & baculi. Noſtrates autem pueri ſæpius materum, aut bacillorum capitulis pro lapillis in eo luſu vtuntur. De materibus Siſenna apud Nonium. Apud Strabonem lib. IIII. de Gallorum armis: *καὶ μαρὶς παλτοῦ τι εἶδος*. Lego: *καὶ ματαρὶς*. Fuit enim compendium ſcripturæ, vt *μέρος*, pro *μητέρος*.

Et fracta prorumpat] *Mandræ* ſunt iumenta, aut carri. Iuuenalis:

—ſtantis conuicia mandræ.

In luſu latrunculorum dicuntur Equites. Martialis:

Mandris, & vitreo latrone cluſos.

Niſi potius quadrigas eburnas intelligas, quarum & factiones ad imitationem quatuor illarum celebriorum factionum in ludo Calculorum repræſentabantur. Nam & Neronem quadrigis eburnis luſitaſſe auctor Suetonius.

IN CATALECTA VETERVM POETARVM.

PAG. 184. IMPIVS *infanda*] Legendum aut *Impius infanda religionis Aper*; aut, *Impius infanda religione Sapor*. Nam *Sapor* Persicum nomen. Persæ autem magicis sacris impendio dediti.

PAG. 187. *Victorem & victum condidit.*] *Condere* & *collocare feras* Martiali est conficere.

PAG. 188. *Postquam est morte datus*] Ita habent meliores codices M S. & ita legendum. *Morte* autem pro morti, vt Lucill. *Esuriente leoni* pro *esurienti*. Horatius; *Fundos Aufidio Lusco prætore libenter Linquimus.* id est, prætori.

PAG. 188. *Nemo me lachrymis decoret*] Meliora exemplaria Ciceronis habent:

Nemo me lachrymis decoret neque funera fletu.
Faxint, quum volito viuo' per ora virum. Quæ sane retinenda sunt: Tamen pro *fletu* legimus *fletum*.

Nemo me lacrumeis decoret, neque Funera fletum
Faciat, quum volito viuo' per ora virum.

Funera est ea, ad quam funus pertinet, quales erant, mater, auia, vxor, socrus, filia, neptis, soror, fratris & sororis filia. Hæ omnes vocabantur *Funera*. ex lege Solonis, qui vocat eas ἐπιμελεῖς ad verbum. Nam κῆδος est funus; & quia ad has funus pertinet, propterea & κῆδος etiam pro affinitate sumptum. Eas Solon terminat ἐντὸς ἀνεψιαδῶν, id est citra fratris aut sororis nepotes, vt scilicet vltra illas non sit κῆδος, neq. vlla funera. Igitur Decem-viri, cum leges Solonis, adiuuante interprete Hermodoro Ephesio in Latinum

Latinum conuerterent, τὰς ἐπικηδείους Solonis, elegantissime *Funeras* verterunt. Vnde Virgilius:

— Nec te tua Funera mater
Produxi, presśive oculos.

Ex igitur producebant funus, & quoddam carmen lamentabile decantabant, quod Xviri dixerunt *Lessum facere*: hic vero apud Enniũ dicitur *fletum facere*.

Quum volito] Ineptissime vulgo, *quur? volito*.

PAG. 189. *Orcino traditus thesauro*] *Thesaurus* proprie quod Græci λάκκον vocant. Vide in tertio Coniectaneo in Varronem.

PAG. 194. *Aretine calix*] Nullum dubium est, quin ita legendum sit:

Aretine calix mensis decor ante paternis.
Magij mendici, quam bene sanus eras.

Quis nescit Virgilij patrem Magium Figulum fuisse? Potes & legere *Maij mendici*, quod propius accedit ad corruptam lectionem. Nam *Magius* pro *Maius* dicebant, vt *Sergius* pro *Seruius*.

PAG. 197. *Corduba solue comas*] Senecæ, vt sane maior pars horum versuum.

PAG. 198. *Corsica Phocaio*] Ita v. c. & ita legendum. Sic in veteri inscriptione LITORE PHOCAIO.

Porrectior Ilua] Ita recte emendatum, cum codex haberet, *porrectior illa*. Sequentia omnia, & fere omnia præcedentia sunt Senecæ.

PAG. 204. *Crede ratem ventis*] In multis veteribus codicibus adtributitur Ciceroni.

PAG. 205. *Par in amore*] Corruptissimus hic versus omnino legi debet ita:

Par in amore meo viga tibi remanens.

Viga perperam scriptum pro *biga*. O biga remanens

par

par tibi in amore meo, quæ scilicet non trahis dispar iugum (quod Græci dicunt ἑτεροζυγεῖν) in amore meo, sed æquo iugo me amas. Sic eadem metaphora dicitur infra *Triga sodalitij*.

PAG. 208. *Iußit & hanc vitam*] Quidam codices: *Iußit; & hoc vitam dixit habere telos.* vel τέλος. quæ vera est lectio.

PAG. 211. *Lex erat ad digitũ posita concurrere palma*] Ita sine dubio legendum, cum missionem vellet dare Cæsar vtrique gladiatori, quorum alteruter ab altero vinci nunquam potuit, hac lege dedit, si alter a carceribus, alter a metis eodem momento temporis profectus, ita curreret, vt in concursu alter in alterius palmam digitum imponeret. Quod euenit, & vterq. palmarium habuit, tanquam inuictus. Oportebat igitur, vt vterq. digito indice manus dextræ infesto, sinistræ autem palma explicata curreret. Ita alter in alterius palmam in concursu immittebat. Elegans vero Epigramma & Martiale dignum.

PAG. 212. *Ablatus mihi Crispus*] Senecæ, vt & sequens.

PAG. 215. *Q. Ennij Hedepathetica*] Ita corrigendum ex corrupto *Hedesphagetica.*

Omnibus at Clupea] Clupea vrbs in ora Africæ.

Mitylus & pecten] Melius ita meo iudicio, quàm *Mitylena est pecten.* tametsi non ignoramus, Archestratum dixisse τὸν δ' κτένας ἢ μυτιλήνη.

Surrenti Chemas] Ita emẽdamus ex corrupto quod circumfertur, *Surrentes fac emas.* χῆμα genus ostrei.

PAG. 216. *Quoniam Charon eas faciebat nuptias*] Recte, non vt vulgo, *Quoniam canoras faciebat nuptias.*

PAG. 217. *Gallias Cæsar subegit*] Si quis Dionem

petat

petat loquentem de his in Cæsarem ridicule dictis; mirabitur summam hallucinationem Dionis.

PAG. 231. *Vite Sabine, Lacon sulco, sue cognite Laurens*] Puto: *Scrobe cognite Laurens*: Vt Almo vinitor, Theon arator, Thyrsis fossor intelligatur. Nam ridiculum eum subulcum, aut scrophipascum facere, cum ex sequenti versu appareat caprarium fuisse.

PAG. 236. *Si quis hamat effectus*] Elegantissime, vt Cicero apud Nonium, *adhamare honores*, quod mira elegantia enunciatum. Contra quam frigidum esset, *adamare*? Neque sane Latinum est *adamare honores*; pro captare honores. Quare qui Nonium reprehendunt, ipsi potius reprehendendi.

Prius morem Frugalitatis lege pellat exacta] Morem luxus pellat, noua frugalitate. Nihil clarius hac emendatione; quæ sane vt verissima, ita optima.

PAG. 242. *Latona genitam*] ἀνιστορησία. Nam vno partu edita cum Phœbo τῇ ἕκτῃ θαργηλιῶνος ἱσταμένου, qui mensis incidit in Maium Iulianum.

PAG. 244. *Quem recreat fessum gillo, facella, melo*] *Gillo* aliter dicitur *baucalis* in Glossis. Nomen retinet in Italia & Gallia. Est autem ampulla vitrea. *Facella*, vt puto, est acetarium. Vnde in vitis imperatorum, *facellaria* sunt vasa, in quibus reponuntur acetaria. *Melo* non est melo noster præstantissimus fructus, qui veteribus omnino ignotus fuit. Nam melones veterum sunt in generibus cucumerum, & onerosos stomacho scribit Plinius. Nihil eorum; quæ veteribus melonibus & peponibus suis, conuenit melonibus nostris, quibus & omnis ambrosia & nectar cedat licet.

FINIS.

NOTÆ

NOTÆ

FRIDERICI LINDEN-BRVCH

IN

APPENDICEM

P. VIRGILII MARONIS

ET

VETERVM POETARVM

CATALECTA.

LECTORI.

CVM sæpius audiuissem, beniuole lector, optimi huius libri, pauca admodum, imò propemodum nulla, exemplaria haberi, tandem typographo auctor fui vt denuo eum prælo committeret. Quod cum ille facere suscepisset, summa ope adnixus sum, vt quantum maxime fieri posset, prioribus editionibus melior & emendatior prodiret. id quod mihi feliciter cessit. Nactus enim sum exemplar, in quo ab Illustrissimo Domino Iosepho Scaligero Iul. Cæs. Filio, plurima addita, quædam etiam mutata erant, quæ omnia in vtriusque nostrum vsum hic sedulo exhibui. Poteram sane solus isto libro frui, sed publice prodesse malui: qua etiam vnica de causa notas hasce meas addi passus sum, non gloriolæ dulcedine instinctus. Hoc te monere volui, ne inscius esses. Vale.

NOTÆ

NOTÆ
FRIDERICI LINDENBRVCH
IN
CVLICEM
P. VIRGILII MARONIS.

QVÆ horum temporum ratio est; non defuturos arbitror qui Notas hasce meas vitilitigent, culpentque quod ego, qui primum hoc specimen studiorum meorum exhibeo, tam leuia, tam pæne nullius momenti adferam, cum merito docta deberem, & non nisi laudabilia; quippe cui iuuenilis ætas, ingenium integrum est, nec longo vsu aut iugi labore exhaustum. Ita fateor, & quo me tuerer vix haberem, nisi insusurrasset Apollinaris, *Donec scientiam natura combiberit, non maior est gloria dixisse quod noueris, quam fuisse quod nescias.* Et profecto, si rem recte consideres, boni aliquid in hos scriptores post illustrissimum I. Scaligerum dicere oppido quam difficile videbitur: tanta summi viri in eorum maculis delendis diligentia & felicitas fuit, quæ tum demum recte apparebit, si quis hanc nostram editionem, cum retrò aliquot editionibus contenderit. Negari tamen non potest, aliquos adhuc restare næuulos: eos ego, etsi non valebo omnes, adtingam vel paucos tamen. nec hoc mihi vitio erit si quosdam reliquero.

Nō enim cursim aut remisse tā minuta acumina

Adsequi quicunque poterit, sed morosa intentio. Hæc præfanda duxi, nunc ad rem.

PAG. 2. *Lurida qua patulos*] Nisi iam eleganter hic locus a Domino Scaligero emendatus esset, legerem, *Plurima qua patulos*; & profecto non male.

PAG. 3. *Gemmantes picta per herbas*] Sic in Peruigilio Veneris; *Ipsa gemmeis purpurantem pingit annum floribus.*

PAG. 4 *Libera simplicibus curis.*] Puto mendum in his esse. nam melius meo iudicio dixisset, Libera magnis vel grauibus curis. Non tamen, quam huic substituam comminisci vocem queo.

PAG. 6. *Argutis & cuncta f. a. cicadis*] *Argutum grillum* dixit V. Cato in Diris, vnde Nouius Exodio: *Quando ad ludos venit, alij cum tacent totum diem argutatur quasi cicada.*

Proiectus membra soporem] Lego *Porrectus.* conueniens huic rei vox. Sic Plautus in Pseudolo:

Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.

Humoris alumnus] Ita Culices describit, quod humore nascantur. Plinius lib. IX. cap. XV. *Arescente humore culices* (scilicet *proueniunt.*) Inepte alij hæc legunt & explicant.

PAG. 7. *Naturæ pupula telo Icta leui*] Eleganter Tertullianus, quod cum telo semper volet *Culicis tubam & lanceam* dixit. Ælianus quoque de Animal. lib. XIIII. cap. XXII. Κώνωπι δὲ αἱρεῖται μόνῳ πονηρῷ μὲν ξώῳ, καὶ μὲν ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἀνθρώποις ἐχθρῷ καὶ δακεῖν καὶ βοῆσαι.

Cecinit conuicia] Lucanus Panegyr:

Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.

Antiqui hoc *occentare* dicebant. Festus: *Occentassint antiqui dicebant, quod nunc conuicium fecerint dicimus,*

quod

quod id clare & cum quodam canore fit, vt procul exaudiri poßit.

PAG. 9. *Post mortem vindicat acta.*] Monuit D. Scaliger veterem membranam habere *iudicat.* Ego malim τὸ *vindicat:* Præclare Manilius lib. v.

Quæsitor scelerum veniet vindexque reorum,
Qui commissa suis rimabitur argumentis.

PAG. 10. *Menstrua virgo*] Luna. Sic Martianus Capella lib. IX. dixit *menstruam lampadem*, lunam intelligens, quæ modulationibus menstruis variat, æquali vicissitudine, lucem semper atque obscuritatem resumens.

PAG. 12. *Vnda sideribus certat consurgere*] Virgilius *Sidera verberat vnda.*

PAG. 13. *Telluris tumulus formatum creuit in orbem*] Nobilissimus doctissimusque iuuenis Ianus Douza legendum putat *cumulus.*

IN CIRIN.

PAG. 14. VNDE *hominum errores*] Videtur sumtum ex Lucretij lib. II.

Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere,
Edita doctrina sapientum templa serena,
Despicere vnde queas alios, paßimque videre
Errare, atque viam palanteis quærere vitæ.

Quo etiam Claudianus allusit in Panegyr. Mallij:

— Ex alta mortalia despicit arce.

PAG. 15. *Peplo*] Bene de hoc peplo Suidas: Πέπλος τὸ ἄρμενον τῆς παναθηναϊκῆς νεώς. ἣν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ πενταετηρίας, ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ ἐλευσινίου. πέπλον δὲ τοῦτο

ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐρεοῦν αὐτὸν εἶναι. ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ ἐγκέλαδος ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθήνα. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς, ἢ ὅτι νικήσαντες οἱ Ἀθηναῖοι πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ ἐνέγραψαν τοὺς ἀριστοὺς ἐν αὐτῷ. Id peplum Athenis, quinto quoque anno, hoc est, quarto completo, & quinto incipiente, circumferebatur; vt ex Plauti exemplo ab Illustrissimo Scaligero citato, & aliis scriptoribus patet. Et fallitur Lutatius, Statij vetus & doctus interpres, qui tertio quoque anno id factum putat. Cuius verba hæc sunt: *Peplum est vestis candida, aureis clauis picta sine manicis, quod simulachris fiebat. Sed hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum, quod matronæ suis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* Nisi quis *inter quinquennium*, legendum dicat; quasi non Lutatij error sit, sed ex scriptorum, qui sæpe nobis huiusmodi portenta monstra pepererunt; quod equidem crediderim.

PAG. 18. *Indomita virtute r. m.*] *Indomitas virtute r. mentes.*

Roseus fulgebat vertice crinis] Hunc infra *Purpureum crinem* vocauit, quomodo & Statius Silua IIII. lib. III.

Hinc & purpurei cedat coma saucia Nisi.

Cuius quam seruata diu.] Ouidius lib. VIII. Metamorph:

— quam Nisus habet cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat, magni fiducia regni.

Hyginus Fabul. CXCVIII. *Nisus Martis filius, siue vt alij Deionis* (malim *Pandionis*, vt apud Apollodorum lib. III.) *filius, rex Megarensium, in capite crinem purpureum habuisse dicitur. Cui responsum fuit, tamdiu eum*

regnatu-

regnaturum, quamdiu eum crinem custodiisset.

PAG. 19. *Sæpe r. p. ascendere producta muros*] Nobilissimus Dominus Ianus Douza pater, *Perdita* legere mauult.

PAG. 20. *Vigilumque procul custodia primis Excubias foribus.*] Absque dubio rectum erit si legatur, — *primas Excubias foribus studio* &c. Diuidebantur enim Vigiliæ in quatuor partes. Censorinus de die Natali cap. x: *Alij diem quadripartito, sed & noctem similiter diuidebant; id similitudo testatur militaris, vbi dicitur, Vigilia prima, item secunda, & tertia, & quarta.* Vise Vegetium lib. de Re militari III. cap. VIII. Et seruatur hic ordo non solum in militia, sed etiam in principum domibus, Apuleius de Mundo: *Ante fores viri fortes, stipatoresque regalium laterum, tutela peruigili, custodiam per vices sortium sustinebant.* Nec minori cura hoc fiebat in nauibus. Petronius Arbiter: *Illud miror, Eucolpi, tibi non succurrisse vnum nautam stationis perpetuæ interdiu noctuque iacere in scapha, nec posse inde custodem, nisi aut cæde expelli, aut præcipitari viribus.* Quod & ex legum Naualium Rhodiorum verbis intelligitur, in quibus præfecti vigilum mentio fit, quem βιγλίων πρωρὸν vocant, vnde & ἡμεροβίγλιον apud Curopalatam ἀπὸ τῆς βίγλης, ex Latio, qui eius sæculi mos erat, sumpto vocabulo. Verba legis hæc sunt: εἰ δὲ καὶ ὁ ἀρμενιστὴς ἀμελήσας, καὶ ὁ βιγλίων πρωρεὺς ἀποκοιμηθῇ ὡς διαβεβαιχεὶς ἀπώλετο ὁ ἀρμενίζων, καὶ ὁ κυβερνήτης ἀζήμιος φυλαττέσθω. Vocabantur huiusmodi vigiles *Noctiani* antiquis. Glossarium Græco-latinum: Νυκτόφυλαξ, *Noctianus, Nocte custos, Vigilis.* Hij autem qui in nauibus excubabant, etiam Ναυφύλακες & *Diatarij* Vlpiano L. 1. § 3. D. Nautæ, caup. stab. Paulo

lib. III. Tit. VII. *Zetarij*, (quomodo *Zabulon* pro Diabolon) vocantur, nimirum a Diæta, quæ erat custodum non solum in nauibus, verum & domibus. Planum hoc ex inscriptione lapidis Tiburtini. AD ID SEPVLCHRVM HORTVS QVI EST CINCTVS MACERIA, ET DIÆTA AIVNCTA IANVÆ CVSTODIÆ CAVSA SEPVLCHRO CEDAT. Nam custodes post ianuam locatos paucos puto esse qui ignorent. Vnde etiam *Ianizari* apud Turcas. Calchondilas de eorum gestis lib. I. *Othomannici generis principem satellites sibi adhibuisse & allegisse, quos Ianizaros, id est ianuas regis seu principis appellauerit.*

Suspensa leuans digitis vestigia primis] Sic Apuleius Milesiarum lib. III. *Suspenso & insono vestigio me perduxit.* Maximianus Elegia III.

Fallere sollicitos suspensos ponere gressus,
Et tota nullo currere nocte sono.

Sed optime Tibullus, vt me monuit Nobilissimus Douza Fil. *Vestigia furtim*
Suspenso digitis fert taciturna gradu.

PAG. 25. *Terque nouena ligat*] Multi huius rei meminerunt. Horatius Sat. VIII. lib. I.

Herbas atque incantata lacertis
Vincula cum magno risuque iocoque videres.

Nemesianus Ecloga IIII.

Hac eadem nobis varieque colorib. fila
Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas.

In quibus versibus maximum poetam imitatus est in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore,
Licia circumdo. — De venefica quoque ita scribit

bit Petronius Arbiter: *Illa de sinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicemque vinxit meum.* Polyæni scilicet, cuius, vt ipse loquitur, inguinum vires funeratæ erant. Morbos enim venefici ligamentis sanabant. Marius Victorinus in Ciceronem: *Medici officium curare est, sed quia multi & incantatione & ligaturis curant, curare, inquit, sed apposite ad sanitatem.* Sed præcipue morbos inguinum: quod & Plinius docet lib. XXVIII. cap. IIII. *Inguinibus medentur aliqui licium tela detractum alligantes nouenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina adligantes licio.* Cornelius Celsus: *Imponendum licium ex vino est, aut amurca cocta cum eodem.*

Ter in gremium mecum, inquit, despue] Est & hoc ex arte venefica. Theocritus. εἰδ. ζ. γραία τε παρεῖν:

Ἄντις ἀποφθύσδοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι. Vbi vetus eius Scholiastes, εἰώθασι ϐ αἱ γραῖαι ὅταν ἐπάδωσιν ἐπιπτύειν. Erat autem ingens veterum in hac re superstitio. Nam & cædes dolo malo perpetratæ expuendo expiabantur. Scholiastes Apollonij lib. IIII. sectione XXXIII. οἱ δολοφονοῦντες ἀρχαίως ἀκρωτηριάσματά τινα ἐπάνω τοῦ ἀναιρουμένου. καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξῆρτων τοῦ τραχήλου αὐτῶν. ἔπειτα τοῦ αἵματος αὐτοῦ λαβόντες, τρὶς εἰς τὸ στόμα ἔπτυον. Ad fascinum quoque arcendum in sinum spuebant. Probus commentator Iuuenalis ad illum Satyræ VII. versum: *Conspuiturque sinus. Propter fascinum,* inquit, *verborum ter sibi in sinum spuunt, & videntur fascinum arcere.* Theocritus: ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Vise Tibull. lib. I. Eleg. II. In medicina quoque solebant despuere. Plinius lib. XXVIII. cap. IIII. *Veniam a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo. Etiam eadem*

ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est. quod & apud Petronium Arbitrum anus illa obseruat, *Max turbatum sputo puluerem medio sustulit digito, frontemque repugnantis signauit. Hoc peracto carmine ter me iussit expuere.* Vbi & de sputo addit quo frontem notabant. cuius etiam sic meminit Persius Satyra II.

— Frontemque atque vda labella

Infami digito, & lustralibus ante saliuis Expiat.

Vise Propertium lib. IIII. Elegia VII.

PAG. 26. *Capiti Scylla est inimica paterno*] Ouidius Metamorph. lib. VIII.

— Thalamos taciturna parentis

Intrat, & (heu facinus) fatali nata parentem

Crine suum spoliat. Hyginus Fabula CXCVIII. *Nisum Minos Iouis filius oppugnatum cum venisset, a Scylla Nisi filia, Veneris impulsu est amatus, quem vt victorem faceret, patri dormienti fatalem crinem pracidit.*

Tum suspensa n. r. de nauibus altis] Eustathius in Dionysium Alexandrinum ad temonem suspensam fuisse, ait: Μίνως λαβὼν τὰ Μέγαρα διὰ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρὸς ἐρασθείσης αὐτοῦ, καὶ ἀποτεμούσης τὴν τοῦ πατρὸς κεφαλὴν, ἐνενοήσατο ὅτι ἡ τὸν πατέρα προδοῦσα, οὐδενὸς ἂν ῥᾳδίως φείδοιτο, καὶ διὰ τοῦτο προσδήσας τῷ πηδαλίῳ νηὸς τὴν πατροδότιν καὶ πατροφόντιν, ἀφῆκε σύρεσθαι διὰ θαλάσσης· καὶ αὐτὴ μὲν εἰς ὄρνεον μετεβλήθη. Neutrum agnoscit Hyginus, qui ita scribit: *Illa se in mare pracipitauit, ne persequeretur.*

Cara Iouis soboles] Versus totus ex IIII. Virgilij Ecloga: nisi quod ibi pro *Iouis* legatur *Deum*.

PAG. 28. *Tellus tumulauit arena*] Malim *Tumulabit*.

Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon] Plane ita hæc coniungit Statius Thebaid. I.

Præ-

Præterit hinc arte scopuloso in limite pendens
Infames Scyrone petras, scyllæaque rura
Purpureo regnata seni, mitemque Corinthon
Linquit, & in mediis audit duo littora campis.

PAG. 29. *Cymba velut magnas sequitur*] Phaselli ita ad maiores naues religabantur. Statius Silua II. lib. III. *Quæque secuturam religent post terga phaselon.* Leges Nauales Rhodiorum Καράβους & ἐφόλκια vocant. Vnde etiam conuiuæ, σκίαι alias dicti, ἐφόλκοι vocantur. Aristophanes: Οὐ μὴν πρότου γ' ἐφολκὸς ἦν. Vbi Scholiastes: ἔφολκις κυρίως λέγεται ἡ λέμβος, ἤτοι ἡ μικρὰ ναῦς, ἡ ὑφ' ἑτέρας μεγίστης νεὼς ἑλκομένη διὰ βραδυτῆτα. φησὶ γοῦν κἀνταῦθα ὅτι οὐχ ὑπό τινος ἑλκόμενος ἐξήρχετο, ἀλλὰ πρῶτον ἡγεῖτο ἡμῶν: νυνὶ δὲ τί παθὼν οὐκ ἐξέρχεται. Latini hos *Vmbras* vocant. Horatius lib. II. Serm. vltimo: *Quos Mæcenas adduxerat vmbras.* Et *Iscurras.* Isidorus: *Iscurra vocatur qui causa escæ quemlibet consectatur.* Plautus Pœnulo:

Faciunt scurræ quod solent, pone sese homines locant.

PAG. 29. *Facti de nomine Ciris*] Cirin a tondendo dictam etiam Ouidius vult lib. VIII. Metamorph: *Plumis in auem mutata vocatur*
Ciris, & a tonso est hoc nomen adepta capillo.

Κείρειν enim tondere significare satis notum. Hesychius Cirin ita interpretatur: Κεῖρις, ὄρνεον ἱέραξ, οἱ δὲ ἀλκυόνα. Alij aliter interpretantur. In auem Cirim mutatam omnium quod sciam opinio est. a quibus tamen dissentit Hyginus, qui eam in piscem transfiguratam ait; Fabula CXCVIII. *Nisus dum filiam persequitur, in auem halicton, id est, aquilam marinam conuersus est. Scylla filia in piscem Cirim quem vocant,*

hodieque si quando ea auis eum piscem natantem conspexerit, mittit se in aquam, raptumque vnguibus dilaniat. Κιεὺς est qui & ἄδωνις dicitur. Hesychius Κιεὺς, λύχνος, ὄρνεον, ἢ ἄδωνις, λάκωνες. Vide Suidam.

PAG. 30. *Et pedibus teneris vngues suffixit acutos*] Similiter Apuleius libro Milesi. III. de muliere maga, quæ sese in bubonem plumabat: *Membra tremulo succussu quatit. Quis leniter fluctuantibus, promicant molles plumulæ, crescunt fortes pinnulæ; duratur nasus incuruus, coguntur vngues adunci, fit bubo Pamphile.*

IN ÆTNAM.

PAG. 31. DOMITIS *nemo Cererem iactaret in aruis.*] Philostratus Icon. lib. II. in Cyclope: Οἱ θερίζοντες τὰ λήια, καὶ τρυγῶντες τὰς ἀμπέλους, οὔτε ἤρωσαν ὦ παῖ ταῦτα, οὔτε ἐφύτευσαν, ἀλλὰ αὐτόματα ἡ γῆ σφίσιν ἀναπέμπει ταῦτα. εἰσὶ γὰρ δὴ κύκλωπες, οἷς οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου τὴν γῆν οἱ ποιηταὶ βούλονται αὐτοφυᾶ εἶναι, ἃ ἂν φέρει. *Domitis* autem *aruis* dixit, quemadmodum Petronius: *Aratro domefacta tellus nitet.*

PAG. 32. *Et ructet ab imo*] Plinius lib. II. cap. CIII. de Ætna loquens: *Quinquaginta & centena millia passuum arenas flammarum globus eructet.*

PAG. 33. *Funduntur fulmina*] Hesiodus Theogonia, οἱ δὲ κεραυνοὶ ἴκταρ ἅμα βροντῇ τε καὶ ἀστεροπῇ ποτέοντο χειρὸς ἄπο στιβαρῆς &c. Vbi lege reliqua, nam huc pertinent.

PAG. 37. *Glomeratus nimbus arena*] Lucretius lib. VI. — *Extollere flammas*
Saxaque subiectare, & arenæ tollere nimbos.

PAG. 38. *Sacra perurgentem capitis adtollere cæli.*]

Ita

Ita recte emendatum Scaligero. & firmandæ coniecturæ fecerint ista Manilij lib. II.

Quis neget esse nefas inuitum prendere mundum,
Et velut in semet captum deducere in orbem.

Idem lib. IIII. *peruidimus omnem:*

Et capto potimur mundo.

Hæc monuit amicissimus I. Douza Filius.

Nautæ quo sidere lintea tendant &c.] Inuentores huius artis primi Phœnices fuere. Plinius lib. VII. cap. LVI. Sed Tiphyn fabulantur poetæ. Valerius Flaccus lib. I.

Peruigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades, felix stellis qui segnibus vsum
Et dedit æquoreos cælo duce tendere cursus.

Quod ille ex Apollonij lib. I. sumsit:

Τῖφυς Ἁγνιάδης σιφαέα κάλλιπε δῆμον
Θεσπιέων, ἐσθλὸς μὲν ὀρινόμενον προδαῆναι
Κῦμ' ἁλὸς εὐρείης, ἐσθλὸς δ' ἀνέμοιο θυέλλας
Καὶ πλόον ἠελίῳ τε καὶ ἀστέρι τεκμήρασθαι.

PAG. 39. *Et quæcunque iacent tanto miracula mundo.*] Douza legit *toto m. m.*

Nam quæ, mortales, spes est] Posset legi: *Nam quæ, mortales, res est.* Vt sæpissime apud Comicos: Plautus Milite: *Sed quid hoc? quæ res est? quid video.*

Ante pedes transire] Autor vetus apud Donatum in Adelphis: *Quod ante pedes est non videt, cæli scrutatur plagas.* Quod iculariter dictum fuit in Thaletem; qui, cum siderum cursum contemplaretur, in puteum decidit. Diogenes Laertius: Σὺ γὰρ ὦ Θαλῆ τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι. nec longe ab his abit illud Minutij Felicis in Octauio, *Desinite cæli plagas, & mundi fata & secreta rimari,*

rimari, satis est pro pedibus aspicere.

Euertimus omne profundum.] Douza *euerrimus.*

PAG. 40. *Præcipiti delata sono.*] In V. C. *delecta* legitur, quod Illustrissimus I. Scaliger in *deiecta* mutat. Mihi tamen illud *delecta* etiam probum videtur. *Deligere* enim antiquitus pro deiicere vsurpatum apud Terentium legitur. Plautus quoque Asinaria ea voce vsus: Scena, Cur me retentas:

Huic quod dem nusquam quicquam est
Hinc me clamore ex ædibus delegit huius mater.

Sic enim malo ex V. C. Florentino legere, quam vt alij, *Hinc me amantem eiecit. Clamor* hic conuicium, vt & apud Pacuuium.: *Vbi illic est, me miserum quia nam clamore eliminat.* Sic etiam dicebant *eligere* pro eiicere. Lycon apud Rutilium Lupum: *Interea alium contumelioſe extra ianuam electum, vacillantem puer sustentat.* nec puto mendosum locum esse.

PAG. 45. *Vulcani nomine sacra.*] Gratius:

Est in Trinacria specus ingens rupe, cauique
Introrsum reditus, circum atra mania silua
Alta premunt, ruptique ambustis faucibus amnes.
Vulcano condicta domus, quam subter euntí
Stagna sudant veni, oleoque madentia viuo.

Vide Cassiodorum lib. III. Variarum XLVII.

PAG. 48. *Follesque trementes Exanimant.*] Lego *tumentes.* Quæ enim sufflata sunt tumida dicuntur. Vnde *sufflare se*, pro iracsci posuit Plautus: eadem etiam de causa *in fermento esse*, quia qui iracscuntur tumidi fiunt. Et *tumentes* pro iratis dixit Plinius Panegyrico Traiani: *Principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant.* Ergo, vt dixi, verum esse puto *tumentes*, nam fere semper ita coniunge-

iungebant hæc duo, adeo vt & separatim *Follicare* pro tumere vsurparent, vt Hieronymus ad Eustach: de custodienda virginitate *Follicantes caligas*, id est distentas seu tumidas. Et eleganter in Glossario *Follis* exponitur ἀσκός. quo significatu legitur apud Apuleium & alios: idcoque etiam corpus humanum *Folliculum* dixerunt. Lucillius apud Nonium in Folliculo. Arnobius lib. II. *Nihil est nobis promissum ad hanc vitam: nec in carunculæ huius folliculo constitutis, opis aliquid sponsum auxiliique decretum.* Sic Græci θύλακον vsurpant. Theodoretus de Martyrib. lib. VIII. οὐδέ γε ἀνάξαρχος ἐκεῖνος ὃς ὑπερόριε πτισσόμενος σιδηροῖς ἐλέγετο, ὡς φαῦλα πτίσσει τὸν ἀναξάρχου θύλακον. ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πτίσσεις. quod ex Diogene Laertio sumsit lib. IX. in Anaxarcho, vbi ita legitur: πτίσσε τὸν ἀναξάρχου θύλακον, ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις. Ad verbum expressit Tertullianus Apologetico cap. vltimo: *Anaxarchus cum in exitium ptissanæ pilo contunderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Atque vt hi *follem* dixere, sic Varro *corticem* in Tithono περὶ γήρως. *Sic maturata matura anima corporeum corticem facile relinquit.*

IN OBITVM M. T. CICERONIS.

PAG. 51. VINDEX *ille fori, legum ritusque togaque.*] In V. C. corrupte legitur, *virusque.* Scribo, *legum iuramque.* Sic Cato apud Charisium Sosipatrum lib. I. *iurum legumque cultores.*

IN DIRAS.

PAG. 56. MONTIBVS *& siluis d. t. f. Lycurge*] Sæpe in scriptoribus huius Lycurgi facti mentio fit. de quo etiam Philippus, qui sibi secures eius optat, vt vites abscindat, Antholog. lib. I. cap. II. ΕΙΣ ΑΜΠΕΛΟΝ:

Δίζημαι λυκοεργὲ τεὰς χέρας, ὡς ἀπὸ ῥίζης
Κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν ὅλον θερίσῃς.

Plura de hoc Lycurgo scire qui voluerit, legat Apollodorum Biblioth. lib. III. Iul. Firm. de errore profan. rellig.

Ipsæ non siluæ frondes, non flumina montes] Absque dubio legendum, *Non flumina fontes.* Quod rectum esse probat quintus ab hoc versus, vbi eadē repetit:

Desint & siluis frondes & fontibus humor.

PAG. 59. *Hoc formosa magis*] Nobilissimus Douza Pater ita duos hos versus legendos existimat:

Hoc formosa magis, mea quod formosa puella est
Vobiscum, & tacite nostrum suspirat amorem.

Douza autem Filius: *Nostri suspirat amore.* Mihi nihil mutandum videtur. Sic enim locutus Tertullianus Apolog. cap. XV. *Cybele pastorem suspirat fastidiosum erubescentibus vobis.*

PAG. 60. *Veneris stipendia*] Douza pater mauult *Dispendia.*

IN PRIAPEIA.

PAG. 62. SED *ruber hortorum custos*] *Ruber* dicitur propter fascinum rubrum. Catullus: *Sedet reuinctus cum rubenti fascino.* & alibi in Priapeis,

Rubro

Rubro Priape furibus minare mutino.

Horat. lib. 1. Sat. VIII.

Obscænoque ruber porrectus ab inguine palus.

PAG. 63. *Cum teget obsessas inuida barba genas*] Malim, *Ninguida barba*. Sic infra,

— canis cum barba caput albicet capillis.

Ex Elephantidos libellis] Martia. lib. XII. Epig. XLIII.

Quales nec Didymæ sciunt puellæ,
Nec molles Elephantidos libelli,
Sunt illic Veneris nouem figuræ.

Vbi nouem figuræ illæ sunt, de quibus Philænis librum conscripsit. Infra:

Tot figuras, quot Philænis enarrat.

Ex Elephantidos libellis Tiberius, qui libidinosissimus fuit, figuras depingi curauit, quibus cubiculum instruxit, ne cui in opera edenda, vt Suetonius de eo loquitur, exemplar imparatæ scenæ deesset.

Quod meus hortus habet.] Imitatum in Epigrammate veteri:

Quod meus hortus habet gratanti suscipe mente.
Sic frueris latus quod tuus hortus habet.

Quemadmodum hic *hortus*, sic etiam apud Græcos κάπος vsurpatur. Hesychius κάπος, γυναικὸς αἰδοῖον. Latine ad verbum *Saltus*. Plautus Casina:

— Tegit vestis id qui estis, [ire.
Vbi illum saltū video obseptum rogo vt altero sinat

PAG. 64. *Non me Praxiteles Scopusve fecit*] Columella lib. x.

Non tibi Dædalia quærantur munera dextra,
Nec Polycletea, nec Phragmonis, aut Agelada
Arte laboretur, sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐρεοῦν αὐτὸν εἶναι. ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ ἐγκέλαδος ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθήνα. ὧν δὲ τῶν γιγάντων εἷς, ἢ ὅτι νικήσαντες οἱ Ἀθηναῖοι πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ ἐνέγραψαν τοὺς ἀριστοὺς ἐν αὐτῷ. Id peplum Athenis, quinto quoque anno, hoc est, quarto completo, & quinto incipiente, circumferebatur; vt ex Plauti exemplo ab Illustrissimo Scaligero citato, & aliis scriptoribus patet. Et fallitur Lutatius, Statij vetus & doctus interpres, qui tertio quoque anno id factum putat. Cuius verba hæc sunt: *Peplum est vestis candida, aureis clauis picta sine manicis, quod simulachris fiebat. Sed hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum, quod matronæ suis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* Nisi quis *inter quinquennium*, legendum dicat; quasi non Lutatij error sit, sed exscriptorum, qui sæpe nobis huiusmodi portenta monstra pepererunt; quod equidem crediderim.

PAG. 18. *Indomita virtute r. m.*] *Indomitas virtute r. mentes.*

Roseus fulgebat vertice crinis] Hunc infra *Purpureum crinem* vocauit, quomodo & Statius Silua IIII. lib. III.

Hinc & purpurei cedat coma saucia Nisi.

Cuius quam seruata diu.] Ouidius lib. VIII. Metamorph.

— quam Nisus habet cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat, magni fiducia regni.

Hyginus Fabul. CXCVIII. *Nisus Martis filius, siue vt alij Deionis* (malim *Pandionis*, vt apud Apollodorum lib. III.) *filius, rex Megarensium, in capite crinem purpureum habuisse dicitur. Cui responsum fuit, tamdiu eum*

 regnatu-

regnaturum, quamdiu eum crinem custodiisset.

PAG. 19. *Sæpe r. p. ascendere prodita muros*] Nobilissimus Dominus Ianus Douza pater, *Perdita* legere mauult.

PAG. 20. *Vigilumque procul custodia primis Excubias foribus.*] Absque dubio rectum erit si legatur, — *primas Excubias foribus studio* &c. Diuidebantur enim Vigiliæ in quatuor partes. Censorinus de die Natali cap. x. *Alij diem quadripartito, sed & noctem similiter diuidebant; id similitudo testatur militaris, vbi dicitur, Vigilia prima, item secunda, & tertia, & quarta.* Vise Vegetium lib. de Re militari III. cap. VIII. Et seruatur hic ordo non solum in militia, sed etiam in principum domibus. Apuleius de Mundo: *Ante fores viri fortes, stipatoresque regalium laterum, tutela peruigili, custodiam per vices sortium sustinebant.* Nec minori cura hoc fiebat in nauibus. Petronius Arbiter: *Illud miror, Eucolpi, tibi non succurrisse vnum nautam stationis perpetuæ interdiu noctuque iacere in scapha, nec posse inde custodem, nisi aut cæde expelli, aut præcipitari viribus.* Quod & ex legum Naualium Rhodiorum verbis intelligitur, in quibus præfecti vigilum mentio fit, quem βιγλίων φρουρὸν vocant, vnde & ἡμεροβίγλιον apud Curopalatam ἀπὸ τῆς βίγλης, ex Latio, qui eius sæculi mos erat, sumto vocabulo. Verba legis hæc sunt: εἰ δὲ καὶ ὁ ἀρμενιστὴς ἀμελήσας, καὶ ὁ βιγλίων φρουρὸς ἀποκοιμηθῇ ὡς διαβραχεὶς ἀπώλετο ὁ ἀρμενίζων, καὶ ὃν κρουσῃ ἀζήμιος φυλαττέσθω. Vocabantur huiusmodi vigiles *Noctiani* antiquis. Glossarium Græco-latinum: Νυκτόφυλαξ, *Noctianus, Nocte custos, Vigilis.* Hij autem qui in nauibus excubabant, etiam Ναυφύλακες & *Diætarij* Vlpiano L. 1. §. 3. D. Nautæ, caup. stab. Paulo

lib. III. Tit. VII. *Zetarij*, (quomodo *Zabulon* pro Diabolon) vocantur, nimirum a Diæta, quæ erat custodum non solum in nauibus, verum & domibus. Planum hoc ex inscriptione lapidis Tiburtini. AD ID SEPVLCHRVM HORTVS QVI EST CINCTVS MACERIA, ET DIÆTA AIVNCTA IANVÆ CVSTODIÆ CAVSA SEPVLCHRO CEDAT. Nam custodes post ianuam locatos paucos puto esse qui ignorent. Vnde etiam *Ianizari* apud Turcas. Calchondilas de eorum gestis lib. I. *Othomannici generis principem satellites sibi adhibuisse & allegisse, quos Ianizaros, id est ianuas regis seu principis appellauerit.*

Suspensa leuans digitis vestigia primis] Sic Apuleius Milesiarum lib. III. *Suspenso & insono vestigio me perducit.* Maximianus Elegia III.

Fallere sollicitos suspensos ponere gressus,
Et tota nullo currere nocte sono.

Sed optime Tibullus, vt me monuit Nobilissimus Douza Fil. *Vestigia furtim*
Suspenso digitis fert taciturna gradu.

PAG. 25. *Terque nouena ligat*] Multi huius rei meminerunt. Horatius Sat. VIII. lib. I.

Herbas atque incantata lacertis
Vincula cum magno risuque iocoque videres.

Nemesianus Ecloga IIII.

Hæc eadem nobis varieque colorea fila
Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas.

In quibus versibus maximum poetam imitatus est in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore,
Licia circumdo. — De venefica quoque ita scribit

bit Petronius Arbiter: *Illa de sinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicemque vinxit meum.* Polyæni scilicet, cuius, vt ipse loquitur, inguinum vires funeratæ erant. Morbos enim venefici ligamentis sanabant. Marius Victorinus in Ciceronem: *Medici officium curare est, sed quia multi & incantatione & ligaturis curant, curare, inquit, sed apposite ad sanitatem.* Sed præcipue morbos inguinum: quod & Plinius docet lib. XXVIII. cap. IIII. *Inguinibus medentur aliqui licium tela detractum alligantes nouenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina adligantes licio.* Cornelius Celsus: *Imponendum licium ex vino est, aut amurca cocta cum eodem.*

Ter in gremium mecum, inquit, despue] Est & hoc ex arte venefica. Theocritus. εἰδ. ζ. γραῖα τε παρεῖν:

Ἄτις ἐπιφθύσδοισα τὰ μὴ, καλὰ νόσφιν ἔρυκοι. Vbi vetus eius Scholiastes, εἰώθασι γὰρ αἱ γραῖαι ὅταν ἐπάδωσιν ἐπιπτύειν. Erat autem ingens veterum in hac re superstitio. Nam & cædes dolo malo perpetratæ expuendo expiabantur. Scholiastes Apollonij lib. IIII. sectione XXXIII. οἱ δολοφονοῦντες ἀρχαίως ἀκρωτηριάσματά τινα ἐπαίρον τοῦ ἀναιρουμένου. καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξήρτων τοῦ τραχήλου αὐτῶν. ἔπειτα τοῦ αἵματος αὐτοῦ λαβόντες, τρὶς εἰς τὸ στόμα ἔπτυον. Ad fascinum quoque arcendum in sinum spuebant. Probus commentator Iuuenalis ad illum Satyræ VII. versum: *Conspuiturque sinus. Propter fascinum*, inquit, *verborum ter sibi in sinum spuunt, & videntur fascinum arcere.* Theocritus: ὡς μὴ βασκανθῶ γὰρ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Vise Tibull. lib. I. Eleg. II. In medicina quoque solebant despuere. Plinius lib. XXVIII. cap. IIII. *Veniam a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo. Etiam eadem*

ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est. quod & apud Petronium Arbitrum anus illa obseruat. *Mox turbatum sputo puluerem medio sustulit digito, frontemque repugnantis signauit. Hoc peracto carmine ter me iussit expuere.* Vbi & de sputo addit quo frontem notabant. cuius etiam sic meminit Persius Satyra II.

— Frontemque atque vda labella
Infami digito, & lustralibus ante saliuis Expiat.

Vise Propertium lib. IIII. Elegia VII.

PAG. 26. *Capiti Scylla est inimica paterno*] Ouidius Metamorph. lib. VIII.

— Thalamos taciturna parentis
Intrat, & (heu facinus) fatali nata parentem
Crine suum spoliat. Hyginus Fabula CXCVIII.

Nisum Minos Iouis filius oppugnatum cum venisset, a Scylla Nisi filia, Veneris impulsu est amatus, quem vt victorem faceret, patri dormienti fatalem crinem præcidit.

Tum suspensa n. r. de nauibus altis] Eustathius in Dionysium Alexandrinum ad temonem suspensam fuisse, ait: Μίνως λαβὼν τὰ Μέγαρα διὰ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρὸς ἐρασθείσης αὐτοῦ, καὶ ἀποτεμούσης τὴν τοῦ πατρὸς κεφαλὴν, ἐνενοήσατο ὅτι ἡ τὴν πατέρα προδοῦσα, οὐδενὸς ἂν ῥαδίως φείδοιτο, καὶ διὰ τοῦτο προσδήσας τῷ πηδαλίῳ νηὸς τὴν πατροδότιν καὶ πατροφόντιν, ἀφῆκε σύρεσθαι διὰ θαλάσσης καὶ αὐτὴν μὲν εἰς ὄρνεον μετεβλήθη. Neutrum agnoscit Hyginus, qui ita scribit: *Illa se in mare præcipitauit, ne persequeretur.*

Cara Iouis soboles] Versus totus ex IIII. Virgilij Ecloga: nisi quod ibi pro *Iouis* legatur *Deum.*

PAG. 28. *Tellus tumulauit arena*] Malim *Tumulabit.*

Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon] Plane ita hæc coniungit Statius Thebaid. I.

Præ-

Præterit hinc arte scopuloso in limite pendens
Infames Scyrone petras, scyllæaque rura
Purpureo regnata seni, mitemque Corinthon
Linquit, & in mediis audit duo littora campis.

PAG. 29. *Cymba velut magnas sequitur*] Phaselli ita ad maiores naues religabantur. Statius Silua II. lib. III. *Quæque secuturam religent post terga phaselon.* Leges Nauales Rhodiorum Καράβους & ἐφόλκια vocant. Vnde etiam conuiuæ, σκίαι alias dicti, ἐφόλκοι vocantur. Aristophanes: Οὐ μὴν προτοῦ γ' ἐφολκὸς ἦν. Vbi Scholiastes: ἔφολκις κυρίως λέγεται ἡ λέμβος, ἤτοι ἡ μικρὰ ναῦς, ἡ ὑφ' ἑτέρας μεγίστης νεὼς ἑλκομένη διὰ βραδυτῆτα. φησὶ γοῦν κἀνταῦθα ὅτι οὐχ ὑπό τινος ἑλκόμενος ἐξήρχετο, ἀλλὰ πρῶτον ἡγεῖτο ἡμῶν: νυνὶ δὲ τί παθὼν οὐκ ἐξέρχεται. Latini hos *Vmbras* vocant. Horatius lib. II. Serm. vltimo: *Quos Mæcenas adduxerat vmbras.* Et *Iscurras.* Isidorus: *Iscurra vocatur qui causa escæ quemlibet consectatur.* Plautus Pœnulo:

Faciunt scurræ quod solent, pone sese homines locant.

PAG. 29. *Facti de nomine Ciris*] Cirin a tondendo dictam etiam Ouidius vult lib. VIII. Metamorph: *Plumis in auem mutata vocatur*
Ciris, & a tonso est hoc nomen adepta capillo.

Κείρειν enim tondere significare satis notum. Hesychius Cirin ita interpretatur: Κεῖρις, ὄρνεον ἱέραξ, οἱ δὲ ἀλκυόνα. Alij aliter interpretantur. In auem Cirim mutatam omnium quod sciam opinio est. a quibus tamen dissentit Hyginus, qui eam in piscem transfiguratam ait; Fabula CXCVIII. *Nisus dum filiam persequitur, in auem halicton, id est, aquilam marinam conuersus est. Scylla filia in piscem Cirim quem vocant,*

hodieque si quando ea auis eum piscem natantem conspexerit, mittit se in aquam, raptumque vnguibus dilaniat. Κιρὶς est qui & ἄδωνις dicitur. Hesychius Κιρὶς, λύχνος, ὄρνεον, ἢ ἄδωνις, λάκωνες. Vide Suidam.

PAG. 30. *Et pedibus teneris vngues suffixit acutos*] Similiter Apuleius libro Miles. III. de muliere maga, quæ sese in bubonem plumabat: *Membra tremulo succussu quatit. Quis leniter fluctuantibus, promicant molles plumulæ, crescunt fortes pinnulæ; duratur nasus incuruus, coguntur vngues adunci, fit bubo Pamphile.*

IN ÆTNAM.

PAG. 31. DOMITIS *nemo Cererem iactaret in aruis.*] Philostratus Icon. lib. II. in Cyclope: Οἱ θερίζοντες τὰ λήϊα, καὶ τρυγῶντες τὰς ἀμπέλους, οὔτε ἤρωσαν ὦ παῖ ταῦτα, οὔτε ἐφύτευσαν. ἄλλα αὐτόματα ἡ γῆ φίσιν ἀναπέμπει ταῦτα. εἰσὶ γὰρ δὴ κύκλωπες, οἷς οὐκ οἶδα ἐξ ὅτου τὴν γῆν οἱ ποιηταὶ βούλονται αὐτοφυᾶ εἶναι, ὧν φέρει. *Domitis* autem *aruis* dixit, quemadmodum Petronius: *Aratro domefacta tellus nitet.*

PAG. 32. *Et ructet ab imo*] Plinius lib. II. cap. CIII. de Ætna loquens: *Quinquaginta & centena millia passuum arenas flammarum globus eructet.*

PAG. 33. *Funduntur fulmina*] Hesiodus Theogonia, οἱ δὲ κεραυνοὶ ἴκταρ ἅμα βροντῇ τε καὶ ἀστεροπῇ ποτέοντο χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς &c. Vbi lege reliqua, nam huc pertinent.

PAG. 37. *Glomeratus nimbus arenæ*] Lucretius lib. VI. — *Extollere flammas*

Saxaque subiectare, & arenæ tollere nimbos.

PAG. 38. *Sacra perurgentem captiui adtollere cæli.*]

Ita

Ita recte emendatum Scaligero. & firmandæ coniecturæ fecerint ista Manilij lib. II.

Quis neget esse nefas inuitum prendere mundum,
Et velut in semet captum deducere in orbem.

Idem lib. IIII. *peruidimus omnem:*

Et capto potimur mundo.

Hæc monuit amicissimus I. Douza Filius.

Nautæ quo sidere lintea tendant &c.] Inuentores huius artis primi Phœnices fuere. Plinius lib. VII. cap. LVI. Sed Tiphyn fabulantur poetæ. Valerius Flaccus lib. I.

Peruigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades, felix stellis qui segnibus vsum
Et dedit æquoreos cælo duce tendere cursus.

Quod ille ex Apollonij lib. I. sumsit:

Τῖφυς Ἁγνιάδης σιφαέα κάλλιπε δῆμον
Θεσπιέων, ἐσθλὸς μὲν ὀρινόμενον προδαῆναι
Κῦμ' ἁλὸς εὐρείης ἐσθλὸς δ' ἀνέμοιο θυέλλας
Καὶ πλόον ἠελίῳ τε καὶ ἀστέρι τεκμήρασθαι.

PAG. 39. *Et quæcunque iacent tanto miracula mundo.*] Douza legit *toto m. m.*

Nam quæ, mortales, spes est] Posset legi: *Nam quæ, mortales, res est.* Vt sæpissime apud Comicos: Plautus Milite: *Sed quid hoc? quæ res est? quid video.*

Ante pedes transire] Autor vetus apud Donatum in Adelphis: *Quod ante pedes est non videt, cæli scrutatur plagas.* Quod iocularitet dictum fuit in Thaletem; qui, cum siderum cursum contemplaretur, in puteum decidit. Diogenes Laertius: Σὺ γὰρ ὦ Θαλῆ τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι. nec longe ab his abit illud Minutij Felicis in Octauio, *Desinite cæli plagas, & mundi fata & secreta rimari,*

rimari, satis est pro pedibus aspicere.

Euertimus omne profundum.] Douza *euerrimus.*

PAG. 40. *Præcipiti delata sono.*] In V. C. *delecta* legitur. quod Illustrissimus I. Scaliger in *deiecta* mutat. Mihi tamen illud *delecta* etiam probum videtur. *Deligere* enim antiquitus pro deiicere vsurpatum apud Terentium legitur. Plautus quoque Asinaria ea voce vsus: Scena, Cur me retentas:

Huic quod dem nusquam quicquam est
Hinc me clamore ex ædibus delegit huius mater.

Sic enim malo ex V. C. Florentino legere, quam vt alij, *Hinc me amantem eiecit. Clamor* hic conuicium, vt & apud Pacuuium.: *Vbi illic est, me miserum quia nam clamore eliminat.* Sic etiam dicebant *eligere* pro eiicere. Lycon apud Rutilium Lupum: *Interea alium contumelioſe extra ianuam electum, vacillantem puer sustentat.* nec puto mendosum locum esse.

PAG. 45. *Vulcani nomine sacra.*] Gratius:

Est in Trinacria specus ingens rupe, cauique
Introrsum reditus, circum atra mœnia silua
Alta premunt, ruptique ambustis faucibus amnes
Vulcano condicta domus, quam subter euntis
Stagna sudant veni, oleoque madentia viuo.

Vide Cassiodorum lib. III. Variarum XLVII.

PAG. 48. *Follesque trementes Exanimant.*] Lego *tumentes.* Quæ enim sufflata sunt tumida dicuntur. Vnde *sufflare se*, pro irasci posuit Plautus: eadem etiam de causa *in fermento esse*, quia qui irascuntur tumidi fiunt. Et *tumentes* pro iratis dixit Plinius Panegyrico Traiani: *Principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant.* Ergo, vt dixi, verum esse puto *tumentes*, nam fere semper ita coniunge-

iungebant hæc duo, adeo vt & separatim *Follicare* pro tumere vsurparent, vt Hieronymus ad Eustach: de custodienda virginitate *Follicantes caligas*, id est distentas seu tumidas. Et eleganter in Glossario *Follis* exponitur ἀσκός. quo significatu legitur apud Apuleium & alios. ideoque etiam corpus humanum *Folliculum* dixerunt. Lucillius apud Nonium in Folliculo. Arnobius lib. II. *Nihil est nobis promissum ad hanc vitam: nec in carunculæ huius folliculo constitutis, opis aliquid sponsum auxiliique decretum.* Sic Græci θύλακον vsurpant. Theodoretus de Martyrib. lib. VIII. οὐδέ γε Ἀνάξαρχος ἐπιλήσεται, ὃς ὑπέροις πτισσόμενος σιδηροῖς ἔλεγεν, ὡς πτίσσετε τὸν τοῦ Ἀναξάρχου θύλακον. Ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πτίσσεις. quod ex Diogene Laertio sumsit lib. IX. in Anaxarcho, vbi ita legitur: πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις. Ad verbum expressit Tertullianus Apologetico cap. vltimo: *Anaxarchus cum in exitium ptissanæ pilo contunderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Atque vt hi *follem* dixere, sic Varro *corticem* in Tithono περὶ γήρως. *Sic instituta matura anima corporeum corticem facile relinquit.*

IN OBITVM M. T. CICERONIS.

PAG. 51. VINDEX *ille fori, legum ritusque togaque.*] In V. C. corrupte legitur, *virusque*. Scribo, *legum iurumque*. Sic Cato apud Charisium Sosipatrum lib. I. *iurum legumque cultores.*

IN

IN MORETVM.

PAG. 52. EXCITAT *& c. l. flatibus ignem.*] Hoc Tertullianus de spectaculis cap. XXV. *Conflabellare scintillas* dixit. *Inter se de commercio scintillas libidinum conflabellant.* Glossarium *Flabello*, φυσίζω: quòd itidem apud Tertullianum de Pallio cap. IIII.

PAG. 53. *Fessæ succedit læua sorori*] Eleganter *sororem* vocat. Sic Plautus Pœnulo:

Nunc obsecro te Milphio hanc per dextram,
Perque hanc sororem lævam.

Torta comam labroque tumens] Propria hæc facies Æthiopum, quam & Petronius Arbiter tangit: *Age nunquid & labra possumus tumore teterrimo implere? numquid & crines calamistro conuertere?* quo etiam pertinet Plautinum illud, *Totam te faciam pugnis vt sis morula.*

Continuis rimis calcanea scissa rigebant] Iuuenalis Satyra III. — *Si rupta calceus alter*
Pelle patet; vel si consuto vulnere crassum
Atque recens linum ostendit non vna cicatrix.

Quomodo etiam Martialis lib. I. Epigram. CIIII. *Calceus est sarta terque quaterque cute.*

Calciamenta ista rupta qui resarciebant, vltimis temporibus vocabantur *Veteriualli.* Glossarium: Παλαιοβάφος *Veteriuallus.* Ibidem Παλαιοβάφιον, *Sutriballum.* sic etiam vetus commentator Iuuenalis interpretatur illa verba, *Consuto vulnere*, id est, *a Sutriballo sutus.*

PAG. 54. *Et calamo redimita*] V.C. *Et calamo recidiua.* non male. Arnobius lib. III. *Quicquid prior ætas abstu-*

abstulisset, recidiua substitutio subrogaret. Corippus de laudibus Iustini lib. 1. — *A busto recidiua suo.* Hinc nomen *recidiuatus* formauit Tertullianus de Resurrectione carnis cap. 1. *Certe recidiuatum animæ corporalem prænunciauerunt.* Et capite xxx. *Recidiuatus Iudaici status de recorporatione & readunatione ossium figuratur.*

PAG. 54. *Testisque tegens superaggerat ignes.*] Vise Porcium Catonem de Re Rustica.

Grauis ære redibat] Virgilius Bucol. Eclog. 1.

Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat. Columella lib. x.

Ære sinus gerulus plenos grauis vrbe reportet.

PAG. 55. *Vires infundit aceti*] Apicius de re culinaria lib. 1. cap. xxxv. *Moretaria. Mentham, rutam, coriandrum, fœniculum, omnia viridia; ligusticum, piper, mel, liquamen si opus fuerit acetum addes.* Vide Columell. lib. xii. cap. lvii.

PAG. 56. *Quem lotis recipit manibus.*] Est hoc præceptum Porcij Catonis: *Panem depsticum sic facito. manus mortariumque bene lauato.*

Sub iuga parentes cogit lorata] Hæc Vitruuius. *Subiugiorum lora* vocauit lib. x. *Eadem ratione iumenta, cum iuga eorum subiugiorum loris per medium temperantur, æqualiter trahunt onera.* Porcius Cato de Re Rustica *subiugia lora*, quomodo & Glossarium: ὑποζύγιον *iumentum subiugium.* Restituenda hæc vox Apuleio lib. vii. Milesiarum: *Nequissima illa mulier, molæ machinariæ subiugem me dedit.* Sic enim legendum docuit me vir summus. Vulgo corrupte *sub iugum me dedit.*

IN

IN DIRAS.

PAG. 56. MONTIBVS & *siluis d. t. f. Lycurge*] Sæpe in scriptoribus huius Lycurgi factimentio fit. de quo etiam Philippus, qui sibi secures eius optat, vt vites abscindat, Antholog. lib. 1. cap. 11. ΕΙΣ ΑΜΠΕΛΟΝ:

Δίζηται λυκοεργὲ τεὰς χέρας, ὡς ἀπὸ ῥίζης
Κλήματ' ὠμοτόκια βλάστον ὅλον θρέψῃς.

Plura de hoc Lycurgo scire qui voluerit, legat Apollodorum Biblioth. lib. III. Iul. Firm. de errore profan. rellig.

Ipsa non siluæ frondes, non flumina montes] Absque dubio legendum, *Non flumina fontes.* Quod rectum esse probat quintus ab hoc versus, vbi eadē repetit:

Desint & siluis frondes & fontibus humor.

PAG. 59. *Hoc formosa magis*] Nobilissimus Douza Pater ita duos hos versus legendos existimat:

Hoc formosa magis, mea quod formosa puella est
Vobiscum, & tacite nostrum suspirat amorem.

Douza autem Filius: *Nostri suspirat amore.* Mihi nihil mutandum videtur. Sic enim locutus Tertullianus Apolog. cap. x v. *Cybelē pastorem suspirat fastidiosum erubescentibus vobis.*

PAG. 60. *Veneris stipendia*] Douza pater mauult *Dispendia.*

IN PRIAPEIA.

PAG. 62. SED *ruber hortorum custos*] *Ruber* dicitur propter fascinum rubrum. Catullus: *Sedet inuinctus cum rubenti fascino.* & alibi in Priapeis,

Rubro

Rubro Priape furibus minare mutino.

Horat. lib. I. Sat. VIII.

Obscænoque ruber porrectus ab inguine palus.

PAG. 63. *Cum teget obsessas inuida barba genas*] Malim, *Ninguida barba*. Sic infra,

— canis cum barba caput albicet capillis.

Ex Elephantidos libellis] Martia. lib. XII. Epig. XLIII.

Quales nec Didymæ sciunt puellæ,
Nec molles Elephantidos libelli,
Sunt illic Veneris nouem figuræ.

Vbi nouem figuræ illæ sunt, de quibus Philænis librum conscripsit. Infra:

Tot figuras, quot Philænis enarrat.

Ex Elephantidos libellis Tiberius, qui libidinosissimus fuit, figuras depingi curauit, quibus cubiculum instruxit, ne cui in opera edenda, vt Suetonius de eo loquitur, exemplar imparatæ scenæ deesset.

Quod meus hortus habet.] Imitatum in Epigrammate veteri:

Quod meus hortus habet gratanti suscipe mente.
Sic frueris lætus quod tuus hortus habet.

Quemadmodum hic *hortus*, sic etiam apud Græcos νάπος vsurpatur. Hesychius νάπος, γυναικὸς αἰδοῖον. Latine ad verbum *Saltus*. Plautus Casina:

— Tegit veste id qui estis,
Vbi illum saltũ video obseptum rogo vt altero sinat [*ire.*

PAG. 64. *Non me Praxiteles Scopasve fecit*] Columella lib. X.

Non tibi Dædaliæ quærantur munera dextræ,
Nec Polycletea, nec Phragmonis, aut Agelada
Arte laboretur, sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

Et dixit mihi] Indicat ita impolite fabricatum fuisse, vt necessum habuerit dicere, Tu Priapus esto, alioquin in ea causa fuisse vt ignoraretur, Priapus ne esset, an putre & inutile lignum. Sic pictores rudi adhuc sæculo, & cum nondum magna ista ars ad tantam excellentiam peruenisset, picturis subscribebant, hic homo, hic asinus. Ælianus Variarum lib. x. cap. x. Οτε ἐπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, καὶ ἦν τρόπον τινὰ ἐν γάλαξι, καὶ ἐν σπαργάνοις, οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥς τε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος, τοῦτο δένδρον.

PAG. 65. *Barbatum furem tertia pœna manet*] Scilicet oris stuprum: ita enim hoc vocat Arnobius lib. II. *Nihil pati renuentes ad oris stuprum parata.* Nec debet hic locus mutari, quod quidam nuper tentauit. Horatius *ore adlaborare* dixit Epod. VIII.

Minusve languet fascinum,
Quod vt superbo prouoces ab inguine,
Ore adlaborandum est tibi.

Sic apud Pausaniam, vt me monuit vir doctissimus, Συναμωρείσθαι sumitur. τὴν Ἀθαλάντην Συναμωρουμένην, quod tamen Aristophanes simpliciter pro virum pati vsurpat, ἐν νεφέλαις. γυνὴ δὲ συναμωρουμένη χαίρει.

PAG. 66. *Fulmina sub Ioue sunt.*] Secundus Antholog. lib. IIII. ΕΙΣ ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΘΕΑΙΝΩΝ ΑΓΑΛΜΑΤΑ. cap. ιβ.

Τύμπανα καὶ θύρσον βρομίου. ζηνὸς δὲ κεραυνὸν,
Ἀσπίδ' ἐνυαλίου καὶ κόρυν ἠΰκομον,
Φοίβου δ' εὔτοξον φαρέτρην, ἁλίου δὲ τρίαιναν,
Καὶ θεναρῶν χειρῶν ἡρακλέους ῥόπαλον.

Quia vero Hercules semper cum claua pingebatur, interdum etiam cum claua, sagittis & pelle leonina,

ideo

ideo Tertullianus, vna voce hæc omnia comprehendens *Scytalosagittipelligerum* eum vocat, libro De pallio cap. IIII. *Adoratur a vobis qui erubescendus est, Scytalo sagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem, cum muliebri cultu compensauit.*

Laterna videor fricare cornu.] Laternæ olim, vt & nunc, ex cornu fiebant. Plautus in Aulularia: *Quis Vulcanum in cornu conclusum gerit?* fiebant etiam ex vesicis. Martialis Apophoretis, Lemmate *Laterna ex vesica* LXII.

Cornea si non sum, numquid sum fuscior? aut me
Vesicam, contra qui venit esse putat.

PAG. 70. *Phœbus comosus.*] Stat. Sil. IIII. lib. III. *Intonsoque ostende patri.* Phœbo scilicet, qui pater Æsculapij.

Hercules lacertosus] Philostrat. Icon. II. in Anthæo; ita Herculem depictú scribit: Γέγραπται δ' ἰσχὺς, οἷος, καὶ τῆς τέχνης ἔμπλεως, δι' ἁρμοστίαν τοῦ σώματος. εἶναι δ' αὖ καὶ πλώειος, καὶ τὸ εἶδος ἐν ὑπερβολῇ ἀνδριάντος ἐστὶν αὐτῷ καὶ αὖθος αἵματος, καὶ αἱ φλέβες, οἷον ἐν ὠδῖνι θυμοῦ πνεύματος ὑποδεδυκότος αὐτὰς ἐσί.

At fronte crinita.] Eleganter hæc vt omnia emendat D. Scaliger. Posset tamen etiam legi: *At fronte cornuta Arcad.* Cornuti enim Satyri, nihilque hominum habent nisi faciem, dicit M. Capella. Quare autem cornuti pingantur, docet Fulgent. Mythol. lib. III. *Ideo Satyri caprinis cornibus depinguntur, quia nunquam nouere saturari libidine.*

PAG. 71. *De quæstu libera facta suo est*] Plautus,

Libera eris actutum, si crebro cades.

Nam *cadere* inter verba Romana: quod si crebriusculе facerent, summulam pecuniæ corradebant, qua

se in libertatem (sæpe hoc apud comicos habetur) vindicabant. Eodem modo apud quasdam gentes virgines liberæ dotem sibi comparabant. Sextus Empiricus Pyrh. Hypot. lib. III. quem vide. Plautus id Thuscis adtribuit, Cistellaria:

— Tusco modo
Tute tibi indigne dotem quæras corpore.

Augustinus de Ciuitate Dei lib. IIII. cap. x. etiam Phœnicibus: *Phœnices donum dabant de prostitutione filiarum, antequam iungerent eas viris.*

PAG. 74. *Porta te faciet patentiorem*] Etiam *Portam* inter obscæna vocabula fuisse constat. Catullus:

— Patente porta
Percurrent raphanique mugilesque.

Quo pertinet & illud:

Portam ingredi nefas qua exieris.

Sic etiam apud Græcos θύρα vsurpatur, vnde Bacchus Διθύραμβος vocatus, παρὰ τὸ δὶς θύρας βαίνειν: ita enim malo interpretari, quam ab antro διθύρᾳ, in quo eum enutritum fabulantur, cuius etiam opinionis Scholiastes Apollonij est lib. IIII. διὰ τοῦτο διθύραμβος ὁ Διόνυσος ἐκλήθη, διὰ τὸ δύο θύρας ἔχειν τὸ ἄντρον.

Qui latus tuentur] Inde etiam *Latrones* antiquitus dicti σωματοφύλακες. Varro de Lingua Lat. lib. VI. *Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellabant.* Glossarium *stipator*, σωματόφυλαξ. Apuleius de Mundo: *Ante fores viri fortes, stipatoresque regalium laterum.* Recte vero Varro dicit Latrones inde dici, quod ad latera habebant ferrum: ea namque de causa λῃστῆρες Græce vocantur. Hesych.

ſych. δορυφόρος, ὁπλοφόρος ὑπασπιστὴς, ἢ φύλαξ τῶν τυραννῶν καὶ πρόσωπον. Gloſſarium, δορυφόρος *ſtipator*, *ſatelles*. Vltimis autem temporibus dicti *Scribones*. Agathias lib. III. εἷς δέ γε ἦν ἐστὶ τῶν ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, οὓς δὴ σκρίβονας ὀνομάζουσιν. Suidas tamen non ipſos ſatellites Scribones vocatos ſcribit, ſed τῶν σωματοφυλάκων ὑπηρετομένους. *Scribones* etiam vocatos, qui antea *Deputati*, refert Leo Imperator in Excerptis, quæ accepta debemus V. C. Bon. Vulcanio: Δαιπουτάτοι δὲ προσηγορεύοντο τὸ παλαιὸν, οἱ νῦν λεγόμενοι σκρίβωνες, οἳ τινες παρακολουθοῦντες τῇ παρατάξει, τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματιζομένους ἀναλαμβάνοντες ὡς ἰατροὶ, καὶ περιποιοῦντες. Adeo vt non vnum eorum officium fuerit.

PAG. 75. *Quare qui ſapiet malum cauebit*] Errat ſi quis emendandum putet: *Qui ſapiet malo cauebit*. Qua enim de cauſa malum cauere perperam dicatur non video.

PAG. 78. *Mentula ſmerdalea eſt*] Sic in Epigrammate veteri:

Non mihi laudanturque manus; hæ namque rapaces:
Et non laudatur mentula, merdacea eſt.

Cithara tenſior ipſa ſua] Sic ſupra:

Tormento citharaque tenſiorem.

Incipit Ilias ira.] Notus verſus Homeri: Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Atque hæc erat prima fabula, quam in ſcholis antiquitus diſcebant; Theodoretus ſermone de Fide: τούτων δέ γε οἱ πλεῖστοι μὲν, οὐδὲ τὴν μῆνιν ἴσασι τὴν ἀχιλλέως. ἐξ ἧς ἄρχεσθαι τῶν ἐλλογίμων μαθημάτων εἴωθε τὰ μειράκια. Ideo etiam lepide in Epigrammate veteri, Antholog. lib. I. cap. XVII.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ:

Αρχὴ γραμματικῆς πεντάστιχος ἐστὶ κατάρα;
Πρῶτος μῆνιν ἔχει.

Qui libum dederat.] Calpurn. Ecloga II.

Fundere liba Priapo.

PAG. 79. *Nidorem p. prosecuta fumi.*] *Nidor* κνίσα. Homerus & alij. Sic semper Theodoretus aduersus Græcos, vt lib. VII. Σφόδρα γὰρ αὐτοὺς χαίρειν οἱ ποιηταὶ φασὶ τῇ λοιβῇ καὶ τῇ κνίσῃ. Retinuit vocem Græcam Arnobius lib. VII. *Pasciturque de cnißis quas euomunt ardentia exta.* Nec de veritate eius lectionis dubitandum est.

PAG. 80. *Dodona est tibi Iupiter.*] Sidonius Apollinaris in docto Panegyrico ad Priscum Valerianum:

Non diuos specialibus fauentes
Agris, vrbibus, insulisque canto:
Saturnum Latio, Iouemque Creta,
Iunonemque Samo, Rhodoque Solem,
Ænna Persephonem, Mineruam Hymeto,
Vulcanum Lypare, Papho Dionem,
Argis Prescea, Lampsaco Priapum,
Thebis Euchion, Ilioque Vestam,
Timbræ Delion, Arcaden Liceo,
Martem Thracibus, & Scythis Dianam,
Quos fecere deos dicata templa.
Thus, sal, far, mola, vel superfluarum
Consecratio cerimoniarum.

Iunoni Samos, & Mycena Diti:] Lego, *Iunoni S. & Mycena: Diti Vndæ Tænaros, æquorisque Regi.* Statius Thebaid. lib. I.

Et Samon & veteres armis excinde Mycenas.

Vbi commentator: *Samos & Mycena atque Sparta Græciæ ciuitates Iunoni sacratæ sunt.* Tænarum vero Plutoni

Plutoni dicatum, quis nescit? Apul. Milesv I. *Quare Tanarum imbi spiraculum Ditis.*

PAG. 81. *Ennæa Ceterem.*] Stephanus de vrbibus, Ἔννα, πόλις σικελίας, κτίσμα συρακουσίων, μὴ τὸ ἔτη συρακουσῶν. ὁ πολίτης ἐνναῖος, ἢ ἐνναῖος. Semper apud Iul. Firmicum *Henna* legitur, non *Enna*: & male apud Sidonium *Ænna*, per *Æ*.

Hoc est ledere dum iuuatis.] Ouidius Tristium lib. I. *Tantum ne noceas, dum vis prodesse, memento.*

IN CATALECTA.

PAG. 87. QVID *palluisti fœmina? an ioci dolent.*] Ianus Douza, Dominus Nordowix, hoc modo legendum censet: *Quid palluisti? feminane an loci dolent.*

Flauumque propter Thybrim] Idem Douza legit: *Flauumque propter Tybrim olentes nauticum.* id est, nautas ipsos Tyberinos nauteam olentes.

PAG. 91. *Immoderata pati nunc frigora.*] Vnice cum his conueniunt elegantissimi poëtæ Claudiani versus, Paneg. de tertio consulatu Honorij Augusti:

Frigora sæua pati, grauibus non cedere nimbis;
Æstiuum tolerare iubar, transnare sonoras
Torrentum furias.

Communem belli Deum.] Sic Virgilius in Ciri: *Communemque timere Deum.* Auctor Paneg. Maximiano Aug. dicti: *Nec vereri dubia bellorum, nec Martem, vt dicitur, putare communem.*

IN COPAM.

PAG. 94. *Iuncea fiscina*] Φορμὸν σχοίνινον Polluci. quo etiam vtebantur cum ad forum, seu macellum irent, & Latine *Fiscum* vocabant. Glossarium, *Fiscus* κύρτος ἁλιεύτικος. Asconius etiam nummorum receptaculum (quod pauci non sciunt) esse ait. in Verrem II. *Fisci, Fiscinæ & fiscellæ, spartea sunt vtensilia, ad maioris summæ pecunias capiendas* &c. hic *fiscella* forma est vbi casei exprimuntur. inde *Fiscellus*, mollis casei appetitor. Festus, & Glossæ Isidori.

Grauidum necte caput strophio] Nimirum mos hic potatorum erat, vt caput coronarent. Tertullian. de Resurrect. carnis XVI. *At enim calix bene sibi conscius, & de diligentia ministerij commendatus, de coronis quoque potatoris sui inorabitur* &c. quod ideo faciebant ne cito vino deponerentur; hoc enim coronas prohibere putant; imo etiam ebriacos (vt loquitur Plautus) iam factos, sobrios reddere. Auctor Geopon. lib. VII. cap. XXXIII. καὶ στέφανοι (sc. ἀνανήφειν ποιοῦσι τοὺς μεθύοντας.) ἀπὸ ποικίλων ἀνθῶν ἐπιτιθέμενοι τῇ κεφαλῇ. Hisce coronis Ægyptij auiculas alligabant, quas *Dacnades* nominant, quæ fritinniendo morsicandoque eis somnum inter potandum excutiebant. Vise Festum.

IN C. PEDONIS ALBINOVANI ELEGIAM DE MÆCENATIS OBITV.

PAG. 95. IN *mollibus hortis Sederat argutas.*] Ianus Douza pater ita legit:

In mollibus hortis, Sidere & argutas, &c.

PAG. 96.

PAG. 96. *Potasti galea*] Poculum militis galea est. Statius libro Thebaidos III.

Hostilem Hismenon galeis Dircemque bibemus.

Lucanus: — *concitus ira*

Excussit galeam, suffecitque omnibus vnda.

IN EIVSDEM ELEGIAM DE MORTE DRVSI.

PAG. 104. VNGERE *nate manus.*] Respicit ad morem antiquitus vsitatum, videlicet vt mortui vngerentur. Virgilius: *Corpusque lauant frigentis & vngunt.* Dicebatur hoc *pollingere.* Glossarium *Pollingo,* περιστέλλω νέκρον σοροπλοκέω, ἐνταφιάζω. Videtur confundere cum Vespillonibus: (eorum enim officium mortuos sepelire,) in quo tamen subscriptorem habet Sidon. Apollinarem lib. III. Epist. XIII. *Moxque sidente strue torrem deuolutum reddere pyræ fastidiosus pollinctor exhorret.* Tertullianus quoque aduersus Gnosticos cap. VII. sic inquit: *Si noster quoque Deus, propriæ hostiæ nomine martyria sibi depostulasset, quis illi exprobrasset funestam relligionem, & lugubres ritus, & aram rogum, & pollinctorem sacerdotem, & non beatum amplius reputasset quem Deus comedisset.* Obscurior paulo locus, & vt mihi videtur corruptus, quem tamen sic restituendum puto: *Et aram sacerdotis, & rogum pollinctoris.* sacerdotes enim arã tractant, quod eleganter funestam religionem vocat: pollinctores rogum, quod lugubres ritus. Et sæpius ita ab exscriptoribus erratum, curioso harum rerum deprehendere licet. Velut in hoc Panegyrici Max. Augusto dicti loco: *Concursare inter se agricolæ, nunciare*

tōtis visa (sic Tertull. de Spectac. cap. 16. *Nunciant inuicem quod simul ab omnibus visum est*) *aræ incendi, thura poni, vina libari, victimas cædi.* Legendum enim, *aræ poni, thura incendi.* Eodem modo & in Apuleio erratum de Deo Socratis libro: *Tranquillitas maris, & clementia ventorum, per fibrarum notas, & alitum vias, & serpentum escas explorata.* Malim legere, *Alitum escas & serpentum vias.* Quid enim magis vsitatius fuit, quam ex auium esu omen captare? vnde etiam priua illa ad hanc rem nata vocabula, *Solistimum* & *sonitium tripudium*, nimirum quæ dicebantur cum pullo puls ex ore cecidisset: de quibus legendus Festus. Ominosum etiam fuisse, si serpens in via occurrisset, vel vnus Horatij versus fidem fecerit: *Rumpat vt serpens iter institutum.* Posset tamen, vt ingenue quod sentiam fatear, Apuleij recepta lectio aliquo modo tueri, hisce Propertij versibus lib. IIII. Eleg. VIII.

Lanuuium annosi vetus est tutela Draconis,
Hic vbi Tartarea non perit hora mora &c.
Ille sibi admotas a virgine corripit escas
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.

Quo pertinet etiam Tertullian. libro ad vxorem, cap. VI. *Roma quidem, quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auspicia pœnæ suæ cum ipso Dracone curantes, de virginitate censentur.* Qui locus absq. Propertio non facile poterat explicari; nec minus Propertius absque hoc Tertulliani. Sed hæc extra ordinem dicta sunto. Ergo Vespillonum, vt monui, officium, quæ ad lugubres ritus, hoc est rogum spectant curare. vnde Glossarium *Vespillo νεκροθάπτης.* In alio Glossario *Vespinio νεκροδόπος.* Lego, *Vespillo νεκροθάπτης.*

De

De Pollinctoribus Fulgentius Planciades ita: *Pollinctores qui funera morientium accurant. Plautus Pœnulo, Quia mihi pollinctor dixerat, qui eum pollinxerat. Dicti pollinctores quasi pollutorum vnctores.* Vbi etiam vides mortuos pollutos dici: vnde domus polluta, in qua mortuus, quæ idcirco expiatione indigebat. Flamini etiam Diali mortuum tangere non licebat; causa, ne quid morticinum eum contaminarer, quod non vetitum, nisi mortuos pollutos putassent. Gellius lib. x. cap. xv. *Locum in quo bustum est, nunquam ingreditur, mortuum nunquam adtingit; funus tamen exequi non est religio.*

Pag. 105. *Et vidi euersos.*] Lego, *inuersos.* Mos hic priscus, nempe in funere magnorum virorum insignia & imagines eorum anteferre. Horatius Epod. viii. — *funus atque imagines*
Ducant triumphales tuum.
Vbi vetus commentator, *Solebant in funere nobilissimi cuiusque imagines maiorum præferri ad ostentationem nobilitatis, quod adhuc obseruari videmus in funeribus principum virorum.* Obseruabant autem ne erecta sed inuersa gererentur: id quod hic factum vides, & apud Statium Thebaid. vi.

Tunc septem numero turmas (centenus vbique
Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenæ reges, lustrantque ex more sinistro
Orbe rogum.

Pag. 106. *Gentibus aduersis forma sit illa precor*] *Aduersis αὐτὶ τῶ Aduersariis.* Ammianus Marcell. *Aduersos fortius oppressérunt.* Dixerunt etiam *Aduoses.* Festus, *Aduosem, aduersarium, hostem.* Glossarium, *Aduores ἐναντίοι.* Est autem in his verbis formula sollemnis

lemnis; qua vtebantur, quando hostibus mala imprecabantur. Plautus de eo qui malum nuncium adferebat: *Principium inimicis dato.* Apuleius: *Hostes & omnes inimici tam duram imo vero Vlyssean peregrinationem incidant.*

Incerti clauduntque domos] Tacitus Annal. lib. II. de hoc ipso agens sic scribit: *Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, vt ante edictum magistratuum, ante senatus consultum, sumpto iustitio desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia & gemitus, nihil compositum in ostentationem.* Non solum autem domos in quibus mortuus seruabatur, claudere moris erat; sed ne focum quidem in iisdem facere. Apuleius Milesi. lib. II. *Abi, inquit, fatue, qui in domo funesta cenas & partes requiru, in qua totiùgu iam diebus ne fumus quidem visus est vllus.*

Durauitq; animum] Id est, obfirmauit. sic Paulus I. C. l. XVIII. de Quæstion. *Repeti in quæstionem potest, maxime si in tormenta animum corpusq; durauerit.* Quintilianus Declamat. CCLXXIX. *Non omnium animos maritorum durare ad sanguinem: esse quosdam mitiores, qui ne conspicere quidem cruorem sufficerent.* Et alibi passim hoc verbum ita vsurpatum reperitur.

PAG. 107. *Caruleum magna legit ab ore manu*] Scribe: *Caruleo magna l. a. o. m.*

PAG. 108. *Pensa seuera trahunt*] *Trahere pensa*, eleganter. Martial. in Xeniis, *Improba cum morsu fila manuque trahes.* Hinc *Tracta.* Glossarium *Tracta* ἰλκώσιματα, μυρώματα. Varro *Lanea tracta ministrasset infectori.* contrarium huic *Retractare.* Apuleius Mil. XI. *Qui fatorum etiam inextricabiliter retractas licia.*

PAG. 111. *Turba vix satis vna ratis*] Petronius Arbiter:

Arbiter: — *vix nauita Portmeus*
Sufficiet simulachra virum traducere cymba:
Classe opus est. —

Cauſarum triplex] Videtur ſignificare hic tria volumina illa Sibyllæ Cumanæ a Tarquinio mercede comparata, & magna cum veneratione in Capitolium repoſita, vnde XVuiri Fatalium librorum, ſi quid forte durius incideret, oracula ac ſortes rerum futurarum peterent ſibi. Dicit ergo ſecundum illorum vaticinia mundum hunc, & quicquid ſub ipſo eſt, finem ſuum aliquando ſortiturum. Hæc Ianus Douza Pater.

PAG. 115. *Denique laudari*] Suetonius in Claudio Cæſ. cap. 1. *Auguſtus tantopere & viuum* (Druſum) *dilexerit, vt coheredem ſemper filiis inſtituerit, ſicut quondam in ſenatu profeſſus eſt: & defunctum ita in concione laudauerit, vt Deos precatus ſit, ſimiles ei Cæſares ſuos facerent.*

IN LVCANI PANEGYRICVM.

PAG. 117. *Cum pinſeret hordea*] Seruius in Fragmentis legit *Pindere. Pindere*, inquit, *ſignificat pilo tundere.* Gloſſarium *Piſat τύπτει.* Hinc *Piſo.* quod vocabulum pro mortario vſurpat Marcellus Empiricus cap. VIII. *Radices betæ maxime nigræ ex aqua tepida lauabis, & expreſſas ſabano ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo.*

Seu trepidos ad iura decem c. b. v.] Statius lib. III. Silua III. *Ceſſat centeni moderatrix iudicis haſta.* Vide Principis Iuriſconſultorum Iacobi Cuiacij Obſeruationum lib. III. cap. XXXIII.

PAG. 118.

PAG. 118. *Sed calce citat*] Statius Silua 11. lib. v.

Pendentem cursus vexantemque ilia nudo
Calce ferocis equi.

PAG. 119. *Patiuntur dicta iocorum*] *Dicta* hic vt apud Plautum Capteiuis: *Dixi vnum de dictis melioribus.* Martialis lib. I, Epig. v.

Consueuere iocos vestri quoque ferre triumphi,
Materiam dictis nec pudet esse ducem.

Varro *Dicteria* vocauit:

Et orthopallica adtulit psalteria,
Quibus sonant in Gracia dicteria.

PAG. 122. *Vitreo peraguntur milite bella*] Fiebant vtplurimum ex vitro. Martialis:

Vitreo latrone clusos.

Apud Petroniũ in conuiuio Trimalcionis Chrystallinæ sunt tesseræ. cuius verba digna sunt quæ adscribantur: *Sequebatur puer cum tabula terebinthina, & chrystallinis tesseris: notauique rem omnem delicatissimam. Pro calculis enim albis aut nigris, aureos argenteosque habebat denarios.*

Fracta perrumpat in agmina mandra] Posse etiam simpliciter mandram septum interpretari puto. vt & Glossarium, Μάνδρα hic *septus.* Hesychius, Μάνδραι, ἕρκη, φραγμοὶ, ὕλαι, σταῦλοι βοῶν καὶ ἵππων. Sicque eo magis, quia sequitur,

Clausaque deiecto populetur mania vallo.

Forsan meliora tenemus] Scribe *canemus.*

PAG. 124. *Succiso poplite membra*] Petron. Arbiter, *Date mihi ducem qui me ducat ad liberos meos, nam succisi poplites membra non sustinent.*

IN

IN P. VIRGILII MARONIS VITAM.

PAG. 136. *In somnio animum ventura repingens*] Sic *pingere somnium* dixit Apuleius de Deo Socratis: *Neque enim pro maiestate Deum cælestium fuerit, vt eorum quisquam vel Annibali somnium pingat, vel Flaminio hostiam corroget, vel Accio Nauio nauem velificet.* Quæ postrema verba mendosa sunt. quis enim vnquam legit vel fando audiuit, Accium Nauium ex nauium cursu omen sumsisse? Quare scribendum, *Accio Nævio auem velificet.* sic supra de eodem Accio, *Accio Nævio auguria miraculum cotis addicant.* quæ historia ex Liuio, Dionys. Halicarnasæo & aliis scriptoribus satis nota est. Nec vero turbet aliquem quod *auem velificare* dixit: est enim hæc Phrasis Apuleiana, qua & in Floridis lib. 1. vsus, cum de aquila scribit: *Velificatas alas quo libuit aduertens modico cauda gubernacule.*

PAG. 137. *Phœbei nemoris ramum*] Præter Fulgentium, Donatum, & alios, etiam huius somnij meminit Iun. Philargyrius ad Eclogam III. Virgilij, his verbis: *Fertur mater Virgilij Maia, cum eundem paritura grauis esset, somniasse lauri fructum variis floribus ornatum genuisse.* Vbi legendum *lauri frondem.* nam τὸ *fructum* non est nauci.

In vmbris grassari solitum] Hos Petronius Arbiter *Nocturnos percussores* vocat. alibi tamen etiam *nocturnos grassatores. Notauit me miles, siue ille planus fuit, siue nocturnus grassator.* Plinius Panegyr. Traian. *Vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum.* Grassatores sunt λωποδύται. Sic optime explicat glossarium, λωποδύτης *grassator.* λωποδυσία

Grassa-

Grassatio, grassatura. Grassatores etiam vocatos latrones vias obsidentes, docet Festus. Arnobius lib. v. *Grassatores obruerit fulmine.*

PAG. 41. *Noster Apollo vera.*] V. C. *Pulcher A. v.* melius. Apollo enim proprio quasi cognomine Pulcher vocatus. Claudian. de v i. Consolatu Honorij:

— Cum Pulcher Apollo
Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras.

Lucillius in Fragmentis Seruij:

Apollo pulcher dici non vult.

PAG. 142. *Suprema voluntas Quòd mandat f. i. parere necesse est*] L. 5. D. Testam. quem. aper. *Publice enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere. Errauit in morte dolor.*] Vtitur colore quo solent ij, qui se iniuste exheredatos causantur. Iustinianus Tit. de inoff. Test. *Quæruntur aut inique se exheredatos, aut inique prætertos, hoc colore quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarent.*

Sit vetuisse meum] Plinius lib. v i i. cap. x x x. *Diuus Augustus carmina Virgilij cremari contra testamenti eius verecundiam vetuit.*

IN M. TVLLII CICERONIS TVMVLVM.

PAG. 157. *AETERNIS vulneribus lacerat.*] Vell. Paterculus lib. i i, *Hæc sunt tempora quibus M. Tullius continuis actionibus, æternas Antonij memoriæ inusit notas.*

PAG. 158. *Viuus i. æ. d. per ora volat.*] Ennius:

— volito viuu' per ora virum.

IN

IN QVATVOR TEMPESTATVM ANNI DESCRIPTIONEM.

PAG. 161. VERE *sinum tellus aperit f. m.*] Bion Idyll. VI. Εἴαρι πάντα κύῃ, πάντ' εἴαρος ἄδεα βλαστεῖ. Minutius Felix: *Ver æque cum suis floribus, & æstas cum suis meßibus, & autumni maturitas grata, & hiberna oliuitas necessaria.*

Albentes hæc durat.] V. C. *labentes.* Bene. sed nec male *albentes*, id est, quæ antea albebant. Sidonius Apoll. *candentes* dixit.

PAG. 161. *Temporaque Autumni cingunt tua Bacche racemi*] Lego: *Temporaque Autumnus cingit tua Bacche racemis*, quia in V. C. legitur *Autumno* & *racemis.*

IN SIGNORVM CÆLESTIVM DESCRIPSIONEM.

PAG. 163. CAVDAQVE *timendus adunca.*] Nicander: Σκορπίου ἐκ κέντροιο τεθήγμενον. Eleganter Tertullianus aduersus Gnosticos cap. 1. *Proinde scorpij series illa nodorum venenata intrinsecus venula subtilis arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens.*

IN IRIDIS DESCRIPTIONEM.

PAG. 165. CVM *sol a radios i. n. iecit.*] Iridis causam vise, vt omittam cæteros, apud Amm. Marcell. qui de ea docte disputat lib. XX. Lutatius Statij interpres Gyrum Irim vocat: Thebaid. 1.

Et cælum variis miranda coloribus ornat.] Ab hoc

iridis vario colore, *iricolor* nomen deduxit Ausonius:

Iricolor vario pinxit quam pluma colore.

Et *iride magis varius*, adagij speciem habet apud Philostratum, Icon. lib. 1. in Amphi: Οὐ γὰρ ἀφ' ἑνὸς φέρει χρώματος, ἀλλὰ τρέπεται, καὶ κατὰ τὴν ἶριν μεταθεῖ.

IN AMNEM GLACIE CONCRETVM.

PAG. 168. PVPPIS *adunca cucurrit*] *Aduncam* dixit *nauem*, vt Propertius, Statius & alij *curuam*, propter embolum nauis, quod aduncum erat: & propterea Rostrum a Latinis scriptoribus vocatur. Petronius Arbiter Græcam vocem retinuit: *In postibus triclinij fasces erant cum securibus fixi, quorum vnam partem quasi embolum nauis æneum finiebat.* Ex hac forma Rostrum in foro ἔμβολον nominant. Appianus καὶ αὐτὸν ὁ σύλλας ἐν ἀγορᾷ πρὸ τῶν ἐμβόλων θέμενος.

IN XII. LABORES HERCVLIS.

PAG. 172. COMPRESSA *est Nemea*] Expressum puto ex vetere Epigrammate Anthol. lib. IIII. Titul. VII, in quo ad verbum eadem habentur. Vbi etiam decimus tertius eius agon describitur, quomodo videlicet vna nocte virgines quinquaginta imminuerit: de quo Theodoretus lib. VIII. ἵνα γὰρ τὴν ἄλλην αὐτοῦ πᾶσαν ἀκρασίαν παρῷ. φασὶν αὐτὸν ἐν μιᾷ νυκτὶ πεντήκοντα μιγῆναι παρθένοις, τὴν τρίτον καὶ δέκατον ἴσως ἀγωνισάμενον ἆθλον. Poeta sic:

Τὸ τρισκαιδέκατον, τοῖον λυχρὸν ἔσχεν ἄεθλον,
Μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούραις.

Hydra secundo.] Isidorus lib. XI. cap. III. *Dicunt & hydram esse serpentem cum nouem capitibus, quæ Latine scedra dicitur, quod vno cæso tria capita excrescebant.* Vbi scribendum: *Quæ Latine excetra dicitur.* Simile mendum latet in Mamertini Panegyrico Maximiano Aug. dicto: *An non illud malum simile monstrorum biformium & hisce terris fuit, quod tua Cæsar nescio vtrum magis fortitudine repressum, an clementia mitigatum.* Sic habet tam noua H. Stephani, quam Frobeniana vetus editio. Plane autem dubium non est, quin corrigendum sit: *Simile monstrorum biformium & excetris fuit.* Nam & Herculis monstrorum domitoris supra meminerat, de quo etiam sic Plautus, eius ærumnarum bonam partem enumerans, in Persa:

Cum leone, cum excetra, cum ceruo, cum apro Ætolico,
Cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim,
Quam cum amore.

Tertius euictus sus est.] V. C. *enectus.* melius. ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.

DE MVSARVM INVENTIS.

PAG. 173. CLIO *gesta canens*] Versum ex Græco Anthologiarum lib. I. Titulo LXVII. ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Hac tutos sola] V. C. *Solita.* Malim ergo: *His tutos solita.*

DE VENERE ET VINO.

PAG. 174. *Nec veneris nec tu vini.*] Versus antiqui:

BALNEA, VINA, VENVS, CONSERVANT CORPORA NOSTRA.
CORRVMPVNT VITAM, BALNEA, VINA, VENVS.

Cum quibus belle conuenit vetus poeta ἀνθολογίας lib. 1. Titulo XXXVII. ΕΙΣ ΘΑΝΑΤΟΝ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΘΑΝΟΝΤΑΣ.

Οἶνος, καὶ τὰ λοιπά, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωή,
Ὀξυτέρην πέμπει τὸν ὁδὸν εἰς ἄϊδην.

Et tentat gressus] Plautus:

Vinum dolosus captator est, pedes captat primum.

IN LAVDES HORTVLI.

PAG. 176. *Flores nitescunt discolore gramine*] Discolor gramen quid sit, nescio; ideo malim, *discolore germine*.

Pinguntque terras gemmeis honoribus] Auctor Peruigilij Veneris:

Ipsa gemmeis purpurantem pingit annum floribus.

PAG. 177. *Prohibentque d. f. s. comis*] Eleganter comam siue crines adtribuunt arboribus. Statius Silua V. lib. IIII.

Nunc cuncta veris frondibus annuis
Crinitur arbos. — In Peruigilio Veneris:
Et nemus comam resoluit de maritis imbribus.

Statius quoque comantem humum, pro herbosa, dixit Thebaid. lib. v. Quemadmodum autem siluæ κομᾶν dicuntur; sic versa vice crines siluescere.

Arno-

Arnobius lib. III. *Capillos imminuant siluescentium crinium velleribus inuolutos.*

IN TVMVLVM ACHILLIS.

PAG. 179. ILLE *interfectus subiit m. v. pœnas*] V. C. *Ille Menætiadæ soluit, m. i. p.* Sed & *subiit* rectum esse potest. *Subire* enim *pœnam*, est puniri. vt apud Luciferum Calaritanum Episcopum: *Cain subit sententias*; pro damnatur.

IN ACIS TVMVLVM.

NOMEN *& exultans vnde*] Puto scribendum *Vnda*. Posset etiam: *Ne exudans vnda, p. v.* vt Apuleius *Fons diues exudat.*

DE NARCISSO.

SE *Narcissus amat captis lenonibus vndis*] Lucillius Antholog. lib. II. Titulo XIII. ΕΙΣ ΔΥΣΕΙΔΕΙΣ:

Καὶ σὺ γὰρ ὡς νάρκισσος, ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναργὲς
Τεθνήξῃ, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου.

Lenonibus vndis, id est fraudulosis, quia lenones in fraudē solent amatores illicere. qua eadem de causa maris perfidiam *Pellaciam* Lucretius vocauit lib. V.

Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.

DE LITTERARVM ÆTERNITATE.

PAG. 180. INGENIO *mors nulla iacet*] Scribo *nocet*. Callimach. Epigram. II.

Αἱ δ' τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ἧσιν ὁ πάντων
Αρτακτὴς ἀίδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

Ouidius Tristium lib. III.

— Nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniique bonis.

IN TVMVLVM LVCRETIÆ.

PAG. 181. QVVM *foderet ferro*] Citantur etiam hi versus ab Ottone Frisingensi Episcopo, lib. II. Chronic. cap. IX. ex quo colligi poterit non adeo recentis auctoris esse. Versus autem iste,

Testetur cunctis me non violasse pudorem &c.

sic ibi scriptus est,

Procedant testes me non fauisse tyranno,
Sanguis apud manes, spiritus ante deos.

Quomodo eos etiam in veteri membrana scriptos reperi, in qua & alia Epigrammata erant; sed quæ non tanti momenti duco, vt debeant edi.

IN VETERVM POETARVM CATALECTORVM LIBRVM PRIMVM.

PAG. 184. VNO *non p. t. i. solo.*] Petron. Arbiter:

Tres tulerat Fortuna duces, quos obruit omnes,
Armorum strue diuersa feralis Enyo,
Crassũ Parthus habet, Libyco iacet æquore Magnus,
Iulius ingratam perfudit sanguine Romam,
Et quasi non posset tot tellus ferre sepulchra
Diuisit cineres.

PAG. 187. *Si fas endo plagas*] Sic emendauit clarissimus doctissimusque Petrus Pithœus I. C. quem vide

vide Aduersar. lib. I. cap. II. Antea nimis quam corrupte legebatur *Si fas cædendo cæleſtia ſo.* &c.

PAG. 189. *Thrax puer adſtricto*] Sumtum eſt hoc Epigramma ex Græco Philippi, Anthologiarum lib. I. Titul. XXIII. ΕΙΣ ΔΥΣΠΡΑΓΙΑΝ. cui nec abſimile eſt Flacci Epigramma Anthолog. lib. III. Titulo XXII. ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΗΣΑΝΤΑΣ. Martialis lib. IIII. Epigr. XVIII.

Qua vicina pluit Vipſanis porta columnis,
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis,
In iugulum pueri, qui roſcida templa ſubibat,
Decidit hiberno prægrauis vndagelu:
Cumque peregiſſet miſeri crudelia fata,
Tabuit in calido vulnere mucro tener &c.

Lucilli columella] Veteres ſeruos, quod eos negotiis ſuis heri præfulciebant, *Columellas* vocabant. vnde & illud Plautinum *Columen familiæ*. Ideo in hanc rem hic verſus Lucilij citatur a Donato, ſed mire corruptus, & longe rectius apud Martialem, lib. XI. Epigram. XCI.

Et tibi Mæonio quod carmine maius habetur;
Lucilli Columella hic ſitus Metrophanes.

PAG. 191. *Turpe eſt nil domino turpius eſſe ſuo*] Apuleius de Deo Socratis, *Villas opipare exornant, & domos ditiſſime exornãt, & familias numeroſiſſime comparant; ſed in iſtis omnibus, in tanta affluentia rerum, nihil eſt præterquam ipſe dominus pudendum.*

PAG. 192. *Iliadas armatas*] Aliæ editiones habent *Iliadam*. Videtur legi poſſe, *Naiadas armata ſollicitare manu*. Sed nihil certi adfirmo.

PAG. 193. *Qui mauult pro parte mori.*] V. C. *propare*. Fortaſſe *properare mori*. quod elegantiſſime

dictum est, vt apud Flauium Vopiscum in Probo:

Fatalem properauit necessitatem.

Ouidius Halieutico:

Atque suo properat sibi robore fatum.

Inscriptio vetus:

HEIC VIRIDIS ÆTAS CVM FLORERET ARTIBVS, CRESCENTI ET ÆVO GLORIAM CONSCENDERET, PROPERAVIT HORA TRISTIS FATALIS MEA.

& alibi sæpe.

PAG. 195. *Citius quam ascendis, decides.*] Seneca in Proœmio Controuers. lib. 1. *Ad summum perducta, rursus ad infimum, velocius quidem quam ascenderant, relabuntur.*

Tereti lino pauidum subducere piscem] Martial. lib. 1. Epigram. LVI.

Et piscem tremula salientem ducere seta.

PAG. 199. *Pectora nigra magis.*] Quid si *malis*? mihi sane rectius videtur.

PAG. 204. *Et linguam t. lasset in ore*] Hoc Plautus eleganter dixit: *Fac me proserpentem bestiam, duplicem linguam vt habeam.*

Custodes quium.] Eiusdem argumenti est hoc Epigramma Græcum; Antholog. lib. 1. Capite XXVII. ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ:

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενος ἔστ', ὁ νύκτωρ
Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας. ἔνδοθι γάρ μοι
Καιόμενον, πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.

PAG. 206. *Anima tunc ægra.*] Meliora exemplaria Gellij habent, *Animula, ægra.*

Nisi si Venus ipsa.] V. C. *si non*, quod malim.

PAG. 207. *De Cicerone dare est ausus*] In quibusdam

dam Plinij editionibus scriptum est, *Ausus de Cicerone dare.* pro quo doctissimus Isaacus Casaubonus legit, *Dare est.* Vetus autem editio habet *daret*: quod ego reponendum censeo.

PAG. 210. *Quod tua Romana*] Douza Pater legit, *Quo tua.* Referendum enim ad verbum *loco.*

PAG. 211. *Lex erat ad digitum posita concurrere palma*] Huc pertinet fortasse exemplum illud, quod Quintilianus Oratoriar. Institut. lib. VIII. cap. V. recitat: *Contra eundem sermonem gladiatoris, cuius modo feci mentionem. Ad digitum mihi pugna est.* Sed propter nimiam breuitatem dispicere certi nil queo.

PAG. 212. *Pro quo si precium dari liceret.*] Sic in veteri Epigrammate:

Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus,
Quantulacunque meæ debentur tempora vitæ
Pensassem pro te cara Homonæa libens.

Nimio videas strigosiorem.] Nihili hæc lectio. Rectum autem, *Ninnio videas. Ninnius* siue *ninnus* est paruus equus. Hesychius: Νίννον τὸν καβάλλην ἵππον. Glossarium *Popus*, Νίννιον. Nam vt, *potus*, *putus*: sic etiam *popus pupus*: vnde ὑποκοριστικὸν *pupula* & *pupilla* apud Apuleium & alios. Ninnus autem etiam *Hinnus* dicebatur, & Græce γίννος, vt D. Scaliger ad Manilium docuit. Et bene Suidas: οἱ κολοβοὶ τῶν ἵππων γινοὶ, οἳ πλείους τῶν ὑστέρων γινοὺς τούτους γράφουσι.

PAG. 213. *Florea serta meum mel*] Nihil hic debet mutari, & errarunt qui ἀντὶ τοῦ *meum*, *merum* voluerunt legere. Est autem hic *meum mel*, vt sæpissime apud Plautum, & hunc ipsum Apuleium Milesi. lib. V. *Imprimens oscula suasoria, & ingerens verba mul-*

centia, & iungens membra cohibentia, hic etiam blandiùs adstruit, Mi mellitè, mi marite, tuæ Psyches dulcis anima. Ita enim inibi ex V. C. lego, non vt alij, *Mellite mi marite.*

PAG. 214. *Scarus est, & Afra Syrtis.*] Aliæ editiones habent, *atque arata Syrtis; Arata Syrtis*, vt Mæcenas apud Senecam: *Vide vt aluearium limitibus arant.* Pertinent autem huc Horatij versus:

Non me Lucrinis iuuerunt conchylia,
Magisue Rombus aut Scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vehat mare.

Et egregiè Latinus Pacatus Panegyr. Theod. Aug. dicto: *Illis demum cibis acquiescebant, quos extremus oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragiis maria misissent, quos inuitæ quodammodo reluctantique naturæ hominum pericula rapuissent.*

PAG. 221. *Hoc agritudinem ad medendum inuenerunt*] Æsclepiades scilicet. Apuleius Floridorum III. *Æsclepiades ille inter præcipuos medicorum, si vnum Hippocratem excipias, cæteris princeps, primus etiam vino opitulari ægris repperit.* Quem etiam de eo dando volumen conscripsisse, ab eo cognominatum, Plinius docet lib. XXIII. cap. I.

PAG. 224. *Latus horreat flagello*] Flagellum hoc graphicè depingit Apuleius lib. VIII. Milesi. *Arrepto denique flagro, quod semiuiris illis proprium gestamen est, contortis taniis lanosi velleris prolixe fimbriatum, & multiugis talis ouium tessellatum, indidem sese multimodis commulcat ictibus.*

Comitum chorus vlulet] Apuleius *Absonis vlulatibus* constre-

constrepentes fanatice peruolant, denique capite demisso, ceruices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos in circulum rotantes.

PAG. 226. *Si te pepigit huic m. s.*] Lego, *Si te pigebit.*

PAG. 228. *Hoc cælo iubeas vt petat, inde petit.*] Petronius Arbiter: *Ne quis dubitet pecuniam concupiscere, Iouem quoque peculio exorat.*

PAG. 232. *Decidens scabrum cauat vnda tofum*] Epigramma vetus Anthologiarum lib. III. Tit. ιδ. ΕΙΣ ΗΡΩΑΣ.

> *Ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου*
> *φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ.*

Tofus est, quem *Porum* Plinius vocat. vt & Glossarium: Πῶρος, ὁ λίθος *Tofus, tofum.*

Spes fallax] Vise Tibullum, lib. II. Elegia VI.

PAG. 233. *Victos vincere posse putat*] Melius est *victus.* Iuxta versum Græcum:

> *Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.*

Tertullianus de Fuga in Persecutione cap. x. *Illum magis Græcum versiculum sæcularis sententiæ sibi adhibent, Qui fugiebat rursus præliabitur: vt & rursus forsitan fugiat. Et quando vincet, qui cum fugerit, victus est?* Quod & Ennodius in Panegyrico imitatus est: *Pallantes visi sunt mutata sorte victores.* Dixerunt hoc antiquitus Latini *Osculanam pugnam*, quod postea in prouerbium abiit, de quo vide Festum. Græcis est *παλίωξις.* Agathias lib. I. *Καὶ ἐς παλίωξιν τὰ τῆς φυγῆς μετεχώρει.* Contrarium *προΐωξις:* quæ duo coniunxit Hesiodus Scuto Herculis:

> *Ἐν δ' ἦν προΐωξίς τε παλίωξίς τε τέτυκτο.*

Huc pertinet locus Virgilij in XI. Æneid.

Orsilo-

Orsilochum fugiens, magnumq; agitata per orbem,
Eludit gyro interior, sequiturque sequentem.

PAG. 234. *Nec te præsentia iungant.*] Ianus Douza Pater legendum censet; *Nec te præsentia tangant.*

PAG. 235. *Renascentem Phœbum cernuntque iacentem*] Legendum *cadentem*, vt me monuit I. Douza Filius. confirmabat autem coniecturam suam hoc Manilij, — *Quaque cadit Phœbus.*

PAG. 238. *Nam turris prope quæ quadrata surgit*] Sextus Empiricus Pyrrhon. lib. I. Αντιτίθεμεν δ' ἢ φαινόμενα φαινομένοις, ἢ νοούμενα νοουμένοις. ἢ ἐναλλὰξ, ὅτι φαινόμενα μ̃ φαινομένοις, ὅταν λέγομεν, ὁ αὐτὸς πῦργος πόῤῥωθεν μ̃ φαίνεται στρογγύλος, ἐγγύθεν δ' τετράγωνος. Tertullianus de Anima, cap. XVII. *Itaque mendacium visui obiicitur, quod remos in aqua inflexos vel infractos adseuerat aduersus conscientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadeat* &c.

IN CATALECTORVM LIBRVM SECVNDVM.

PAG. 239. LEGICREPI *tundunt*] Glossarium *Legiscrepa* Νομοδίφης.

Infernas vlulans mulier prædira sub vmbras Detrahit.] Statius lib. VI. Thebaid.

— *Attonitis quotiens auellitur astris*
Solis opaca soror, procul auxiliantia gentes
AEra crepant, frustraq; timent: at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Vbi Lutatius eius interpres: *Solis opaca soror: quod carminibus Lunam cælo eripiant, quam opinionem executus Virgilius ait, Carmina vel cælo possunt deducere Lunam,*

nam: & alibi significat eam indutam esse velleribus, dicendo: Munere sic niueo lanæ si credere dignum est, Pan Deus Arcadiæ captam te luna fefellit: si credi fas est de tanti numinis maiestate ad amorem Endymionis descendisse, quod lex sphæræ, & cursus motusque astrorum non patitur. Hæc optimus ille Grammaticus. Vocabant autem hanc lunæ e cælo euulsionem καθαίρειν Græci, quod vocabulum inde pro solis & lunæ Eclipsi cæptum vsurpari, duruitque ad tempora Democratis, vt scribit Scholiastes Apollonij, lib. III. Argonaut. sectione XII. Τινὲς δὲ καὶ τὰς ἐκλείψεις ἡλίου καὶ σελήνης καθαιρέσεις ἐκάλουν πρὸ ἐτῶν, τὸ παλαιὸν φόντο αἱ φαρμακίδες ἢ σελήνην καὶ ἥλιον καθαιρεῖν. διὸ καὶ μίχει πρὸ δημοκράτους χρόνων πολλοὶ τὰς ἐκλείψεις καθαιρέσεις ἐκάλουν.

Detrahit altinago e speculo] Ianus Douza pater, ita legit: *Detrahit altinaga e specula.*

Vincibilemque petit clamorem] Hoc est quod Statius dicit,

Procul auxiliantia gente
Æra crepant.

Solebant enim Pagani laborante luna ærâ percutere, validoque nisu clamare, putantes se hoc modo deliquio eius posse succurrere: cuius rei sæpe meminerunt auctores. De clamore etiam plura scire qui voluerit, legat D. Ambrosium, qui de eo integram pene orationem conscripsit.

PAG. 240. *Intorquetque peplum noctis.*] Hoc Martianus Capella *astrificum peplum* dixit lib. VI.

Texerat exterior qui fulget circulus orbis
Æthera astrifico lumina multa peplo.

Fulgentius Mytholog. lib. I.

Tum nox stellato mundum circumlita peplo
Cærula

Cærula rorigenis pigrescere iusserat alis.

PAG. 243. *Quem recreat fessum gillo.*] Legitur hæc vox apud Cassianum Institut. lib. IIII. cap. XVI. *Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit.* Alias *baucalem* dici etiam habetur in Glossis Isidori, quas mihi dedit summus vir, & meis elogiis maior Iosephus Scaliger: vbi legitur *Gello, baucalis*: Glossarium Latino-Græcum, *Gillo* βαυκάλιον. Fuisse fictile vas Cassianus ait, quod tamen ex ære interdum fiebat. Nicarchus Anthologiarum lib. II. cap. λε. ΕΙΣ ΜΙΛΙΑΡΙΟΝ:

Εἰς τὸ θέρος χάλκειον βαύκαλιν ἠγόρασας.

PAG. 245. *Supra, circaque vigent vbi flumina.*] Pacuuius apud Varronem de Ling. Latin. lib. IIII. *Hoc vide circum supraque quod complexu continet terram.* Ita etiam Minutius Felix locutus: *Cum oculos in cælum sustuleris, & quæ sunt infra circaque lustraueris* &c. Vbi tamen legere mallē *quæ sunt supra circaq;*

Purpureis dum sanguinat vnda profundis] *Sanguinat* αἱμάττει. Ita explicat Glossarium; αἱμάττω *Cruento, sanguino, sanguinor.* Sed ita hic versus legendus, *Purpurei dum sanguinat vnda profundi.* Est enim ex fabula quæ refert Venerem e spuma maris natam, quam puto satis notam esse, ideoque pluribus verbis non debet explicari.

PAG. 246. *Tu fatibus auges Cuncta suis*] Lucretius lib. I. *Per te quoniam genus omne animantum*

Concipitur, visitque exortum lumina solis.

Nec trimetro Iambo] Dolendum tam doctos procul dubio versus periisse, & ex quibus tantum superest vnicum hoc fragmentū, quod a veteri Commentatore Iuuenalis ad Satyram Sextam, citatur:

Ne me

Ne me cadurcis destitutam fasciis
Nudam calæno concubantem proferat.

Est autem *Cadurcum* funis quo lecti intendebantur antiquitus, qui & *instita* dicitur. Glossæ Isidori: *Instita grabati resticulæ.* Interpretatur etiam membrum mulieris obscænum. vt & Glossæ Isidori. sed ibi *cadurda* legitur, non *cadurca.*

PAG. 251. *Et continuat in mortem vltimam somnos*] I. Douza Fil. legendum putat aut *vltimos somnos*, aut *noctem vltimam*, id est, mortem. eligat lector alterutrum.

PAG. 255. *Idæo quales fudit de vertice flores*] Similis locus, vt me monuit Douza Fil. apud Philostratum in Epistolis: Καὶ τῷ δὴ ὅτε ἐκοιμᾶτο ἐν τῇ ἴδῃ τῷ ὄρει, ἄνθη ἡ γῆ ἀνῆκεν λωτὸν, καὶ ὑάκινθον, καὶ κρόκον.

PAG. 257. *Tinctus colore noctis*] Isidorus lib. XIX. cap. XXIII. *Mauros habet tetra nox corporum.*

Puer manu loquaci] Eleganter de his loquacibus digitis Philostratus Icon. lib. I. in Como. adeo vt etiam doceat quomodo digiti collocandi sint, vt consoni fiant. Verba eius hæc sunt: Καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις, ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει ἐς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι, πληττόμεναι τρόπῳ κυμβάλων. Sidonius Apollinaris lib. IX. Epist. XIII.

Digiti quibus canentes
Pariter sonante lingua.

Qui tamen versus etiam aliter explicari poterunt. Meminit quoque loquacium digitorum. A. Cassiodorus lib. IIII. Variarum LI. *His sunt additæ orcistrarum loquacissimæ manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam Musa Polymnia repperisse narratur.* sed addubito, hucne pertineat is locus,

cus, an de iis notis digitorum intelligendus potius, quibus taciti distantes inter se loqui consueuerant. De quo videndus Isidorus lib. 1. cap. xxv. De notis digitorum.

Ægyptius choraules] Cantabant enim optime Ægyptij pueri. Ideoque eos *loquaces delicias* vocat Statius Silua vltima lib. v.

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delitias, doctumque sui conuicia Nili.

Trimalcio quoque apud Petronium, propter excellentiam vocis, eos conuiuio adhibuit. Receptum enim hoc ab antiquo fuit, vt delicatiorum conuiuiis cantatores & symphoniaci interessent. Claudianus de Laudibus Stiliconis lib. II.

— Nullo cithara conuiuia cantu,
Non pueri lasciua sonant.

Vide Clementem Alexandrinum Pædagog. lib. II. cap. IIII. Nec solum in hoc eorum luxus stetit, imo etiam fercula ad symphoniam inferre mos erat. Serenus Sammonicus in Fragmentis apud Macrobium: *Dignatione vestra cum interfum conuiuio sacro, animaduertam hunc piscem a coronatis ministris cum tibicine intro ferri.* Eodemque modo rursus auferebantur. Petronius Arbiter *Subito signum symphonia datur, & gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur.*

Atque hic Notarum mearum finis esto: in quibus si inscius quid peccaui, obtestor vos, qui harum iudices eritis, pro noxa bono modo vt luam.

FINIS.

VARIÆ

VARIÆ LECTIONES,

IN

APPENDICEM

P. VIRGILII MARONIS,

ET

VETERVM POETARVM CATALECTA.

PAG. 1. PLAVDENTE chorea] *al'* ludente.

PAG. 3. Tangit auarum] *al'* angit.

Gemmanteis picta] *al'* geminanteis.

Vere notat dulci] *al'* pulchris.

Vitea Pampineo] *al'* Tmolia.

PAG. 6. Pastor vt ad fontem] *al'* fonteis.

Tollebant auræ venientis] *al'* pallebant a. liuentis.

Fulgoribus,& se.] *al'* & fert.

Ceruice rapit] *al'* caput.

PAG. 10. Diuæ exorabile numen] *al'* diræ, e. mortis.

Hunc rapuit serua] *al'* feritas.

PAG. 14. Et placitum paucis] *al'* multis.

PAG. 15. Vota Mineruæ] *al'* dona.

PAG. 16. Ipse pater timidam] *al'* nudam.

Spoliaret amantes] *al'* populares.

PAG. 18. Mopsopio tereti] *al'* Corsellæ.

PAG. 19. Cumque relapsa.] *al'* relata.

Tirynthia visu] *al'* nisu.

Virginis in tenera] *al'* interea.

Plauduntur pectine] *al'* clauduntur.
PAG.20. Credere q. ſcelete] *al'* tanti ſceleris.
PAG.23. Atque vtinam Cereri.] *al'* Cereri non.
PAG.24. Per me & ſacra] *al'* per te.
PAG.25. Mani quatiebat] *al'* mane.
PAG.26. Hinc magno] *al'* Inde Ioui geminat magno f. ſ.
Cara Iouis ſoboles] *al'* ſuboles.
Lumina tollens] *al'* tendens.
PAG.27. Vos Numantina] *al'* vos o Mantina.
Verum eſt hoc] *al'* eſto hoc.
PAG.28. Æquorei piſces] *al'* Æquoreæ peſtes.
PAG.30. At mollis varios] *al'* membris.
Crura nouamque aciem] *al'* noua macies o. ſpelle.
PAG.33. Dextramque coruſca.] *al'* dextramque coruſcam.
Flamma remouet] *al'* flammam renouat.
Increpat & iacto] *al'* I. & victor.
Impellens victos] *al'* amplexa eſt gnatos.
PAG.35. Cum fluit; errantes] *al'* confluuia.
PAG.36. In ipſo limine tardat] *al'* limite tardat.
PAG.37. Varium, mediumque coercent] *al'* varios medioſque.
PAG.38. Nunc quoniam] *al'* Hunc.
PAG.41. Siccus ſic frigeat] *al'* ſiccus Ioue.
PAG.42. Surgit adoratis] *al'* odoratis.
Magnis extructa ruinis] *al'* exhauſta.
PAG.43. Secum frigida monti] *al'* ſicco f. monte.
Deſidia eſt, tutoque] *al'* deſudant, totoque.
Sine nomine ſaxa] *al'* vimine.
PAG.44. Quam leuis excocto] *al'* exhauſto.
PAG.47. Nam poſt exhauſtam] *al'* exuſtam.

PAG.48.

PAG. 48. Omnia quæ rerum] *al'* Omniaque.
Magnificas laudes] *al'* M. ædes.
PAG. 49. Turbæque morantem] *al'* minacem.
PAG. 50. Solis parsura piis] *al'* deis.
PAG. 54. Hic cicer & capiti] *al'* sicer.
Certisque diebus] *al'* Nonisque diebus.
PAG. 55. Salis inspergit micas] *al'* adspergit.
PAG. 56. Multa prius fuerit] *al'* fient.
PAG. 57. Mittant pestiferos] *al'* Mutent.
Tondemus virideis vmbras] *al'* frondes *al'* herbas.
Cum succedet dextera] *al'* succidet.
PAG. 58. Pratorum crimine agelli] *al'* Prætorum.
PAG. 60. Tardabunt riui] *al'* T. riui, labentes curite lymphæ.
At mihi tabescunt] *al'* Heu male tab.
PAG. 61. Et quem pompa] *al'* Et quæ Pana Deum.
Omnia vos estis] *al'* nostis.
PAG. 62. Et fera libido] *al'* quo fera libido.
PAG. 67. Inuicta dextera clava] *al'* inuicti.
Hæc quæcunque tibi] *al'* quæque tibi posui tanquam, v. p.
PAG. 68. Porro, nam quis] *al'* Oro. nam &c.
PAG. 69. Quas aliter] *al'* Cur aliter f. h. h. aquam.
Nil mihi manu carpes] *al'* nil mei m. carpas.
Sin hæc mei.] Sin *pro si minus, si non, accipitur.*
PAG. 70. Trahitque Bacchus] *al'* Trahit figuram virginis tener Bacchus.
At fronte crinita] *al'* Frontem comatos.
PAG. 72. O sed molhor] *al'* sed morbosior.
PAG. 73. Et non dat] *al'* Et nec dat.
PAG. 75. Quare qui sapier] *al'* sapit, hoc.
Cum tantum hic] *al'* tantum sciet.

PAG.77. Vilius Deos numen] *al'* vltimum D. n.

Quæ tot figuris.] *al'* Vt tot figuras.

Non inuentis] *al'* inuenit.

PAG.78. Hunc quoque mouit] *al'* hanc.

PAG.79. Hinc legitur radix] *al'* Hic l. r.

Hinc legimus] *al'* Hic l. C.

PAG.80. Cura Priape] *al'* Tutelam pomarij diligens Priape facito.

Furi rubricato] *al'* Rubricato furibus.

PAG. 81. Negant amicas c. vicine] *al'* N. amice cunnilinge vicinas.

PAG.83. Canis aut tibi] *al'* Caneſque fædas vſque ligneo tibi.

Tectus inguinum gelu] *al'* annus.

PAG.88. Et vos Sile, Albuti] *al'*. Seli, Cati.

PAG.89. Limite ſæuæ] *Forte*, hinc Leteos ite.

PAG.90. Scilicet hoc] *al'* Si licet hoc.

PAG.94. Iuncea fiſcina ſiccat] *al'* ſcirpea.

Sunt autumnali.] *al'* autumnalis c. p. Deæ.

Huc Alibida veni] *al'* Huc ad liba veni.

Eia age] *al'* Hic age.

Candida formoſe] *al'* Formoſus teneræ.

PAG.95. Spoliauit amantem] *al'* violauit.

PAG.97. Fudit Aloidas] *al'* F. & Eolidas bouem.

Victor odorata] *al'* Victus.

Victorem victus] *al'* Victus aret, victuſque metat.

PAG. 98. diſſecti mutauit] *al'* mutauerat arietis agno.

Ætias, & ſuccis] *al'* Æctias. *Medea Æctea regis Colchorum filia.*

PAG. 99. Dicebant t. h. n.] *al'* dicebantque tamen non.

PAG.100.

PAG. 100. Tunc ego non potero] *al'* Tunc quoq.
PAG. 103. Iam iam nutantia] *al'* iamque nutantia.
PAG. 104. Sed flebilis orſa.] *al'* ſic f. orſa.
PAG. 107. Rumperet oſſa dolor] *al'* orſa dolor.
PAG. 108. Lenta ſibi vſque toro] *al'* Lenta ſub v. t.
PAG. 125. Trita voluptas] *al'* tracta voluptas.
Aſſyria concham] *al'* Heſperia coccum. l. m. i. ora.
Quare ſe natam] *al'* Quærit ſe natura. nec inuenit.
Quæque virum quærunt] *al'* quærit.
PAG. 126. Vendunt conchylia] *al'* condunt.
Namque hoc dedecus] *al'* N. h. dedecori populo.
Depronſam gurgite pridem] *al'* prædam.
Funeris illuuies] *al'* fœnoris.
PAG. 128. Vix nauita Porthmeus] *al'* Protheus.
PAG. 129. Optauitque locum] *al'* Intrauit, *vel* Orauit.
PAG. 130. Ite ferentes] *al'* frequentes.
Mitique quieuit honore] *al'* mitiq. horrore quieuit.
PAG. 133. Mauortius haſtam] *al'* Mars obuius.
PAG. 136. Quis fecunda] *al'* facunda.
Hæc ſtupeat] *al'* Hic.
Enituit] *al'* emicuit.
Data Maroni] *al'* clara Maroni.
PAG. 138. Tegitur Balliſta] *al'* premitur.
Tuta per auras] *al'* oras.
Tum tibi Sironem.] *al'* Scironem.
PAG. 139. Volumina ſacrum] *al'* ſacro.
Fata micantia.] *al'* minantia.
PAG. 140. Nomen in Ænea.] *al'* numen.
PAG. 141. Ah ſcelus indignum.] *v. c.* Ah ſcelus hoc dignum.
Dignumque operi.] *v. c.* ductumque operi ſeruauit

amorem, *id est, seruabit.*

Quid daret Autumn.] *v. c.* Quid pater Autum.

Arua reformauit] *v. c.* Arbuta formauit.

PAG. 142. Veneranda potestas.] *al'* reuerenda.

Iussa parentis.] *v. c.* verba.

Si forte furenti] *v. c.* S. f. superbum.

In morte dolor.] *v. c.* piger.

Hoc opus æternum] *v. c.* Iam sacrum soluetur opus, tot bella, t. c?

Nemorum per lustra.] *v. c.* date flumina cuncta sorores.

PAG. 144. Didonis, cuncta] *v. c.* Didus per cuncta.

Fata recensebat Troiæ] *al'* patriæ.

PAGG 151. VOMANVS] *al'* VOVIANVS.

Troianosque vagos] *v. c.* Troianis Libycasque vagos.

EVFORBVS II.] *al'* EVFORBIVS.

Præceptaque discit.] *v. c.* sumit.

Ætneum Cyclopa] *v. c.* Et cæcum.

PAG. 152. Sub antro.] *v. c.* atro.

Itala turmas.] *v. c.* Turnum.

PAG. 153. Impellitur inde] *v. c.* vi pellitur. inde.

Et obuia virgo] *al'* cum.

PAG. 154. VOMANVS] *al'* VOVIANVS.

PAG. 158. Lingua Latina vocet] *al'* micat *vel* nitet.

PAG. 160. Frigore at hiberna] *v. c.* Frigidus hiberna.

Tempore ventis] *v. c.* Frigore ventis.

PAG. 161. Autumni cinguntur] *v. c.* Autumno.

Racemi] *v. c.* racemis.

Ver agrum gemmis] *v. c.* Ver agros nitidum gemmis stellantibus.

PAG. 162. Pomifer vuas.] *v. c.* vmbras.
Nemees, atque innuba] *v. c.* Nemeeus & innuba.
PAG. 163. Corniger astrorum] *v. c.* Laniger.
Gemmantis imago] *v. c.* Fulgentis.
Troianusque puer] *v. c.* Troiadesque.
Nubigenæ iuuenis.] *al'* Nubigenum iuuenum.
Pelagique procella.] *v. c.* Capella.
PAG. 164. Cornigeri ductor] *v. c.* Lanigeri.
Signa sub vno] *v. c.* imo.
Ouium sator] *v. c.* pater.
Caudaque ferens] *v. c.* gerens.
Aurea cælo] *lege ex v. c.* Aureaque Io.
Amphion, Cancrique] *v. c.* Orion.
Virginis astrum] *v. c.* astra.
PAG. 165. Veste figuras.] *v. c.* refulgens.
Cum sol ardentes] *v. c.* Iris & insigni decorat curuamine cælum.
Cum sol horrifico] *v. c.* Cum sol ardentes radios in nubila iecit, *al'*. Cumque colorifico nimb.
Varij radiis distincta] *v. c.* variis distincta coloribus Iris.
Spectantibus arcu] *v. c.* Spectaculis, i. spectabilis.
Thaumante creatæ] *Puto legendum* Thaumantias arcu.
PAG. 156. Apparet, quam] *v. c.* existit, *melius*.
Spectantis in vnda] *v. c.* vilentis.
Obiecto quales] *v. c.* quales obiecti.
PAG. 167. Ex orbe reducit] *id est*, relucet.
Mundissimus assimilat] *v. c.* nitidissimus.
Generatur] *v. c.* geminatur.
EORVNDEM AMNIS] *v. c.* DE GLACIE.
PAG. 168. EVSTHENIVS.] *al'* EVPHORBVS.

EVPHORBVS. XI] *al'* EVSTHENIVS.

PAG. 169. Oriente polum] *v. c.* rubente.
Sub limine] *v. c.* sublime rubore.
Inficit & cælum] *v. c.* Infecit cælum.
Illustrata nitent] *v. c.* Illustratque nitens.
Aurea fulgebat] *v. c.* Lutea.

PAG. 170. Tethyos vndiuagæ] *v. c.* Vndifuga.
Micante ferens] *v. c.* gerens.
Aurora fedebat] *v. c.* aura rubebat.
Subruit ipsa pedes] *lego*, subrubet ipsa dies. *tamen v. c.* ipse Polus.
Tum Phœbus] *v. c.* cum.
Fulgentibus] *lege ex v. c.* cingentibus.
Depulit e tenebris.] *lege ex v. c.* Depellit tenebras.

PAG. 171. Eorundem singuli] *Ita Vetus codex.*
Vexat mentes] *v. c.* versat.
Credite doctis] cedite doctis.
Iraſci victos.] *vulgo*, Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.
Inito Furias] *lego*, Inrito.
Flecte truces] *v. c.* Plecte.
Compressit Nemeæ] *v. c.* oppressit.

PAG. 172. Vndecimo abstractus] *v. c.* extractus.
ASMENI] *in v. c.* HILASII.

PAG. 173. Miseros ore] *lege* miros *ex v. c.*
Rauca queruntur] *v. c.* fuere. *male.*
Magnus Vlysses] *v. c.* venit.
Hac tutos] *v. c.* Et tutos solita.

PAG. 174. Bellum sæpe parit] *v. c.* ciet.

PAG. 176. Aut tradat Ganymedes] *falsa syllaba.*

PAG. 177. Factus es.] *v. c.* natus.

PAG. 179. Hostilem pressi.] *v. c.* Compressi hostilem

ſtilem. *lege*, cum preſſi.

PAG. 180. Et calidas æques] *al'* validas.

PAG. 181. Πλείως διεχίνς] *al'* πνεῖον.

Πάτειος ἰσχώ] *al'* πατρίδος.

PAG. 185. Patria diuerſos] *vel* diuerſo.

PAG. 186. Socerumque petit] *mallem*, Socerum ille petit.

Ciuis erit] *al'* erat.

Maculatus cæde] *al'* maculato.

PAG. 188. Tametſi properas] *v. c.* tamen etſi.

PAG. 189. Vterque latet] *v. c.* iacet.

PAG. 190. Sillæque rurales] *al'* ſellæque curules.

Gaudia mente.] *v. c.* grandia.

Nigra crocis] *al'* comis.

PAG. 191. Namque premunt] *lege*, tremunt.

Precioſa locum.] *al'* lacum.

Batate tuos.] *lego* Batatue. *nam primum ſcriptum videtur*, vatatue; *niſi ſit* veate *pro* beate. *& ſane verum eſt.*

PAG. 192. Videre gemmas] *lege*, virere.

Secatur auro] *lege* aruo: *id eſt citrum.*

Rure ſolebam] *al'* luce.

Perluit omne] *lege*, amne.

PAG. 193. Abluit vnda] *al'* obruit.

Contexere præterea] *al'* opertam.

In e & vitæ.] *al'* ſinceræ vitæ.

PAG. 194. Decorate paternis] *al'* decor ante.

PAG. 195. Indum non.] *v. c.* Non nitidum.

Finxerat aſtu] *lego* actu.

Stilla latus.] *lege* lacus.

Vimineæ lances.] *v. c.* Vlmineæ.

Inter adoratas.] *v. c.* odoratas.

Battiadæ veteris] *v. c.* Bacchineas veteres mirando.
PAG. 196. Regnaque partitis] *al'* Regia pars.
PAG. 199. An tu cui] *F. al'* An tua Cyrneæ.
Res est atra] *al'* sacra.
PAG. 203. Sed & ornate] *al'* Sedit: & ornata simpl.
Discussa soluti] *al'* discussa.
Et coram faciem] *al'* nec ceram in facie mel habet.
Deprensa] *al'* Deprensa melius potes potiri.
PAG. 207. Seria condidit] *al'* condiit.
PAG. 208. Nerea fluctu] *v.c.* vultu.
Non erat imperio] *al'* nunc erit.
PAG. 209. Quam merito] *al'* iam modo.
PAG. 210. Cæsar habet] *v.c.* habes.
PAG. 211. Positam conc. palmam] *al'* posita c. palma.
PAG. 213. C. ÆLII.] *al'* HELVII.
PAG. 214. Luxuriantur] *al'* Luxurientur.
PAG. 215. Ciconia etiam] *v. c.* Ciconia etiam grata, peregrina hospita.
PAG. 216. Canoras] *al'* Charoneas.
Caualo plebem] *al'* Calculo.
PAG. 220. Define Roma] *al'* Define Roma tuos postes ornare tropæis.
PAG. 221. Neque in hac] *al'* neque enim.
DE VINO] *Ita vetus codex.*
PAG. 224. Septifluus, templumq.] *lego* vestifluus.
Arriserit hora] *al'* aura.
Querulæ fetus] *v.c.* festus.
PAG. 227. Cum Ioue Cæsar habet] *v. c.* habes.
PAG. 228. Neque poma natantia] *v. c.* poma aut pendentia.
Omnia late] *v. c.* Omnia cernens Qui timet.

PAG. 229.

PAG.229. Abduntur priſcis] *In v.c.* abtuntur.
PAG.230. Eques, in cauſa] *v. c.* in ceras.
PAG.231. Orti ſub monte] *v. c.* colle.
PAG.232. Iphiclis] *v. c.* Æphyclij.
Doryli Clonus] *al'* Dorus.
Tota futuri] *al'* futuris.
PAG. 234. Et ſemper contra] *al'* Et ſemper, contra, qua f. a.r.
PAG.235. Pallaſque cauernas] *al'* tabernas.
Barbara contemnit] *al'* contemni.
Maior in externa] *al'* Externam ſit qui deſcendat arenam.
PAG.236. Seruare miniſter] *Fulgentius* reſerare.
Excepit nam terra] *Fulg.* Concepit n. t. ſonum.
Inuenere fidem] *Fulg.* Midam.
Narrauerat] *Fulg.* conceperat.
Sed ſeu crinigeræ] *Ita v. c.*
PAG.237. fiat opus] *v. c.* fingat.
PAG.241. Lintea ſerta] *in alio codice* lutea.
Exagona Nonis] *al'* Lucent exagona Nonis.
Munde December] *in alio codice*, vnde, *puto*, vde.
Quem iactu] *al'* cinctu.
PAG.242. Tempus ver] *al'* vernum.
Lumen iuris] *al'* veris.
Alma Ceres] *al'* Thetis.
PAG.243. Coniecti ſemina] *al'* cum iecit.
Arma nouellis] *al'* popellis.
Menſis habere] *al'* nomen.
Campis ludens] *al'* campo.
Ornans æſtiua] *al'* ornat.
PAG. 244. Nomine beſtiæ] *al'* Numine Veſtæ.

Cum

Cum terit.] *al'* conterit.

PAG. 245. Redimito palmite] *lego*, redimitus.
Magna quatit ſtellans] *lego*, ſtella.

PAG. 249. Figurarent equum] *v. c.* figurabant.
Ingens clauſtrum] *v. c.* antrum.
Et in voto] *v. c.* in ſuo voto.
Mendacium in damnum] *v. c.* mendacio.

PAG. 250. Ponto iubæ] *v. c.* pontem.
Pias vices] *v. c.* pictas, *lego* pietas & vtrique.
In morte] *v. c.* iam morte paſti.

PAG. 252. Tinctæ vallatos] *al'* cinctæ.

PAG. 253. Quæ caſta ætas] *al'* caſtitas.

FINIS.

W

INDIX

INDEX AVCTORVM

QVI IN HIS

COMMENTARIIS ET NOTIS

citantur & emendantur.

A.

ACCIVS 95.
Ælianus 162. 290.306.
Æschylus, 10.65. 73.92.97.206.277. *emendatur.* 151.
Æschines. 176.
Afranius. 37.162.202.
Agathias. 309.331.
Aggenus Vrbicus. 218.
Albinouanus Pedo. 62.251.
D. Ambrosius. 333.
Ammianus Marcellinus. 315.321.
Anacreon. 69.226.
Anthologia. 150.304.309. 322.323.324.327.328.331. *emendantur.* 258.
Antipater Sidonius. 254.
Antoninus Liberalis. 68.70.
Apicius. 303.
Apollodorus. 51.
Apollonius Rhodius. 182. 299.
Appianus. 322.
Apuleius. 74.75.202.293. 294. 298. 311. 316. 327. 330. *emendatur.* 108.187.193. 303.314.319.329.
Aristophanes. 8.12.18.19. 56.65.70.71.72.109.125. 145. 187. 189. 196. 202. 207. 210. 211. 213. 214. 222. 235. 245. 255. 257. 265.306 *emendatur.* 160.
Aristoteles. 48.63.84.85. 101.116.123.232.
Arnobius. 75.91.193.198. 201. 207. 242. 255. 301. 303. 306. 310. 319.325. *emendatur.* 162.196.246.
Artemidorus. 228.
Athenæus. 40.41.161.167. 203. *emendatur.* 82.
Attius. 51.59.88.95.182. 207.
D. Augustinus. 308.
Ausonius. 39.43.58.186.208. 211.213.224.322. *emendatur.* 123.
Auctor Panegyr. Max. Augusto dicti. 311. *emendatur.* 313.
Auctor Peruigilij Veneris. 290.324.
Auctor Tragœdiæ Rhesi. 31.
Auctor Vitæ Virgilij. 44.45. *emendatur.* 236.

B.

Bion. 112.271.321.

Caci-

C.

CAECILIVS *comicus.* 176.
Cæsar emendatur. 259.
Cæsennius Getulicus. 122.
Calchondilas. 294.
Callimachus. 70.325. *emendatur.* 158.234.
Calpurnius. 310.
Calvus. 78.
Caper Grammaticus. 98.
Capitolinus. 26.
Cassiodorus. 300.335.
Cassianus. 334.
Cato. 105.128.145.202.301. 303.
Catullus. 8.16.17.20.23.43. 52.59.60.61.64.66.73. 78.79 80.82.102.119.141. 170. 172. 193. 199. 201. 202. 214. 224. 240. 243. 268. 273. 304. 308. *emendatur.* 19.
Censorinus. 293.
Charisius Sosipater. 301.
Chrisostodorus. 51.
Cicero. 10.17.20.22.73.81. 87.92.139.182.221.286.
Claudianus. 50.103.116. 117. 125. 154. 291. 311. 320.338.
Clemens Alexandrinus. 336.
Columella. 36.41.94.98.168. 229.260.303.305. *emendatur.* 6.259.
Corippus. 303.
Cornelius Celsus. 58.159.295.
Cornelius Severus. 60.
Cyprianus. 246.
Curopalata. 293.

D.

DIO 10.277.
Diodorus Siculus. 51.55
Diog. Laertius. 46.90.98. 299.301.
Diomedes. 148.
Dionysius. 35.
Dionys. Halicarnassæus. 139.
Dionys. Longinus. 26.
Dioscorides. 43.
Donatus. 157.189.

E.

ENNIVS. 21.71.75.88. 122.162.196.251.
Epigramma Græcũ. 53.242.
Epigramma vetus. 180.195. 241.305.309.324.329.
Epimenides. 50.
Epitaphium Puppij. 66.
Erycius. 209.
Eubulus. 20.
Eumenides. 92.
Euripides. 20.34.48.61.65. 72. 128. 150. 154. 187. 218.272.
Eusebius. 81.
Eustathius. 55.296.

F.

FESTVS. 27.75.147.198. 202.228.243.269.290. 315. *emendatur.* 74.127.
Festus Avienus. 160.
Flavius Vopiscus. 328.
Fulgētius. 269.307.315.333.
Furius Bibaculus. 170.

G.

GALENVS. 47.63. *emendatur.* 82.
Gellius. 8.71.83.92.119. 143.226.241.315. *emendatur.*

datur. 215.235.
Geoponicũn auct. 16.18.312.
Gloſſarium. 20.42.58.73.74.77.83.133.156.157.160.161.174.199.204.205.211.231.239.240.241.243.245.260.280.293.301.302.308.312.313.314.315.316.317.318.315.331.332.334, *emendatur.* 160.314.
Gratius. 300.

H.

HERODOTVS. 80.
Heſiodus. 91.165.226.232.250.298.331.
Heſychius. 70.187.195.198.203.230.297.298.305.318.329. *emendatur.* 76.241.
Hieronymus. 301.
Hipponax. 212.232.
Homerus. 29.32.34.37.49.50.59.62.173.183.189.204.277.309.
Horatius. 5.14.15.16.21.28.43.60.64.78.87.88.94.107.112.128.133.143.145.153.156.165.197.201.207.211.213.222.227.239.263.265.285.294.297.305.306.314.315.330.
Hygenus. 4.32.57.296.297. *emendatur.* 292.

I.

INSCRIPTIO *vetus.* 120.229.239.242.247.284.294.328.
Iſidorus. 61.93.297.335.336. *emendatur.* 323.
Iulianus. 118.171.241.
Iulius Firmicus. 311.
Iunius Philargyrius emendatur. 319.
Iuſtinianus Imperator. 320.
Iuuenalis. 22.75.125.191.208.210.213.228.255.

L.

LABERIVS. 189.232.
Lauius. 74.
Lampridius. 201.209.
Latinus Pacatus. 330.
Leges Nauales Rhodiorum. 293.297.
Leges XII. *tabularum.* 251.
Lex LXIII. *de don. int. vir. & vxorem.* 275.
Leonidas. 189.
Leonis Excerpta. 309.
Lucanus. 313.
Lucianus. 36.165.
Lucifer Calaritanus. 325.
Lucillius. 22.42.46.61.65.101.139.161.193.205.212.217.240.241.260.269.281.283.310.325.
Lucretius. 47.89.99.116.124.132.137.147.240.241.291.298.325. *emendatur.* 148.
Lutatius Statij interpres. 255.279.280.321.332. *emendatus* 293.
Lycophron. 50.75.114.

MACRO-

M.

MACROBIVS. 159. 229.256.
Mamertini Panegyr. emendatur. 323.
Manilius. 106.130.200.291. 299.
Marcellus Empiricus. 317.
Marius Victorinus. 227.294.
Martial. 20.85.143.165 167 192. 195. 201. 203. 210. 213. 217. 225. 230. 232. 246. 255. 264. 269. 282. 302. 305. 307. 316. 318. 327.328. *emendatur.* 164.
Martianus Capella. 49.53. 291.333. *emendatur.* 193.
Maximianus. 294.
Menander. 69.
Mimnermus. 27.
Minutius Felix. 299. 321. *emendatur.* 334.

N.

NAEVIVS. 37.
Nemesianus. 294.
Nicander. 40.60.321. *emendatur.* 39.41.
Nicarchus. 334.
Nonius. 5.11.79.203.207.
Nonnus. 55.198.
Novius. 290.

O.

OVIDIVS. 9.18.50.51. 53.58.61.67.82.86. 88.90.125,150.175.190. 202. 217. 228. 233. 274. 275. 292. 296. 297. 311. 326.328. *emendatur.* 282.
Oppianus. 82.84.85.
Orpheus. 76.
Otto Frisingensis. 326.

P.

PACVVIVS. 155.300.
Padianus. 4.312.
Patereulus. 168.320.
D. Paulus. 124.
Paulus I.C. 293.316.
Pausanias. 52.53.63.68.70. 80.149.306.
Persius. 12.42.60.79.107. 135. 139. 164. 193. 194. 197.207.211.213.229.253. 296.
Petronius. 20.28.33.65.156. 168. 181. 188. 200.201. 213. 226. 250. 293. 295. 296. 298. 302. 317. 318. 319.322.326.331.336.
Philetas. 207.
Philetarus comicus. 268.
Philippus. 304.
Philostrat. 298.307.322.335.
Pindarus. 112.155.
Plato. 145.
Plautus. 8.9.10.12.14.21. 41.48.49.57.58.61.64.65. 68.71.73.77.84.85.94. 97.98.103.107.139.141. 161.162.177.178.186. 188. 189. 190. 192. 193. 194. 198. 201. 204. 206. 207. 211. 221. 230. 231. 232. 233. 242. 245. 253. 257. 259. 261. 267. 269. 270. 271. 274. 290. 297. 302. 305. 307. 308. 318. 323.324.327. 328. *emendatur.* 300.
Plinius. 39.60.61.62.84.112. 127. 131. 132. 133. 135. 188.196.

188.196.231.290.295.
298.300.319.320.331.
Plutarchus. 22.26.72.81.90.
112.118.
Pollux. 42.268.312.
Pomponius. 226.
Ponticus. 89.
Porphyrio. 74.227.
Posidonius. 131.
Pratinas Philæsius. 83.
Prisianus. 148.194.207.
Probus. 34.
Propertius 5.6.17.32.51.58.
73.78.112.118.141.172.
174.177.178.187.211.
219.243.249.254.257.
270.271.314.
Publius Mimus. 71.

Q.

QVINCTILIANVS 166.
221.212.316.329.

R.

RVTILIVS *Lupus.* 300.

S.

SALLVSTIVS.5.6.57.202.
218. *emendatur.* 96.
Sappho. 51.63.
*Scholiastes Apollinij.*49.295.
308.333.
*Scholiastes Aristophanis.*297
emendatur. 219.
Scholiastes Horatij. 31.5
Scholiastes Iuuenalis 302.
310.
Scholiastes Theocriti. 295.
Secundus. 306.
Seneca. 52.71.86.89.93.95.
96.100.102.114.116.118.
119.129.172.186.245.
264.265.266.328.330.
Serenus Sammonicus. 336.
Seruius. 35.62.67.74.127.
154.195.213.242.317.
Sextus Empiricus. 308.332.
Sibylla. 93.
Sidonius Apollinaris. 85.185.
196.310.313.335.
Silius Italicus. 196.
Simfosius. 132.
Simonides. 66.80.
Sisenna. 29.282.
Solinus. 70.137.242.
Sophocles. 36.54.61.155.162.
Statius. 3.19.46.69.75.77.
124.150.264.272.279.
280.281.292.296.297.
310.313.315.317.318.
324.332.336.
Stephanus. 311.
Stesichorus. 50.
Strabo 29.55.69.81.101.104.
123.131.135.186.*emendatur.* 282.
Succius. 159.
Suetonius. 3.169.208.235.
244.255.317.*emendatur.*
75.
Suidas. 10.22.260.291.329.
Sulpitia. 137.

T.

TACITVS. 26.280.281.
316.
*Theocritus.*14.41.52.62.76.
92.113.207.212.213.234.
244.261.295.
Theodoretus. 301.309.310.
321.
Theognis. 15.53.
Theophrastus. 40.131.167.
199.*emendatur* 134.

Theopompus. 162.
Thucydides. 56. 127.
Terentius. 23. 37. 61. 65. 81. 120. 177. 193. 246. 277.
Terentius Maurus. 219. 222.
Tertullianus. 75. 149. 246. 301. 302. 303. 304. 307. 312. 314. 321. 331. 332.
emendatur. 313.
Tibull. 9. 30. 61. 89. 109. 155 175. 188. 210. 243. 250. 274. 294. *emendatur.* 248.
Trogi Epitome. 116.
Turpilius 261.

V.

VALERIVS *Cato.* 51.
Valerius Flaccus. 190. 299.
Varius. 88.
Varro. 5. 6. 23. 33. 34. 35. 58. 61. 65. 66. 70. 95. 98. 102. 104. 105. 118. 135. 198. 208. 211. 214. 332. 235. 238. 242. 243. 245. 259. 278. 301. 308. 318.
emendatur. 67.
Vegetius 230.
Virgilius. 11. 28. 29. 30. 41. 65. 67. 69. 76. 81. 86. 88. 95. 107. 145. 173. 195. 233. 236. 247. 265. 277. 284. 313. 331.
Vitruvius. 40. 43. 109. 117. 202. 303.
Vlpianus 135. 221. 238. 293

BIBLIOTECA M... ROMA ...

INDEX
RERVM ET VERBORVM
NOTABILIVM,

quæ in his Commentariis & Notis continentur.

A.

ABANTES 6
Accretus lapis 134
Acerui in triuiis fiebant 93
Achillis exclamatio 32
Αχανὲς 79
Acies 153
Acta 29
Actus 169
Acus & aciæ nomine quid apud Celsum 159
Additus alicui 67
Adhamare honores 286
Aduersi 315
Aduores 315
Ægrere 38
Ænariæ insulæ incendium 134
Æquoreæ pestes 80
Ætnæ incendium recens 105
Afrorum color 163
Aggulus 279
Αγνεύειν 188
Agriope Orphei vxor 27
Al. id est, allium 223.224
Alaria vestis 227
Alcathous, Pelopis filius 52
Alchymia 43
Alchymista 43
Alcyonis pietas in maritum 26
Alembic 43
Aleria siue Haleria colonia 171
Alia igne. Græcismus 149
Alienum æuum 149
Αλωθὲς 210
Allium fibratum 200
Almanac 43.109
Almageste 43
Alumna 79
Aluus soluta 232
Αλυσία 65
Αμβὶξ 43
Ambubaia 256
Amentati calcei 268
Amnis vix iunctus 142
Amor quomodo pictus 234
Amycleus thallus 76
Ancile scutum 221
Ανέγγυον 90
Ανεξικάκως ἔχειν 37
Ανέχειν 34
Aliguis pro pudendo 214
Ανήνωρ 182
Antistita 60
Apamæa insulæ formam habebat 237
Aperta viscera 193
Aphæa Britomartis 70
Apollo Pulcher vocatus 320
Αποσκοπῶν Satyrus 195
Appion Plistonices dictus 135
Aprici senes 193
Aquosus 202
Arabes addito articulo Al Græca interpolarunt 43
Arere 23
Argutum Virgilio quid 62
Arpendia 174
Arpennium 174
Aruipendium 174
Artes verum professæ 112
Ascaules 118
Ασκέπαρνος 219

Assare 256
Assa perferentaria 256
Assus sol Ciceroni 256
Ασαφὶς homo 193
Astaite 39
Astianassa meretrix 203
Aruus ager 221
Ater æstus 175
Αθέμιτον 118
τοῦ Atque significatio 178
Auctor error 180
Aucupium veterum, quale 85
Aulus Sept. Seuerus opuscula rustica composuit 158
Auercæ Vasconum 206
Aura comes 33
Aureæ 280
Aures geminæ 19
Aureus flos 205
Aurex solitarius 280
Auriga pro equite 280
Auriplices 47
Αὐτομάτητα 198
Axedres 281
Αξιον Atticis. 70

B.

Bacchi mala 260
Bacchus quare διθύραμβος dictus 308
Βαμβακίζειν Hipponacti 234
Βαρδιαῖοι Bardiaci 108
Βάρβος 226
Bassus Ventidius Picentinus 237
Battarus fluuius 170
Baucalis 286
Belli lege 80
Bene vixis 9
Benna 243
Bidentes oues 83
Bibulus torus 257
Biforme monstrum 42
Biga amoris 284
Βιγλίων φρουρὸς 293
Bilbil Africana lingua 198
Bilbul Syriace 198
Bithynicus fornix 188
Biuia dea 242
Βλέποντα μαρτύρια 97
Bocchus herba quæ ignoratur 41
Bonum factum 219
Bonis lucens, Græcismus 10
Bouinator 241
Britomartis 70
Βρυτὸ 70
Brutus educatus a Cæsare 273
Bubuli peniculi 162
Bucerda 204
Brumalis dies, i. bruma. 73

C.

Cadere, inter obscæna 307
Cadurca 335
Cadurda 335
Cædere 99
Cædere hillas 232
Cælestes minæ 115
Cæruleum i. sudum 122
Cæruleum i. mare 237
Calamitas 138
Calces 281
Calculorum ludus 281
Calibæ 258
Calibes 258
Calybita 261
Cala 161
Caligare frontem 155
Calles 139
Calones 161
Camillus 169
Campanorum spurcitia 208
Canales gen. fœm. 99
Canaptura 160
Candens fauilla 143
Canis conuicium in mulieres 50
Canum immoderata libido 50
Capere verbum augurum 38
Capillus pro pilo 197
Captus Augur 38
Capta Vestalis 38
Capulum 190
Carbones fossiles in Scotia 136
Carme quænam fuerit 63
Carptura 160
Carthaginensis quid 194
Cascabilli Vasconum 255
Casus 22
Casus incertus 80
Catacausmos Iliacos Poema Lucani 279
Catalecta 220
Catalecton Lucani 220

Catalo-

Catalogus Poema Lucani 280
Catamitus 269
Ceratus fluuius 55
Cessare 99
Cessans spatium 94
Chalcedoniarum mulierum facinus 25.26
Chalybes 258
χάος 97
χαρώνεια 98
χερίτταδες 85
χοιρίον 245
χοῖρος 245
Chrysanthes 40
χύμη 285
χυτὴ λίθος 145
Cicinna 217
Cilice pro cilici 40
Cimber Tullius fratrem veneno sustulit 26
Cinerarij 196
Cinis 77
Cinifliones 196
Circitor 189.200
Circus 83
Circulus manacus 108
Ciris auis 297
Ciris est Egretta Gallorum 84
Ciris non est Alauda 83
Ciris piscis 298
Cisium 243
Clabula 127
Clamor 300
Clamor laborante luna 333
Clauis clausa 160
Clauis Caria 160
Clauis Laconica 180
Clupea vrbs 285
Cnefosum 27
Cnissa 310
Cohum 241
Colei Cliternini 189
Columbiatim serere basia 267
Columba duce ædificata Neapolis 281
Columellæ 325
Colum nubere 61
Combennones 243
Comæ arborum 324
Commentarienses 200
Conbennit 243
Concessus amor 64
Condere feras 283
Condicere 62
Condictum 62
Confessus 65
Conditor ἀλείπτης αἰδοῦς 239
Conditor factionum 239
Conditor munerum 239
Conflabellare 302
Constituere 62
Conuitium facere 120
Copa 254
Cornei 135
Cornea fibra 135
Corona Græcæ originis 65
Cortina theatri 119
Cotte Gallica vox 66
Corytia 227
Corytto dea 227
Couinus 243
Crateres in Ætna 142
Cratæis mater Scyllæ 49
Crebrum 130
Crebrum spatium 94
Crebræ vestes 61
Crepus vnde 190
Crete prius κρήτη 55
Cridar vnde 191
Crissare vnde 190
Crispus 190
Crocota 66
Crommioniæ suis historia 81
Crotalum quid & vnde 254.255
Cruces 23
Crucium vinum 260
Crucisalus 245
Crumata 255
Culina 228
Culinæ in compitalibus 219
Culmina 21
Cultrix 8
Culpa magistra 180
Cumque vocis vsus 87
Cuncta facere 20
Cupressus læta 18
Cupressus lethæa 18
Cuppæ 257
Cura secura 8
Cura mea Græcismus 51

Curtij historia 35
Curtilacus 35
Curtus ignis 136
Curuus æstus 141
Cruenta mora 195
Cyaneum 173
Cycnea cantio 171
Cypselidarum familia 80
Cyrene meretrix 203
Cyrnus. 171

D.

DACNADES 312
Decantare 171
Decutere farinam 164
Defæcis 133
Deferor hoc crimen 22
Deflecti lumina 66
Defictiones 77
Defrens 10.133
Defrensa 10.133
Deligere, i. deiicere 300
Demissæ latebræ 98
Dentire 232
Deposisse 240
Deprœliari 171
Deputari 309
Despuere in veneficiis 195
Deuoluens 122
Dextera 264
Διαυλωνίζειν 116
Diæta 294
Diætarij 293
Dicta 317
Dicte in Troade 29
Dictæus Iudex 27
Dicteria 317
Dictynna Britomartis 70
Dictum 59
Differre 172
Diffundere campos 175
Digitum ad fontem intendere 191
Digna indigna 65
Dirigere i. dissecare 270
Dispennere 274
Ditis pater 196
Diuidere maledictis 172
Diuina rerum 104
Dij vij 242
Διιπφόρος 108
Δρύμοι 204
Drusus Liuiæ filius 276
Ducere 194
Ducere vocem 5
Duplex lumen 86
Duplex spina 86
Durare 316
Durati pisces 166
Δωριάζειν. 58

E.

Εκάτης δεῖπνα 229
Ecl ga quid 43
Εκλέγειν 43
Εκλόγιον 43
Εκφαντίδης οἶνος 261
Εκτορος λύτρα 203
Ectoris lustra 203
Edit pro edat 64
Editor muneris 259
Effœtæ auenæ 162
Effœminati 201
Effigies 22
Elephantis meretrix 203
Eligere, i. eiicere 300
Elogium 41.43
Εἰλυφάζειν 141
Emansor 175
Εμβλήματα 39
Embolum nauis 322
Emicare 30
Εμοι χαλὸν 213
Ennæa vrbs 311
Εναγεῖς 85
Ενδατεῖσθαι 172
Ενσέσακται τὸ πρᾶγμα 205
Ephœbus lunæ 178
Εφολκοί 297
Επικήδειος 283
Επιτόγιον 43
Epopis historia ex Æschylo 151
Επος 59
Ερμίου Syracusanum 24
Er[illegible] 271
Erineum 226
Errones 176
Eruca Priapo dicata 197
Esse 177
Essit, id est, sit 251
Erechtheus 49
Eripere reditus 30

Ερμαιας

Ἕρμαιος 93
Ἔρως 225
Ἐπιρροζυγεῖν 285
Eugium 189
Euphronius Priapeia scripsit 185
Euridice 27
Εὐσταζίων χάρις 155
Εὔστραι 228
Exacta venena 50
Ἐξάγειν 241
Ἐξαμαυρεύειν 240
Excalculari 281
Excetra 323
Excors vita 182
Exculpere 128
Excuniari 281
Excuriari 281
Excutere 139
Exedere 95
Exire in potestatem 175
Exire vires, vitam, hominem 124
Expectata incendia 105
Expedit 218
Extinguendi lumen mos 72.73
Extremæ artes 89
Extremum mare 92
Exuere ferrum. 132

F.

FACELLA 286
Facellaria 286
τὸ Facere vsus 63
Fagus 16
Falco 62
Fartim 102
Fastidiosi 178
Fatalia carmina 18
Fatidicæ quercus 18
Fauni calui 195
Fauni cornuti 307
Fauni quomodo pingebãtur 195
Fera oliua 29
Feritas 29
Ferre manu 73
Fibratum allium 199.200
Fictrix 75
Fidicinæ fides 221
Fila tenuis Cereris 267
Fiscella 312
Fiscellus 312
Fissiculare 193
Flabellare 302
Flagitatus 203
Flagrantes moles 104
Flamma lachrymans 30
Flectere habenas 124
Fletum facere 284
Fluctus succernens 141.129
Flustrum 203
Follicare 301
Folliculus 301
Follis 301
Fomes 159
Forcipes 197
Formæ lapidum 39
Formum calamistrum 197
Formus 197
Fossa inter obscæna 208
Fouere oculis rem 106
Fratrum Cataneorũ historia 154
Fraxatores 189
Frigidus poeta 222
Frugifer Priapus 217
Frustrum 203
Fuci 270
Fugiens vinum 261
Fuisse 177
Fumi Massilitani 260
Funem torquere 187
Funera quæ dicatur 283
Furia vnde 290
Fusilia igniaria 147
Fusilis lapis. 147

G.

GADAMIDVS 269
Galeã pro poculo vtebantur milites 313
Galla 260
Galliæ mulieres 5
Γάμοι ἀνέζυοι 90
Gelari Martiali 133
Geminæ aures 19
Genæ 21
Geno 135
Gillo 286.334
Γίννος 329
Γλαύκωνος χάριν 28
Græci in mari Euboico naufragium fecerunt 32
Grandes fruges 206

Grandia poma 206
Grassatores 319.320
Gratum mendacium 28
Gratum peccatum 28
Graue 28
Grauiditates 64
Grauidi fœtus 64
Groma vnde 190
Gromaticus 190
Γυραίαν αἰτεῖν 34
Γυνοπαχής 232

H.

HAC propter 5
Haliæetus est Falco 84
Harpyiæ 241
Haurire pectus 67
Hecata 49
Hectoris ira Græcismus 29
Hectoris lytra poema Lucani 279
Helena κύων dicta 50
Heracleti sententia 146
Heracleti σκοτεινὸς liber. 146
Herculis XIII. agon 322
Hermulæ 93
Hermulæ in compitis cum virgis ponebantur 192
Hernia 225
Hesperius dies 73
Hinnus 329
Hircani canes 71
Hirnia 225
Historia materia 5
Hominium dixit Sallustius 96
Hortus Epicuri quãti emptus 46
Horti Mæcenatiani 267
Hortus pro obscæna parte 187. 305
Hospitium auitum 54
Hospites fluuij. 97

I.

IACENS gustus 226
Iacere 226
Iactari animo 51
Ianizari 294
Ἰδρῶτος ξηρός 256
Igniariorum inuentor Mercurius 127
Ἰκνεῖσθαι πρός τι 66
Illex auis 85
Illudere ori 208
Imbalnities 65
Imminuta virgo 193
Impudicatus 202
Impudicus 202
Incendere annonam 102
Incendere locum 102
Incondita 109
Indices pro indiges 34
INDIGNATIO V. Catonis liber 170.
Indignus veteribus quid 71
Induere annos 140
Ineuectus 14
Infamia tertia Pænarum 23
Inficere 52
Infrendere 20
Inquilini 228
Insignia & imagines in funere præferebantur 315
Inscius λανθάνων 71
Instare merces 204
Institores 204
Insularis 194
Insularius 238
Intera 105
Intercutitus 202
Internuculus 202
Intolerabilis 37
Intus 12
Inuestire focum 267
Inuidus absit 5
Iocus Philippi Macedonis 186
Iouis bellum 9
Ipsi pro ipsius 106
Ipsiplices 74
Ipsullices 74
Irnea 225
Irremediabilis 267
Irrequies, i. irrequietus 12
Irrigui ignes 89
Irriguus margo 11
Iscurræ 297
Ἰθύφαλλοι 211
Ithyphallicum metrum 219
Iturgus 278
Iuncti fluuij 142
Iunges 74
Iunoni ciuitates sacratæ quæ? 310

Iura

Iura piare 58
Iuuenales ludi. 5

K.

ΚΑΙΡΑΤΟΣ 55
Καθάρματα quomodo exigebantur 212
Καθαίρεσις 333
Καλύβη 258
Καπνίας οἶνος 260
Καράβοι 297
Καρδιουλκεῖν 193
Κατάλεκτα 219
Κατάλεκτον Lucani 220
Κατάλογος 220
Κατάλογος Hesiodi 280
Καυστήρια 228
Κέναυδρος 182
Κηκίς 260
Κῆπος pro obscæna parte 187
Κλεῖδες κρυπταί 160
Κλεῖδες ὀπταί 160
Κλεὶς Homero 160
Κλειτοριάζειν 189
Κολόκυμα 105
Κορδύλη 56
Κορύμβος 56.94
Κοσύμβη 56
Κουλεὸς 204
Κρόβυλος 56
Κροκοδίζειν. 268

L.

LABDAE 208
Labruscum 11
Lachrymans flamma 31
Λάκκος 208
Lactuca claudebat cænas 167
Lamia mater Scyllæ 50
Laminæ pro amuletis 75
Laniena taberna 221
Lapides adtritu ignem emittunt 148
Laquear 11
Lares viales 242
Laruialis 194
Laternæ vnde fiebant 194.307
Latine loqui 186
Latrones 200.308
Latrunculorum ludus 281
Laudiceni 269
Laumento 269
Lautumiæ 269
Legiscrepa 332
Legitimus Rex 35
Λείμων pro obscæna parte 187
Lenones vndæ 325
Lentæ. i. ῥαδινὰ 17
Lentus 214
Lentior angue 214
Lenta membra 214
Lentare remum 214
Λεσβιάζειν 208
Lessum facere 284
Letare 31
Λιβανωτὶς vnde dicta 40
Libys lectus 79
Liber Epicuri quem διοπετῆ vocauit 47
Licia diuersicoloria in veneficiis 294
Ligaturis venefici curabant 295
Lignum adtritu ignem concipit 127
Limis cernere 114
Limum 108
Lipare insula 135
Λίσση 260
Lista γραμμὴ 260
Littus Thesprotum 6
Loti Metamorphosis 16
Lucida gramina 10
Lucretij libri 273
Lucubrum 159
Lubricum femur 215
Ludus calculorum 281
Ludus XII. scriptorum 282
Luna monstrorum generatrix 50
Lunam cælo deripere 333
Lustra 203
Lustrandi mos 125
Lycurgus Securiger 172
Λυσιτελὲς 112
Λῦτρα quomodo Latine reddidit Ennius. 203

M.

MADENS 235
Madentes flammæ 144
Madrellum Aquitanice 282
Mæcenatis luxus 264
Mæcenatis maiores 264
Mæcenas studiosus lapillorũ 265

Mæcenatis oratio qualis 265
Magis beatior 12
Magistra culpa 180
Mala Bacchi 206.207
Maledictis diuidere vel differre 172
Mamurra Trypho vocatur 238
Manacus 43.103
Mandræ 282.318
Mantinea 78
Manubia machæra 221
Manus loquaces 335
Marcæ in organis 118
Μαρίλη 143
Marinæ pilæ 58
Marinum mel 58
Marinus passer 58
Mateola 128
Materes veteri lingua Gallica 282
Matutina gens 78
Maximi in gente Valeria 248
Maxima saxa 148
Me viduus 183
Megara ab Alcathoo condita 54
Μεγάλαι ἠοῖαι Hesiodi 250.280
Μείουρα verba 221
Melo 286
Μενετοὶ θεοὶ 37
Menstrua virgo 291
Mercurij in triuiis 93
Merda vnde 204
Metaurum flumen 5
Metra verba 221
Min, i. minium 223.224
Minæ 120.154
Μηναῖος maniacus 108
Μηνίσκοι statuarum 211
Minima exta 233
Misticulare 193
Mitis 141
Mitra anuum tantum 254
Mola id est ordeum 205
Molaris lapis quomodo fiat 131
Mollis Iacchus 12
Mollis ῥαδινὸς 273
Mollire 95
Momen 106.120
Mompiler & Licolosi pagi combusti 106
Mongibel hodie Ætna quare 106
Μονόγραμμος 260
Monstrum 203
Mora vnde 190
Moretarium 158
Moretarium alliatum 157
Moretum 157
Moretum vnde constet 169
Μορφώτρια 75
Mortalis species 110
Mortui vngi solebant 313
Mucerda 104
Mulcere ferrum 141
Mullare 207
Mullei calcei 207
Mulcere ferrum 141
Munia 28
Musa cognomentum libertorum 251
Muscaria è caudis bubulis 162
Mutinum 205
Mutonium 205
Μυλιᾶν 232
Myobarbum 226
Myrtus Parthica 39
Myrti metamorphosis 18
Μυσωττὸς 158

N.

NAI ταὶ φοσφόρον 72
Nana Nympha 207
Νάπος pro obscæna parte 305
Natura pro pudendo 196
Ναυφύλακες 293
Nauifragum Scylacæum 34
Νεβρόνδη ὄρη 102
Nebularium 259
Nec causa 105
Nectere in neruis 102
Nefas ἀδύνατον 128
Nerones 102
Nero quadrigis eburneis lusit 282
Nerui montis 102
Νεύειν 82
Νεῦσις 82
Nexa 179
Nictantia sidera 63
Ninnius 329

Nisus

Nisus 83
Nisi regnum 54
Nitor hederæ 40
Noctiani 293
Nocturni percussores 319
Nomen 145
Nomen agelli 176
τοῦ Non vsus 109
Nonacrius Rosmarinus 40
Nota nummi 145
Notam perdere 144
Nota secum 81
Nota vini 145
Noti 66
Nouacula 91
Nouare 91
Nouatio 91
Noua verba 268
Noxa 213
Noxia 213
Nubere de viris quando dicatur 226
Nubere colum 61
Nucum Auellanarũ genera duo 199
Nullus 61
Nullus dixeris 61
Nullus es 253
Numerus 150
Nutrix, i. mater 64
Nux Albana 199
Calua 199
Longa 199

O.

OBLITVM lupanar 188
Obstetrix, i. mater 64
Obstitus 108
Obstrigilli calcei 268
Occanere 6.11
Occentare 290
Oculata dies 97
Oculorum ictus 124
Odoratæ aræ 126
OEstriferum specus 7
Offendere buccam 208
Oliuæ ramus in sacris 76
Omnia potius 52
Opera traduce materia 149
Οπτα pro ὄμμα 261
Οφις Aristophani 214
Orbita lunæ 208
Ορδικα 9
Ορδικὸν 9
Ordiri 9
Ore adlaborare 306
Ορχεπεδοῦσαι 189
Organarius 117
Organa hydraulica 117
Organa pneustica 117
Ori illudere 208
Oris hiatus 100
Oris stuprum 306
Orpheus Lucani 279
Ορθόπνοι 99
Osculana pugna 331
Ostentarium Tarquitij 234
Οξίνης 260
Ουλοχύτη 205

P.

PALAEPHATVS 51
Palamedes Musa dictus Euripidi 252
Παλεύτρια auis 85
Παλίωξις 331
Pallium peristroma 228
Pallor 63 213
Pancia 214
Panes pingebantur manum obtendentes fronti 195
Panes rubenti facie pingebantur 195
Pantices 230.231.240
Papyrus pro libro 52
Pararius 42
Par συγγενὴς 196
Pares, οἱ δίδυμοι, οἱ ὄρχεις 188
Parodia 236
Parthica myrtus 39
Partes in libo 205
Passer marinus 58
Passi senes 193
Pastinaca marina 58
Patere ictibus 22
Pauera frumenta 61
Pauire 61

Paui-

Pauitenses vestes 61
Pecten ἡ μάστιξ 243
Peculium inter obscæna 201
Pedes inedia turgescere 232
Πεδίον pro obscæna parte 187
Pedites 98
Peditones 98
Penicula ad extergendas mensas 162
Peniculamentum Ennio 162
Peones 98
Peplum 48.291.292
Peplo strenuissimorum ducum gesta intexebantur 48
Peplus liber Aristotelis 48
Peracta præda 34
Percellere 148
Percurrere carmina 9
Percutere 268
Peregre profecturi Herculi sacrificabant 229
Perfidum malum 17
Perforare, πραίνειν 207
Περιαλουργὸς 235
Περιστερά genus basij 267
Perluminis 72
Pertica 174
Perurgere 107
Petora 243
Petoritum 243
Pes Castaliæ 7
Pes in torculari 88
Petere 53
Petra pumex 194
Πεύθειν, πεύθεσθαι 244
Phallica carmina 219
Phaselis oppidum 87
Phaseli ad maiores naues religabantur 297
Philænis 203.305
Philippi Macedonis iocus 186
Phæbus vbi præcipue colitur 85
Physiculare 193
Picea nubes 104
Pila ludebant puellæ innuptæ 57
Pilas nupturæ suspendebant Veneri 58
Pilentum 243
Pindere 317
Pinus χαμαίπιτυς 41
Pinus in Georgicis nõ est arbor 41
Pisare 317
Piso, i. mortarium 317
Piso coniurauit in Neronem 279
Pithaulæ 118
Placet? 210
Plaudere verbum textricum 63
Ploximum 243
Πλουθυγίεια 10
Pneustica organa 117
Pœna, ποινὴ 22
Pœna 103.221
Pollinctor 313.314
Pollingere 313
Popus & pupus 329
Porro Quirites 191
Portare luctum 68
Porus 331
Poscere 19
Poscere causam aliquem 103
Posterius natis 15
Ποσθὴ 244
Πόσθωνες 244
Ποταμὸς πυρός 155
Potatores caput coronabant 312
Potestas ferri 132
Πότης λύχνος 257
Potus siue putus 244
Præberi 130
Præpes 122
Præpes portus 122
Præputium vnde 244
Premere 104
Priapi templum qui intrabant carmen exarabant 198
Priapus ὀρνεάτης 186
Priapus spicis coronabatur 217
Priapus cum virga in compitis ponebatur 192
Prior, i. melior 197
Priuus 139
Procul fide 142
Produx 149
Profundus i. venter 98
Προίωξις 331
Prologium 42
Προνὸς προνωπὸς 42
Pronus 42
Propala pro propola perperam scriptum 42

Προ-

Προκύλας pararius 42
Propter viam sacrificare 229
Profecta 205
Proficiæ 205
Protelum 240.271
Protelo ducere 240
Prouerbia:
Γλυκεῖ ὀπώρᾳ φύλακας ἐκλελοι-πότος 187
Ἐπὶ τῷ φακῇ μύρον 165
Flectere habenas 124
Hac canis, hac lupus 156
Iride magis varius 322
Ne auibus notum 76
Os præbere 246
Quærere fontem 191
Tangere latus ferro 268
Τέττιγος λαλίστερος 232
Ψωλὸς 204
Pudenda pro amuletis 205
Pudica 192
Puellitari 189
Puer 8
Pulmo 230
Pulmunculus 231
Pulmonea poma 231
Pulmonei pedes 231
Pumex Ætneus 134
Pure habere 188
Purgare viam 139
Purissimus penis 245
Purpureus, i. pulcher 205
Puta 245
Putilla 245
Putillus 245
Putus 245
Πυρίτης lapis 131
Πύξινοι homines. 193

Q.

QVADRA 165
Quadra aliena viuere 165
Quadram findere 165
Quadratus panis 165
Quam potius. 256
Quatuor heredes 47
Quinquennale ludicrum Nea-politanum 281
τῷ Quod vsus 77.253
τῷ Quum subauditur. 139.140

R.

RALLAE vestes 61
Ramex 225
Recidiuus 303
Recidiuatus 303
Recipere se 160
Recutita colla 239
Reda 243
Regens 150
Repere pro ire Syracusanum 14
Requies, i. requietus 12
Res inter obscæna 201
Res vnde 59
Reses 59
Reses ignis, opus 100
Respatiantis equi 271
Reticulum 223
Retractare 316
Rigidi canales 93
Robur ferri 252.144
Ros marinus 58
Rostrum 203
Rusticus 203
Ruta rigens 168
Rutrum 98
Ῥύακες Ætnæ. 142

S.

SABINA herba priscis pro thure fuit 40
Sacra τὰ ἄδυτα 107
Sacræ res 137
Sal adesum 177
Salapitta ῥάπισμα 246
Salaputa 246
Salaputium 244.245.246
Saliuam mouere 229
Saliuatum 229
Saltus pro obscæna parte 305
Salue & vale 177
Sanguinare 334
Sappho temeraria 69
Sapphonis saltus 69
Sapor Persicum nomen 283
Satis 273
Satyri pingebantur cornuti 307
Sauia labra 230
Scabillum 255
Scabres 65
Schema 261
Σκῦτος pro pudendo 201

Scindere ventrem 232
Σχοίνῳ μετρῆσαι 174
Scorpiones termini 93
Σκορπίος 56.93
Scoria 65
Σκωτός 195
Scrimones 309
Σκύλλαιον 48
Σκυλάκιον 48
Σκύμνιον 48
Scytalosagittipelliger 307
Secedere sacris 237
Secors 99
Segnis 99
Semen argenti 214
Semitales Dij 241
Semiplauta crura 246
Semperlenitas 180
Sempermendacia 180
Senecta membra 156
Senior natura 21
Sera 161
Serior 187
Seriphus insula 88
Siccus aër 122
Signata virgo 193
Silua materia 113
Simulatrices sagæ 75
Simulatrix Circe 75
Singulator 280
Sinit pro sinat 64
Sipho, vel sifo 121
Sirmio Scaligerorum Principum secessus 237
Sifer inter κατηγορικὰ 167
Siti 92
Sitiines 92
Σμερδαλέος vnde 204
Soboles vnde 274
Solidum carmen 14
Solitarius 280
Sonere 116
Soniuium & Solistimum tripudium 314
Σπάδιον spatium 272
Σπάδοντες ἀδύνατοι 61
Spatiari 273
Species 112
Spectra 22
Σπέρμα πυρός 133
Σφιγμὸς 99
Spisse venire 159
Spissigradissimus 259
Spissum 259
Spissus succus 130
Spongiæ mensariæ 163
Spumex 135
Sputo frontem signare 296
Stallare Tusco & Germanico vocabulo, quid 240
Stabulum Nicomedis 188
Stare 200
Σταθερὸς 256
Statores 200
Stare metu 91
in Statuas in contemptum immingebant 213
Στέμφυλα 61
Στέφειν 61
Στέφανος 65
Stolo 124
Strabum fieri 66
Strages 138
Στρεπτὸν φίλημα 230
Striga 240
Striga creta 241
Strigare 240
Striga venefica 241
Striges aues 241
Strigosus 241
Strongile insula 134
Strophium 65
Struntus 204
Stupor 224
Στιβάδι 215
Stygiæ canes 92
Stygialia sacra 74.227
Styrax Creticus non probatur Plinio 60
Subconditor 239
Subfarraneus mulio 239
Subiicis 46
Subicitare 34
Subire oneri 34
Subire pœnam 325
Subiugia lora 303
Subiugium iumentum 303
Sublestum quid, vnde 260
Sublestum vinum 260
Sublesta pictura 260

Sub-

Subtendere 46
Sucerda 204
Succernens fluctus 139. 142
Succrescere 274
Suctus lactis 67
Sudamina 19
Suere 207
Sugere mammam 69
Superimminere 30
Superedi 30
Supracircaque 334
Supremum 274
Sus Crommyonia 81
Sutriballum 302
Συζυγίαις τεμβίλω 196
Σωμαμμορειᾶς 306
Syrmia. 260

T.

TACITA voce 45
Tædæ ceracæ Ouidio 125
Tæduli 178
Tænarum Plutoni dicatum 318
Tabella 164
Tallæ 168
Thallus 168
Tangere tectorio 233
Tantum non 213
Tau Gallicum 223
Tectorium 198
Tegularia 73
Telethusa 190
Telum 139
Tenax Saturni stella 109
Tenens lumina 21
Terens quare forus dictus 151
Terra in medio Oceano mouetur secundum Thaletem 100
Tesseræ chrystallinæ 318
Testes 188
Testiculari 189
Τετραγωνοφόροι Athenienses 56
Thebani OEdipi filiis parentabant 149
Theognis χιὼν cognomine 222
Thesaurus 284
Thesproti 6
Θιασῶν 188
Θόρσος 198
Tibicini modi 22
Tibulli Priapeium Iambis puris redditum 218
Ταυτὸν 37
Tolerabilis, Terentio 16
Tofus 338
Tophi siue tophia tympana Syriaca 259
Tormentum 187
Traduce materia 148
Tracta 316
Trahere 316
Trichila quid, vnde 258. 259
Trichina 259
Trillæ Gallicæ pergulæ 259
Τριφάλλος 218
Triphallus Satyra Varronis 218
Τριχοκατάμερος ἄρτος 164
Τρίχινον 259
Triton hydraulica machina 116
Throchilus 259
Trypho Diodotus 237
Tryphon Ptolemæus 238
Tudes 147
Tuditare 147
Tumburellum 243
Tumere 300
Turpe 111
Tutulus 56
Τυμβογέρων 69. 201
Τυοὶς Doricè. 234

V.

VACANS spatium 94
Vagina Plauto quid 204
Valerius Maximus ineptus verborum & sententiarum affectator 248
Vale 177
Vappa homo 188
Vasa 105
Vasati 201
Vegrandes messes 206
Velificare auem 319
Vena ἡ φλέψ 194
Veneris res 137
Venetum bitumen 144
Venetum lutum 144
Ventis spirantibus ex vtroque latere montis acrior fit conflictus ignis 101
Ventidius Bassus 257

Ventus

Ventus turbo 221
Verare verbum vatum 75
Veratrum 75
Veratrices 75
Vericolæ 75
Vescum 169
Vespillo 314
Vestales virgines quomodo ignem interstinctum reparabant 127
Veteriballus 308
Victima de magnis 235
Viduus à lumine 38
Vigiliarum ordo 293
Vigiliæ in domibus 293
Vigiliæ in militia 293
Vigiliæ in nauibus 293
Villicus 216
Vimen 150
Vina Vibiscorum in Aquitania 260
Violarum genera 39
Virgilius omnium primus Theocritum vertit 44
Virgilius Athenas profectus vt Philosophiam Epicuri disceret 44
Virgilij pater Magius 184
Virgines apud quas gētes dotem corpore comparabant 308
Viridis pallor 63
Virtus Hectoris Græcismus 29
Virtus Telamonia Græcismus 28
Virum facere 195
Vis pro semine genitali 198
Visere ad aliquem 33
Visurgus fluuius 278
Vittam tentare 179
Vixerunt 19
Ulli pro ullius 106
Umbræ 197
Unda exhausta 123
Unus de multis 52
Volaticæ striges 241
Volaticæ mulieres 243
Vorago 240
Utricularius 118. 255
Urbes Misenæ 6
Vulcania insula. 135

X.

Ξυλοζίζιζ. 114

Y.

Ὑπόλυσις. 260

Z.

Zatarij 193
Zilzalim Hebræorum. 258

ERRATA.

Pagina 6 lin 9. Ad Sybaritanam, hæc vno contextu scribe. P. 11. 9. pendere capellæ. P. 13. 4. traducit. 10. sonat. P. 18. 3. μεγιστάδες. P. 21. 7. & fortasse τὸ ponebant, pro obdebant rectum est. P. 27. 13. Dictæo. 14. Dictæus. P. 42. 21. primas P. 48. 10. πύλας. P. 49. 11. Persæan. p. 50. 2. καὶ τὰ ἰκνούμενα. p. 54. 13. ponitur nomen tam. p. 55. 12 dele fugiens. p. 65. 10. καὶ ἐξορμᾶσθαι. p. 71. 15. τὰς. p. 76. 16. νενόμισται. p. 78. 8. Cretæa. p. 85. 32 δρυμά. p. 90. 3. ἀνίγγουν. 4 ἀνίγγυνα. p. 150. 1. exundant flammæ. p. 164. 20. πλαβάνω. p. 189. 27. non idem. p. 194. 23. Ellipsis. p. 233. 14. certum. p. 297. 9. ἱερακοί. p. 314. 3. victimæ. p. 320. 16. Queruntur. p. 323. 12. excetræ. p. 327. 17. pro, Plautinum, scribe, Terentianum. 29. rectior.

Mæcenatis oratio qualis 265
Magis beatior 12
Magistra culpa 180
Mala Bacchi 206.207
Maledictis diuidere vel differre 172
Mamurra Trypho vocatur 238
Manacus 43.103
Mandræ 282.318
Mantinea 78
Manubia machæra 221
Manus loquaces 335
Marcæ in organis 118
Μαρίλη 143
Marinæ pilæ 58
Marinum mel 58
Marinus passer 58
Mateola 128
Materes veteri lingua Gallica 282
Matutina gens 78
Maximi in gente Valeria 248
Maxima saxa 148
Me viduus 183
Megara ab Alcathoo condita 54
Μεγάλαι ἤοιαι Hesiodi 250.280
Μείουρα verba 221
Melo 286
Μενετοὶ θεοὶ 37
Menstrua virgo 291
Mercurij in triuiis 93
Merda vnde 204
Metaurum flumen 5
Metra verba 221
Min, i. minium 223.224
Minæ 120.154
Μηναῖος maniacus 108
Μηνίσκοι statuarum 211
Minima exta 213
Missiculare 193
Mitis 141
Mitra anuum tantum 254
Mola id est ordeum 205
Molaris lapis quomodo fiat 131
Mollis Iacchus 12
Mollis ῥαδινὸς 173
Mollire 95
Momen 106.120
Mompiler & Licolosi pagi combusti 106
Mongibel hodie Ætna quare 106
Μονόγραμμος 260
Monstrum 203
Mora vnde 190
Moretarium 158
Moretarium alliatum 157
Moretum 157
Moretum vnde constet 169
Μορφώτρια 75
Mortalis species 110
Mortui vngi solebant 313
Mucerda 204
Mulcere ferrum 141
Mullare 207
Mullei calcei 207
Mulcere ferrum 141
Munia 28
Musa cognomentum libertorum 251
Muscaria è caudis bubulis 162
Mutinum 205
Mutonium 205
Μυλιᾶν 232
Myobarbum 226
Myrtus Parthica 39
Myrti metamorphosis 18
Μυσωττὸς 158

N.

NAI τὰν φοσφόρον 72
Nana Nympha 207
Νάπος pro obscæna parte 305
Natura pro pudendo 196
Ναυφύλακος 293
Nauifragum Scylacæum 34
Νεβρόνδη ὄρη 102
Nebularium 259
Nec causa 105
Nectere in neruis 102
Nefas ἀδύνατον 128
Nerones 102
Nero quadrigis eburneis lusit 282
Nerui montis 102
Νεύειν 82
Νεῦσις 82
Nexa 179
Nictantia sidera 63
Ninnius 329

Nisus

Nisus 83
Nisi regnum 54
Nitor hederæ 40
Noctiani 293
Nocturni percussores 319
Nomen 145
Nomen agelli 176
τῦ Non vsus 109
Nonacrius Rosmarinus 40
Nota nummi 145
Notam perdere 144
Nota secum 81
Nota vini 145
Noti 66
Nouacula 91
Nouare 91
Nouatio 91
Noua verba 268
Noxa 213
Noxia 213
Nubere de viris quando dicatur 226
Nubere colum 61
Nucum Auellanarũ genera duo 199
Nullus 61
Nullus dixeris 61
Nullus es 253
Numerus 250
Nutrix, i. mater 64
Nux Albana 199
Calua 199
Longa 199

O.

OBLITVM lupanar 188
Obstetrix, i. mater 64
Obstitus 108
Obstrigilli calcei 268
Occanere 6.11
Occentare 290
Oculata dies 97
Oculorum ictus 124
Odoratæ aræ 126
OEstriferum specus 7
Offendere buccam 208
Oliuæ ramus in sacris 76
Omnia potius 52
Opera traduce materia 149
Οπτα pro ὄμμα 261
Οφις Aristophani 214
Orbita lunæ 208
Ορδυμα 9
Ορδικὸν 9
Ordiri 9
Ore adlaborare 306
Ορχεπιδῆσαι 189
Organarius 117
Organa hydraulica 117
Organa pneustica 117
Ori illudere 208
Oris hiatus 100
Oris stuprum 306
Orpheus Lucani 279
Ορθόπνοι 99
Osculana pugna 331
Ostentarium Tarquitij 234
Οξίνης 260
Ουλοχύτη 205

P.

PALAEPHATVS 51
Palamedes Musa dictus Euripidi 252
Παλεύτρια auis 85
Παλίαξις 331
Pallium peristroma 221
Pallor 63 213
Pancia 214
Panes pingebantur manum obtendentes fronti 195
Panes rubenti facie pingebantur 195
Pantices 230.231.240
Papyrus pro libro 52
Pararius 42
Par συγγενὴς 196
Pares, οἱ δίδυμοι, οἱ ὄρχεις 188
Parodia 236
Parthica myrtus 39
Partes in libo 205
Passer marinus 58
Passi senes 193
Pastinaca marina 58
Patere ictibus 22
Pauera frumenta 61
Pauire 61

Paui-

Pauitenses vestes 61
Pecten ἡ μάστιξ 243
Peculium inter obscœna 201
Pedes inedia turgescere 232
Πέδιον pro obscœna parte 287
Pedites 98
Peditones 98
Penicula ad extergendas mensas 162
Peniculamentum Ennio 162
Peones 98
Peplum 48.291.292
Peplo strenuissimorum ducum gesta intexebantur 48
Peplus liber Aristotelis 48
Peracta præda 34
Percellere 148
Percurrere carmina 9
Percutere 268
Peregre profecturi Herculi sacrificabant 229
Perfidum malum 17
Perforare. ὀραίνειν 207
Περιαλγὴς 235
Περιστερὰ genus basij 267
Perluminis 72
Pertica 174
Perurgere 107
Petora 243
Petoritum 243
Pes Castaliæ 7
Pes in torculari 88
Petere 53
Petra pumex 194
Πόσθων, πόσθιξ 244
Phallica carmina 219
Phaselis oppidum 87
Phaseli ad maiores naues religabantur 297
Philænis 203.305
Philippi Macedonis iocus 186
Phæbus vbi præcipue colitur 85
Physiculare 193
Picea nubes 104
Pila ludebant puellæ innuptæ 57
Pilas nupturæ suspendebant Veneri 58
Pilentum 243
Pindere 317
Pinus χαμαίπιτυς 41
Pin⁹ in Georgicis nō est arbor 41
Pisare 317
Piso, i. mortarium 317
Piso coniurauit in Neronem 279
Pithaulæ 118
Placet? 210
Plaudere verbum textricum 61
Ploximum 243
Πληθυγίεια 10
Pneultica organa 117
Pœna, ποινὴ 22
Pœna 103.221
Pollinctor 313.314
Pollingere 313
Popus & pupus 329
Porro Quirites 191
Portare luctum 68
Porus 331
Poscere 19
Poscere causam aliquem 103
Posterius natis 15
Ποσθὴ 244
Πόσθωνες 244
Ποταμὸς πυρὸς 155
Potatores caput corouabant 312
Potestas ferri 152
Πότνιε λύχνε 257
Potus siue putus 244
Præberi 130
Præpes 122
Præpes portus 122
Præputium vnde 244
Premere 104
Priapi templum qui intrabant carmen exarabant 198
Priapus ὀρθιάτης 186
Priapus spicis coronabatur 217
Priapus cum virga in compitis ponebatur 192
Prior, i. melior 197
Priuus 139
Procul fide 142
Produx 149
Profundus i. venter 98
Προίωξις 331
Prologium 42
Πρηνὸς προπετὴς 42
Pronus 42
Propala pro propola perperam scriptum 42

Πρ-

Περκώλης paratius 42
Propter viam sacrificare 229
Profecta 205
Proficiæ 205
Protelum 240.271
Protelo ducere 240
Prouerbia:
Γλυκεῖ ἀπόσχε φίλαιχος ἀλλότριος 187
Ἐπὶ τῷ φανῷ μύσον 165
Flectere habenas 124
Hac canis, hac lupus 156
Iride magis varius 322
Ne auibus notum 76
Os præbere 246
Quærere fontem 191
Tangere latus ferro 268
Τίτυρος καλλίσυρος 232
Ψωλεός 204
Pudenda pro amuletis 205
Pudica 192
Puellitari 189
Puer 8
Pulmo 230
Pulmunculus 231
Pulmonea poma 231
Pulmonei pedes 231
Pumex Ætneus 134
Pure habere 188
Purgare viam 139
Purissimus penis 245
Purpureus, i. pulcher 205
Puta 245
Putilla 245
Putillus 245
Putus 245
Πυρίτης lapis 131
Πύξινοι homines. 193

Q.

QVADRA 165
Quadra aliena viuere 165
Quadram findere 165
Quadratus panis 165
Quam potius 256
Quatuor heredes 47
Quinquennale ludicrum Neapolitanum 281
Quod vsus 77.253
Quum subauditur. 139.140

R.

RALLAE vestes 61
Ramex 225
Recidiuus 303
Recidiuatus 303
Recipere se 160
Recutita colla 239
Reda 243
Regens 150
Repere pro ire Syracusanum 14
Requies, i. requietus 12
Res inter obscœna 201
Res vnde 59
Reses 59
Reses ignis, opus 100
Respatiantis equi 271
Retiaculum 223
Retractare 316
Rigidi canales 99
Robur ferri 152.144
Ros marinus 58
Rostrum 203
Rusticus 203
Ruta rigens 168
Rutrum 98
Ῥύακες Ætnæ. 141

S.

SABINA herba priscis pro thure fuit 40
Sacra τὰ ἄδυτα 107
Sacræ res 137
Sal adesum 177
Salapitta ῥάπισμα 246
Salaputa 246
Salaputium 244.245.246
Saliuam mouere 229
Saliuatum 229
Saltus pro obscœna parte 305
Salue & vale 177
Sanguinare 334
Sappho temeraria 69
Sapphonis saltus 69
Sapor Persicum nomen 283
Satis 273
Satyri pingebantur cornuti 307
Sauia labra 230
Scabillum 255
Scabres 65
Schema 261
Σκεῦος pro pudendo 201

Scin-

Scindere ventrem 232
Σχοίνῳ μετρῆσαι 174
Scorpiones termini 93
Σκορπίος 56.93
Scoria 65
Σκωπτός 295
Scrmones 309
Σκύβαλον 48
Σκῶρ ἄγριον 48
Σκύβαλον 48
Scytalosagittipelliger 307
Secedere sacris 137
Secors 99
Segnis 99
Semen argenti 114
Semitales Dij 241
Semiplauta crura 246
Semperlenitas 180
Sempermendacia 180
Senecta membra 156
Senior natura 21
Sera 161
Serior 187
Seriphus insulæ 88
Siccus aër 121
Signata virgo 293
Silua materia 113
Simulatrices sagæ 75
Simulatrix Circe 75
Singulator 280
Sinit pro sinat 64
Sipho, vel sifo 121
Sirmio Scaligerorum Principum secessus 237
Sifer inter κατεργμα 167
Siti 92
Sitic ines 92
Σμερδαλέος vnde 204
Soboles vnde 274
Solidum carmen 14
Solitarius 280
Sonere 116
Sonivium & Solistimum tripudium 314
Σπάδιον spatium 272
Σπαδωνες κοδώνες 61
Spatiari 273
Species 111
Spectra 22
Σφίγγα πυγῆ 133
Σφιγμός 99
Spisse venire 159
Spissigradissimus 159
Spissum 159
Spissus succus 130
Spongiæ mensariæ 163
Spumex 135
Sputo frontem signare 296
Stallare Tusco & Germanico vocabulo, quid 240
Stabulum Nicomedis 188
Stare 200
Στανδαρδ 156
Statores 200
Stare metu 91
In Statuas in contemptum immingebant 213
Στίμμι 61
Στίφειν 61
Στίφαιος 61
Stolo 124
Strabum fieri 66
Strages 138
Στρωτὸν φίλημα 230
Striga 240
Striga creta 241
Strigare 240
Striga venefica 241
Striges aues 241
Strigosus 241
Strongile insulæ 234
Strophium 65
Struntus 104
Stupor 224
Στύραξ 215
Stygiæ canes 92
Stygialia sacra 74.227
Styrax Creticus non probatur Plinio 60
Subconditor 239
Subfarraneus mulio 239
Subiicis 46
Subicitare 34
Subire oneri 34
Subire pœnam 325
Subiugia lora 303
Subiugium iumentum 303
Sublestum quid, vnde 260
Sublestum vinum 260
Sublesta pictura 260

Sub-

Subtendere 46
Sucerda 204
Succerssens fluctus 139. 141
Succrescere 274
Suctus lactis 67
Sudamina 19
Suere 207
Sugere mammam 69
Superimminere 36
Superedi 30
Supracircaque 334
Supremum 274
Sus Crommyonia 81
Sutriballum 302
Συγκρουὲ τρεμβίλα 196
Σιναμωροῦδ 306
Syrmia. 260

T.

TACITA voce 45
Tædæ ceratæ Ouidio 128
Tæduli 178
Tænarum Plutoni dicatum 313
Tabella 164
Tallæ 168
Thallus 168
Tangere tectorio 233
Tantum non 213
Tau Gallicum 223
Tectorium 198
Tegularia 73
Telethusa 190
Telum 139
Tenax Saturni stella 109
Tenens lumina 21
Terens quare forus dictus 151
Terra in medio Oceano mouetur secundum Thaletem 100
Tesseræ chrystallinæ 318
Testes 188
Testiculari 189
Τετραφόροι Athenienses 56
Thebani OEdipi filiis parentabant 149
Theognis χιὼν cognomine 222
Thesaurus 284
Thesproti 6
Θίδωρ 188
Θόρε 198
Tibicini modi 22
Tibulli Priapeium Iambis puris redditum 218
Ταυτὸν 37
Tolerabilis, Terentio 56
Tofus 338
Tophi siue tophia tympana Syriaca 259
Tormentum 187
Traduce materia 148
Tracta 316
Trahere 316
Trichila quid, vnde 258. 259
Trichina 259
Trillæ Gallicæ pergulæ 259
Τριφάλλος 218
Triphallus Satyra Varronis 218
Τεσσαρακοντάμερος ἄρτος 164
Τρίχινον 259
Triton hydraulica machina 116
Throchilus 259
Trypho Diodotus 237
Tryphon Ptolemæus 238
Tudes 147
Tuditare 147
Tumburellum 243
Tumere 300
Turpe 111
Tutulus 56
Τυμβογέρων 69. 201
Tuvè Doricè. 234

V.

VACANS spatium 94
Vagina Plauto quid 204
Valerius Maximus ineptus verborum & sententiarum affectator 248
Vale 177
Vappa homo 188
Vasa 105
Vasati 201
Vegrandes messes 106
Velificare auem 319
Vena ἡ φλέψ 194
Veneris res 137
Venerum bitumen 144
Venerum lutum 144
Ventis spirantibus ex vtroque latere montis acrior fit conflictus ignis 101
Ventidius Bassus 217

Ventus

Ventus turbo 221
Verare verbum vatum 75
Veratrum 75
Veratrices 75
Vericolæ 75
Vescum 169
Vespillo 314
Vestales virgines quomodo ignem interstinctum reparabant 125
Veteriballus 302
Victima de magnis 235
Viduus à lumine 38
Vigiliarum ordo 293
Vigiliæ in domibus 293
Vigiliæ in militia 293
Vigiliæ in nauibus 293
Villicus 216
Vimen 150
Vina Vibiscorum in Aquitania 260
Violarum genera 39
Virgilius omnium primus Theocritum vertit 44
Virgilius Athenas profectus vt Philosophiam Epicuri disceret 44
Virgilij pater Magius 184
Virgines apud quas fgétes dotem corpore comparabant 308
Viridis pallor 63
Virtus Hectoris Græcismus 29
Virtus Telamonia Græcismus 28
Virum facere 195
Vis pro semine genitali 198
Visere ad aliquem 14
Visurgus fluuius 278
Vittam tentare 79
Vixerunt 19
Vlli pro vllius 106
Vmbræ 197
Vnda exhausta 121
Vnus de multis 52
Volaticæ striges 241
Volaticæ mulieres 241
Vorago 240
Vtricularius 118. 255
Vrbes Misenæ 6
Vulcania insula. 135

X.

Xulsiq. 118

Y.

Yπόζωμα. 260

Z.

Zætarij 293
Zilzalim Hebræorum. 258

ERRATA.

Pagina 6 lin 9. Ad Sybaritanam, *hæc vno contextu scribe*. P. 11. 9. pendere capellæ. P. 13. 4. traducit. 10. sonat. P. 18. 3. *μηνυτὰς* 16. P. 21. 7. & *fortasse τὸ* ponebant, *pro* obdebant *rectum est*. P. 27. 13. Dictæo. 14. Dictæus. P. 42. 21. primas P. 48. 10. *πόλεις*. P. 49. 11. Persæan. p. 50. 2. *καὶ τὰ ἐνέργεια*. p. 54. 13. ponitur nomen tam. p. 55. 12 *dele* fugiens. p. 65. 10. *τὰ ἐγχρίσματα*. p. 71. 15. *τὰς*. p. 76. 16. *νομίζεται*. p. 78. 8. Cretæa. p. 85. 3. *δρυμά*. p. 90. 3. *ἀτύγγισι*. 4 *ἀτύγγυον*. p. 150. 1. exundant flammæ. p. 164. 20. *πλαβάτιν*. p. 189. 27. non idem. p. 194. 23. Ellipsis. p. 233. 14. certum. p. 197. 9. *ἰσοσκελοί*. p. 314. 3. victimæ. p. 320. 16. Queruntur. p. 323. 12. excetræ. p. 327. 17. *pro*, Plautinum, *scribe*, Terentianum. 19. rectior.

Digitized by Google